



LIBRERIA
DE
DEUSTO



Ep. Indicae
1586



29/13/7

ages
m.
la
to

...
...
...
...
...
...

...
...
...
...
...



8

173,1

1/13/4







DE STVPENDIS

ET PRÆCLARIS REBVS,
quas diuina bonitas in India, & variis
Insulis per Societatem nominis I E S V,
operari dignata est, in tam co-
piofa Gentium ad fidem
conuersione.



LOVANII
Apud Rutgerum Velpium, Bibliopol. Iura,
Sub Castro Angelico.

Cum Privileg. Reg. ad 4. annos.

1566.

del Colegio de S. Agustín de la Compañía de S. J. de
de la Abadía.



✠ TĒNOR PRIVIL.

CAutum est Regio privilegio, ne quis præter Rutgerum Velpium, Biblio. lur. intra annos quatuor proximos Epistolas Indicas. De stupendis & præclaris rebus, quas diuina bonitas in India, & varijs Insulis, per Societatem nominis IESV operari dignata est. &c. imprimat, aut alibi impressas vendat, aut distrabat, sub pœna confiscationis librorum, & multa duorum Caroleorum pro quolibet exemplari impresso, vel diuãdito: vt latius patet in literis datis Bruxella, 9. Augusti. Anno 1565.

Subsg.

Mesdach.

Idem cautum est Regio priuileg. a domino Cellario in Consilio Brabantia, aã totidem annos, & sub pœnis iisdem, vt in superiori priuilegio, vti latius patet in literis datis Bruxella 10. Octob. An. 1565.

Subsg.

De Vvitte.

REVEREN^{ti}
DISSIMO IN CHRISTO
PATRI, AC ILLUSTRISSIMO

Principi, D. Othoni Truchses. S. R. E.

Episcopo Cardinali Albanensi,

& Augustano, Domino

Eluacensi. & c.



TSI laudato, probatòque more iam apud plerosque omnes receptū video (Princeps Illustrissime) vt suas quisque lucubrationes, vel etiam aliorum nō satis perpolitas, in quibus tamen aliquid nauarit opella, illustribus personis nuncupandas putarit; tum vt commendatiores reddat suos labores, quod magni mecoenatis nomine frequenter obtinetur; tum etiam vt viri principes apud maleuolos non modò potentes sint literarum, disciplinarūq; indices; Verum etiã pietate conspicuus viris, pietati, omnisque generis virtuti quasi clypeo obiecto facile sint præsidio; tamen demiratos esse complures mihi præfagit animus nouos, eosq; seueriores Criticos, vbi in harum epistolarum

a ij rum

EPISTOLA.

rum incidere lectionē, quamobrē post Di-
 linganam editionē easdē ego sumpserim in
 manus, & quicquid in reliquis impende-
 rim laboris, sub Illustris. nominis tui aus-
 piciis putarim euulgandum. Nō enim no-
 stra videbatur esse audaciā, quae iā sua mo-
 le firmiter cōsistebant fundamēta luxare:
 neq; obscuritatis cū pari supellectilis ino-
 pia cōiuncta inter acerrimos lectissimum
 appellare vindicem, ac inter amplissimos
 precipuū inuocare patronū. Quamobrē ut
 impedimentis hisce remotis, & iniquiores
 illi (de quibus dixi) rerū non malē gestarū
 aestimatores, quibus quidē optabile est bene
 audire, qui rectē factorū fructus est amplis-
 simus, ipsum quidē rectē facere, vnde illud
 ceu fonte quod in promanat, neutiquā ha-
 bent studio; & aequiores lectores instituti
 nostri rationes intelligant, ac in meliorē
 interpretentur partem: breuiter consilium
 est suscepti huius laboris, quanquā propē
 nullius, tamen ut confido beneuolentia nō
 indigni, occasionem adsignare; & cur has
 rerum Indicarū epistolas sub T. C. nomine
 putarim emittendas declarare. Quod dum
 facio, obnixē, & suppliciter peto, ut pro
 singulas

DEDICATORIA.

singulari Illustris. D. Thumanitate, ac fa-
 cilitate tantū ab arduis negotiis succidat
 tēporis, quantū huic opusculo sufficiat euol-
 uēdo. Igitur ex quo tēpore in Societatis Iesu
 collegis, vna cū Generosi C. T. nepotib; coe-
 pimus versari: audiui creberrimo, & con-
 stanti multorū sermone admirandis operib;
 Societatē hanc apud Indos indices magis ac
 magis inclarescere. Tota enim hāc nostra
 Europa Christiana quātopere hanc suo me-
 rito Veneretur, & colat, notius est oībus,
 quā ut meridianae luci necessum habeā
 accēdere candelā. Quis enī ignorat Hispani-
 arū, Italiae, Sardiniae, Hungariae, Austriae,
 Vtriusq; Germania, Galliae, Collegia Socie-
 tatis, quibus tāquā castris hae prouinciā utū-
 tur aduersus impiorū catholicorum mores,
 haeticorūq; nefarias machinatiōes? Na-
 tus igitur earū rerū, ut mihi persuadebā,
 nec fallebat opinio, cognoscēdarū occasiōē
 petiui a viro quodam probo, naturae, diuini-
 nisq; muneribus nō vulgariter ornato, has
 berētne de rebus Indicis nonnullas epistolas,
 quas cōmunicare posset? Is pro agnata sibi
 beneuolentia, deq; oībus bene merendi stu-
 dio oīum earū quas habuit, haud grauatim



EPISTOLA

participē fecit. Percurro omnes leui (quod aiunt) brachio; sed cūm pleræq; sententiam haberent imperfectā, aliæ vastis hiatus impolitiorē sermone nō satis aptē cohererent: nonnullorū amicorū snasū, ac clarorū etiā ab eruditione, & pietate virorum auctoritate, hoc laboris assumpsi; vt quod ad integritatem desideraretur supplerem; quo vel hoc nomine gratiores candido existerent lectori. Item cūm illorū voluntatis auctoritas non solūm apud me; verum etiā apud omnes bonos tāti sit ponderis (quod nō nisi iusta cum summo decore coniuncta petere soleant ac iubere) vt certatim omnes pareant libenter, ac ipsorū desideris satisficiant diligenter: cōmittendum mihi nō putauī, vt illorum detrectando imperium, aut piæ ipsorum ægrius morem gerens voluntati ingratitude, aut inobedientia notam aliquam meritō videri possim incurrisse. Ceterūm de vtilitate harū epistolarū multiplici, in qua potissimū tota residet editionis vis & causa, cūm propē infinita sit, tacere præstat, quā pauca dicere. Illud confirmare ausim, voluptatem magnam allaturas oībus, qui positis affectibus, ac curiosi

tato

DE DICATORIA.

tate nouarum rerū cognoscendarum remota, ipsas eo legent animo, quo scriptæ sunt, hoc est, planē Christiano, & alienæ salutis sitientissimo. Quid .n. potest esse iucūdius, quā summā bonitatē, ac imperscrutabilem misericordiā Dei, ex earū lectione videre cōmunicatā hoībus feris, anthropophagis, præter formā, & lineamenta corporis nihil habentibus, ferē propriū cū humana natura, nō mōbruta animantia; sed oī cloaca impuriores sordes pro diis venerātibus: quiq; ab oī humanitate remoti cū bona ex parte (vt putatur) fidē nunquam audierint, sine Deo, sine luce agentes, nunc gregatim fidei sacramentis inicientur, ac diabolica tyrannide excussa Christiano cultu imbuantur, omnibus excellent virtutibus, in iustitia, & sanctitate Deo seruiant, dies, ac noctes publicis, ac priuatis celebrēt doxologiis? O beatos illos viros, qui nulla habita laboris, vitæq; ratione incredibili diuini spiritus ardore inflāmati, Apostolica planē, & stupēda miracula apud illos peregerūt, & peragunt quotidie tāta cū admiratiōe; vt merito credi queat primæ uæ fidei (quemadmodum ex his epistolis manifestum euadit)

a iiij illis



EPISTOLA

illis inesse puritatē, & vehementiā ad detestandum interitus causam peccatū, Christianis nōq; dignū vitæ genus ad immortalitatem ducens sectandum. Sanè ut ex ea parte copiosissimam nobis hæc epistolæ materiā, ac segetē diuinæ celebrandæ benignitatis subministrant: ita è diuerso incognitæ quidem, sed tamen nō mediocriter metuendæ iustitiæ, iudiciiq; cœlestis incutiunt timorē; ne quæadmodum naturalib; ramis, Iudeis inquam, nō pepercerit; multò maiori ratione à nobis, qui in locū eorum insiti sumus, auferratur fides, gentiq; faciētī fructū tradatur. Atq; hæc de iis, quæ me adduxerūt, impuleruntq; suscepti laboris occasionibus, & causis: nunc tribus (quod aiūt) verbis quãobrem C. T. dedicandū hūc laborē credidi, perstringam. Igitur, ut quod res est, profitear ingenuè, cum mihi persuasum foret sub amplissima noīs tui dignitate nihil temerè aut inconsultò proferendū in lucē, nisi si quid perfectū ingenio, atq; summa elaboratū industria esset; ego aut exiguitatē ingenij mei nō habere incognitā, neq; per domesticas occupationes, & tēporis breuitatem huic rei vniuersam operā destinare possem: cœpi de

quo

DEDICATORIA.

quocunq; alio, cui hōc quicquid est operis nuncuparetur, cogitare; præsertim cum mihi constaret, sicut nihil tua singulari pietate in salute procuranda animarum esse possit diligentius: ita nihil eorū quæ in disiectissimis orbis terrarū plagis à quoquā in cōmunem fidelium vtilitatē patrantur ignorare. Subibat autē cum primis in animū pius, Christianusq; lector, qui fortè præter tenuē auram hisce de rebus nihil accepisset; ut vel hoc nomine certius aliquid sibi persuadeat, ac in animo teneat constitutū: sed cum res noua apud peruersos plerumque inuidiæ facibus flagrare soleat, nec aliud firmitus ab huius seculi virulentia inueniatur, quàm innocētia, haud satis præsidij putabatur in eo, cuius res non agebatur ocioſo lectore. Diu, multūmq; igitur dispicienti mihi de insigni aliquo mœcenate, quiq; pari propensione animi cum summa facultate opum, & potentia queat, velitque, clientes suos tueri: sanè quod me, cumq; vteret, solus in oculos incurrebat, vnus in mente versabatur amplissimus Ecclesiæ Augustanæ Antistes, cuius Augustissimo nomini has rerum Indicarū epistolas multis

v

eis de



EPISTOLA

tis de causis esse decuit nuncupatas. Nam primū oīum, ut silentio prætereā, quod re-
cte factorum cōscientia Societas hæc cōfi-
sa nō magnoperè de populari aura sollicita
sit, atq; ideo hæctenus (quod sciā) perparum
rerū suarum in lucē ediderit: quæ mea spes
est, & fiducia, persuasum habeo nec ipsam
Societatem, nec Illustrissimā C. T. oīo agrè
laturam; sed potius probaturam, si libellus
ipsius dicatus noī, cunctis legēdus offeratur.
Accedit ad hæc causam alia priuata, quæ
me propius attingit. Dū, n. cogito cū animo
meo, quanto me semper fauore, & gratia
Illustrissima C. T. affecerit, quibus ornaue-
rit beneficiis: etiā illud in mentem venit,
ingratitude me notam euitare nō posse. si
paruum hunc ingenij mei laborem alij, quā
Illustrissimæ C. T. dedicarem. Præterea li-
cet nō satis decorum metuebā fore, si ad tā
illustre virum pro menstrui tēporis breuitate
nō satis perpolitum opus destinetur: pri-
tamē antiquiūsq; mihi fuit non ingratus,
quā parum cōmodus in offerendo videri,
præsertim cū pro celebrata tua apud oēs
mortales benignitate nō mō leuidentæ ali-
quod

DEDICATORIA.

quod haud grauatum munusculum admit-
tas; sed etiā facias alicuius. Iā verò cū ipse
Societatis studiosissimus sis, quod vel ex eo
liqueat, quod semel eā cōsilio, iudicioq; sus-
ceptā, nulla habita facultatū ratioe, cōstan-
tissimè retines, foues, ac cōtra æmulos poten-
tissimè defendis: nō video quāobrem nō sub
gratiosissimi noīs tui auspiciis decuerit, quæ
diuina misericordia per eosdē patres digna-
ta est operari, in oīum cognitionē proferre?
Quāobrē has epistolas Indicās, quæ et propa-
gata fidei luculentā continēt descriptionē,
ac tātum nō incredibilem morum, errorūq;
que correctiōnē, ad quē potius mitti æquum
fuit, quā ad eum, qui catholice fidei cun-
cta, & opes, & honores posthabuit. Qui
cū mysteriorum oīum fidei, diuinarumq;
rerum cognitionē studiosissimè secutus est:
tum verò cum ipsa Theologia vitæ ratioes
ita instituit; ut oēs quātum in se est, ad res
etā salutarēq; viā adhortetur: aut qui bona
cōscientiā excussa circa fidē naufragium
passi fuerāt, in eā reuocare cōsilio, monitis,
authoritate cōtendit. An nō hoc clarissimè
cōrestatum facit, cū nullum adhuc de se-
minario, collegiūq; instituēdis extaret de-
cretum



EPISTOLA

cretum, nulla suspicio: nihilominus tamen
C.T. spiritu Dei proculdubio instincta gem-
minum excitaret collegium, ex quorum
utroque à lectissimis Societatis patribus gu-
bernato aliquando periti, & vigilantes, ves-
lut ex equo Troiano prodirent gubernato-
res, qui dissidentium opinionum horribiles
sedarent procellas, ac fidei serenitatem hæ-
reticorum fraudulentiā iam pridem ereptam
reuocaret? Cum igitur Societatis industria,
nō modò in plerisque oībus Europæ partib⁹
pertinacissimis hæreticis antiquas sequendi
vias extiterit dux, & author, verumetiā
eiusdem perfectum sit opera, & labore; ut
apud vtriusque Indiæ populos, Sinas, & Ia-
ponenses, quibus vel nunquā fidei lumen il-
luxerat, vel sanè perierat, nunc indies ma-
gis, magisque augeatur, ac instāmata chari-
tate clarescat: meritò sub Reuerendiss. noīs
tui prodeunt auspiciis, ac ita prodeunt, ut
quēadmodum agricola de fertilitate soli, in
quod plurimum desudauit, præcipuo quodā
afficitur gaudio: sic quoque C.T. zelus non
nulla propter Ecclesiæ Dei multiplicatio-
nem perfundatur voluptate. En Religio-
sissime Præsul, quæ me subegerunt inscrip-
cionis

DEDICATORIA.

tionis causæ: quas si intellexero non im-
probatas omnino fuisse, sed in bonam accep-
tas partē, amplissimum videbor mihi opes
reprecium cōsecutus. Munus quidē est ne-
que amplitudine tua (fateor) dignum, neque
multiplici beneficiorū, quibus me perpetuò
cumulat vi, respondet: sed leuidensæ huius
tenuitatem (ut spero) celsitudinis, humanis
tatisque tuæ subleuabit magnitudo. Deus
Opt. Max. pro immensa sua misericordia
largiatur Illustrissimæ C. T. quamdiu lege
naturæ viuere licebit gratiam, qua nō mo-
dò se, suosque sibi commissos, salutariter gu-
bernet; verumetiā toti clero, catholicæ
que Ecclesiæ in finem vsque gloriōsè exi-
stat edificationi.

Louanij, 1565. Calendis Augusti.
Illustrissimæ T. Celsit.

Deuotissimus

Io. Rut. Berg.





CHRISTIANO

LECTORI

Io. R. B.

S.



Innotum esse arbitror nulli (Christiane Lector) quemadmodum suæ conditionis initio, diuinos in coelo diabolus cū suis ad seclis dæmonibus affectarit honores: à quibus posteaquā superbix typho inflatus excidit, summa ope nixus est, vt in ruinā humano genere præcipitato, quarum rerum illic verè fecerat iacturam, saltem apud nos consequeretur vel vmbra. Siquidem per omnes mundi ætates vsq; ad Seruatoris nostri Iesu Christi felicem ortum cū apud paucissimos mortales religio, cultusq; vigeret diuinus: constat reliquam hominum degenerem turbam in cæcam adeo prolapsam esse idololatriam, vt diabolū modò per res omnis vitæ expertes, modò per bruta animãtia (quod tamen euenit rarius) oracula reddentē pro Deo coleret, ac veneraretur. Interim misericors Deus, tam impotentē in nos illius, de quo nihil malè meriti eramus, cernens tyrannidem, ac superbiam: diutius viscera misericordiæ suæ continere non potuit, quin verbum suum, filium (inquam) vnigenitum nostra vestitum carne, coelo demitteret, qui vt iugi illius à ceruicibus nostris semel excutiendū potestati haberet amplissimā, ita in cunabulis adhuc agens luculentissima de illo victoriæ statueret trophæa. Etenim Cæsar Augustus ingrauescente iam ætate, rebus felicissimè gestis, totòq; orbe pacato, cum duobus maximis Hecabubēs sacrificiis sciscitaretur Pythiū Apollis

Idololatriam aperit cum Deo bellū est.

Christo nato idololatriam cessante cepit.

PRÆFATIO.

Apollinem, quē nā esset imperij habiturus successorem, in hanc sententiam respondit.

Me puer Hebraus diuus Deus ipse gubernans Cedere sede iubet, tristēq; redire sub orsum.

Subsecutū est enim, vt Pythij Apollinis dæmonium nō modò ex eo obmutesceret tempore, atque ad sibi destinata remearet loca: sed etiam tū Romæ in Capitolio ingētis molis primogenito Deo extrueretur aras (id quod Cæsar Romā reuersus fecisse non ambigitur) cui quantumlibet ignoto sacrificaretur. Refert Nicephorus Callistus scriptor, si quis alius rigidissim⁹ veritatis custos, ac in quo inest omnis antiquitatis copix quoddam cornu: quemadmodū ad monachorū quorundam sanctitate præstantū in Insulam Agypti, tum adhuc seruientē idolis, ab Arrianis deportatorum, omnia repente fugerint dæmonia. Et quod maiorem meretur admirationem, ad D. Babilæ Antiochenę Ecclesiæ Antistitis, & martyris cineres Daphnæū consiluit oraculū. Quidē quod Iulianus apostata, & necromanticus, dum in mediis versatur idolomaniis, spectris conterritus diabolicis, se pro recepta cōsuetudine, Christianus adhuc cū esset, signaculo munerit crucis, ac omnes dicto citius dæmonum præstigias propulsa: it: Diabolus igitur cū dolos suos, quibus humanū genus irretiuerat, laqueos prodi, ac impiissimas cultus sui delusiones proculcasset, nec se amplius in rebus creatis pro Deo haberi animaduerteret: apertum mouere Deo bellum posthabuit: sed vulpecularū more vineas demolictium, fraudulenter admodum rem aggressus est. quò nauiculam Petri à sanæ fidei, probatissimæque vitæ rectoribus gubernatam, si non præ

Pythiæ Apollis obmutescit.

Romæ ignoto Deo ara originitur.

Cineres martyriū demonum oracula cōpescunt.

notum

**De statuto
idolatriæ
de demollitione
Ecclesie
et demon**

P R Æ F A T I O .

uorum dogmatum fluctibus submergere, saltem
faciscere, ac complures occultis fraudibus in in-
teritum trahere posset. Igitur Veterator, vt quæ
exorsus erat telam, æquali pertexeret astutia: nõ
eos, qui pro modestia Christiana verbis sapientũ
beneuolas, ac sequaces accommodant aures, an-
tiquisq; patrum hærent vestigiis, oppugnat: sed
qui nomine quidem tenus Christianam profite-
tes fidem, interim arrogantia, inanisque gloriæ ves-
tibus tumentes, præ ambitione, dominandiq; stu-
dio, quasi intemperis quibusdam agerentur, hos
sue machinationis peridoneos conquisiuit ad-
ministratos. Hac via in ciuitatem Dei impij hostes
irruerunt, ac portentosorum errorũ immensam
inuexerunt colluuiem Simoniaci, Nicolaitæ, Ar-
riani, Pelagiani, Nestoriani: nouissimis etiã tem-
poribus Huscitæ, Lutherani, Calviniani, Anaba-
ptistæ, & simile perditissimorũ hominũ genus,
qui omnes innumerabilẽ Christianorũ multitu-
dinem in foueã perditionis præcipitarunt. Vide-
mus enim ita se comparare homines: vt multo
maxima pars virtute derelicta succumbat viciis,
plurisque sint mali, quã boni sectatores. Sed tũ
huic tã perniciose grassanti malo nõ destitit Deus
opponere post Apostolos, apostolicosq; viros
velut quosdã antagonistas Iustinũ Irenæũ, Cy-
priã, Chrysostrũ, Ambrosiũ, Hieronimum,
Augustinum, ac infinitos alios Christianæ fidei
protectores, vitæq; euangelicæ coryphæos, qui
pro electis Dei sese tanquã muros opponerent,
eosq; in fide maiorũ sartos tectos, conseruarent.
Sed quorsũ hæc? Eo scilicet, vt intelligatur, neq;
diabolũ malis ad nocendũ deesse, neq; Deũ pati
indefensos bonos. Quemadmodũ enim impatiens
quietis

P R Æ F A T I O .

quietis aduersarius noster, nunquã non aliquid,
ceu leo irruens machinatur maxime hoc nõ
stro exulceratissimo seculo, quo luculenta præ reli-
quis clade cõficere Dei Ecclesiã possit: sic nũc in
hac mũdi senecta, & velut decursu quodã seculo
rũ Iesus Christ⁹ De⁹, ac Dominus noster de suo
nomine sanctissimo insignitã aduersus scelero-
sos, atq; nepharios illius conatus Societãtẽ mi-
sit, quæ cum in primis amore Dei, tũ studio salu-
tis humanæ mirabiliter accensa, nõ modò ad cõ-
tundendũ hæreseon omniũ capita pro validissi-
mo esset futura malleo: verum etiã vim sibi à spi-
ritu sancto cõmunicatã haberet, qua & enormes
peccatores à laqueo desperationis in viã reuoca-
ret, & apud feras, barbarasq; gẽtes hætenus in-
accessas fidẽ propagaret. Tanta est autẽ, & tã im-
portuna illius malitiæ vis: vt tãmeti præclaros
huius literis, ac pietate exultræ Societatis fun-
ctiones, salutaresq; impetus frangere nõ queat,
aut in præceptum aliquod vitæ discrimen adducere:
non tamen conquiescat, quin vel per naufragos
à fide, vel impio alioqui Christianos eorũ apud
potentissimos vtriusq; ordinis Monarchas exi-
stimationẽ eleuet, & obscuret. Nec hoc mirũ vi-
deri debet, nullos enim ille oppugnat acrius, nul-
lorũq; innocentiæ struit insidias grauiores, quã
quos nulla vitæ habita ratione, vbi necesse est cer-
nit cũ Orthodoxæ fidei propugnatores reliquis
insuperabiles, tũ vitæ puritate, ac doctrina præ-
lucere. Sed neq; Christus Dominus vllos defen-
dit potẽtius, aut securius ab omni fraude tutatur,
quã quos in vineã suã excolendã destinat opera-
rios: quos calumniarũ procellis nunquã ita agi-
tari sinit: vt nõ aliquando suo præsidio commu-
niti in

Quos de-
mon ma-
xime im-
pugnat.

Quos De-
us defen-
dit potiss.



PRÆFATIO.

niti innocentie tabula emergat. Quæ cū ita sint, deploranda magis est, quàm ledoris confutanda (quod nūc ferè cacoethes obrinuit) illorū siue cęcitas, siue maleuolētia, qui sacratissimi nominis Iesu Societate in odiū, ac criminiosam suspiciōnē vocare nō verentur. Nā cū neq; Ioannes Baptista (quo inter mortales nemo extitit maior) neq; adeo Christus Dominus (Deus ipse, & natura Dei filius) potuerunt maliciosorum euitare blasphemiam, quin illū propter austeritatē insolitā vitæ dæmonio obsessum, Christū verò, quod familiariter vt homo ederet, & biberet, edacem, viniq; potorē dicerēt, quid mirandū si neq; nūc satis bonorū tuta sit apud malos innocētia? Vix dū in lucē nō sine Dei fauore prodierat hæc Societas Iesu: & ecce ingens diabolicis furiis comitata phalanx ita eā, lummis, infimisq; probè spectatā, & bonis probatissimā, psequi cepit: vt neque etiam nū quoquo modo grassari desisteret. Exterriti enim haud ita pridē nescio qui malē feriatī homines religionis, omniumq; virtutū hostes, qui cōtra Patres huius Societatis, nō modò per calumnias quasi occultis cuniculis egerunt: sed etiā aperto Marte editis libellis maledicentiæ plenis calamū petulanter, & immaniter in eos strinxerunt, qui tamē meo iudicio nihil aliud cōsecuti vidētur, quā quod propria detecta nequiritia latentē adhuc Societatis virtutem, & paucis exploratā in oculis omnium, & lumine illustriori collocarent, nō aliter, quā olim accidit Diocletiano Dei hominumq; cōtemptori improbissimo, qui cū in id totus incumberet, vt Christianorū sub imperio Romano degentiū aras, & sacra euerteret, aliud nihil tā immanibus laboribus esse

PRÆFATIO.

bus effecit, quā quod Christianismo paucos post annos ad pristinū cultū redeunte Ecclesiam catholicā multis partibus, & feliciorē reddidit. & auctiorē. Quā ob rē nihil est, quod cōturber nos, quā diu pietati insistimus, improborū hominū maledicentiā, aut si quid in Societate hanc dictū est asperius. Non enim hic recens ludus est, aut ante aliquot annorū hebdomadas prodiit: etiā crudelissimorū tyrannorū feritatē aduersus Ecclesiam & legimus olim accidisse, & nūc oculis ipsi videmus, passi sunt martyres ante nos grauiora, passi doctores, & propugnatores catholice fidei, quos ante commemorauimus. Deniq; patendū est oibus qui Christi nomē, & fidē sequuntur, stat enim rata illa Diui Pauli sententia, debere nos per multas iniurias, & tribulationes intrare in regnū Dei, quę tanto copiosius se offerunt plerumq; quanto quis vicinius adhærere Deo, & contra malos à virtute magis stare nititur.

Laudabiles certē, & præstantes viros animi patientia, & æquanimis extollet ad gloriā: malos demerget impietas ad pēnā: illis propter fidē, ac constantiā, & in auertendis ab Ecclesia erroribus nauarā diligentiam regnū promittitur æternū: his ex flagitiis suis, & impura vita manet gehenna ignis. Quid? quod ipsa irāquillitate, & pacata rerū cognitione vtilitatē hæreres adferunt Ecclesie maiore? quæ dū cōtunditur, vt ait D. Hilarius, vir in istis malis exercitissimus, vincit, dum opprimitur, exultat, dū arguitur falsi, veritatem prodit apertissime. Deniq; in his perturbationibus cuiusq; virtus quanta sit, & in catholica fide pleuerantia declaratur. scite enim dictum est ab Apostol: oportere hæreres esse, vt probetur qui inter



P R Æ F A T I O .

nos electi sunt. Iam verò quod de Ecclesia Dei in
vniuersum dictū est, licebit statuere de Societa-
te nominis Iesu, quæ quemadmodū æmulos suos
habuit, & adhuc habet plurimos: ita magis, ac ma-
gis elucescet quā diu nō alio se, quā innocentie
præsidio tuebitur. Erit, erit illa dies aliquando,
quæ tā piis omnibus, quā sanctissimæ huic Socie-
tati (licet hostiū suorū calumnias nūc surda aure
prætereat, ac silentio vindicet) fauorē, ac laudem
amplissimā dabit, & tā piæ causæ patronos stre-
nuissimos apponet. Quāquā, quid dico erit: imò
iā sunt minime pauci, qui diligentē operā ei pro-
mouendæ nauarunt, & præclare de successu eius
vaticinati sunt. Sed vnū placet ē multis adferre,
pie lector, ex quo velut ab vnguibus leonē (quod
aiunt) facile discēs, quanto in precio, & amore à
præstantissimis viris habita sit. Cū enim Diuus
Ignatius tū in terris superstes, nunc in cælis bea-
tus agēs, à quo primū Societas instituta est, quæ
propter sanctum spiritum in eo copiose inhabi-
tantē alterum dicere licet Ignatium Theopho-
rum illum, in cuius corde reflecto sanctissimum
nomē Iesu exaratum, impressumque apparuit: hic,
inquā, cum pro eo zelo, quæ in iuuanda Ecclesia
Dei gerebat, ac mentis ardore: vt aliquid cōfer-
ret in cōmune bonum iam fatiscentis laceræque
fidei Christianæ Romā venisset, cum Pontifice
Maximo Paulo eius nominis tertio vigilantissi-
mo, vt si quisquā alius, Antistite locutus est, &
quæ pro Ecclesia Dei moliretur, aperuit. Pontifex
admiratus masculam in viro Dei cōstantiam,
animique inuicti robur: sentiens etiā quantæ in ea
re, quam proponebat, commodæ rationes ines-
sent ad iuuandam Ecclesiam: nō modo liberali-
ter con-

P R Æ F A T I O .

ter concessit, quod impetratum volebat, verum
etiam afflatus diuino spiritu venisse dicitur in
eam sententiam, vt crederet defursum esse, & à
patre luminum descendisse hoc viri sanctum de-
siderium. Digitus, inquit, Dei est hic, o præclaram
vocem, & sagacissimo Christi vicario dignam.
Non enim altam istam, calamitatūque im-
pendentium, haud ignaram mentem latere pos-
sunt medicus impius, qui quoquo modo pos-
set, humanos solaretur casus, & Ecclesiæ labo-
ranti succurreret. Iam enim commodum Luthe-
rus ortus erat, iam stella illa caliginosa Anti-
christi extra coelum, & Societatem bonorum
in abyssum exciderat errorum, iam blasphemio,
atque impuro cordis aperto puteo tenebricoso
hæreticæ doctrinæ sumo coelum, solem, sacra
iuxta ac prophana infecerat. Verum ille, qui
cuncta suo nutu gubernat, aduersus eiusmodi ne-
pharios conatus dum electorum suorum obli-
uisci nō potest: pugilem eodem ferè tempore
Ignatium exciuit, de quo iam dixi. In cuius vs-
que adeo obliuionem venire non potuit Pontifex
ille Paulus, cum sepius iam, & familiariter
cum eo congressus fuisset: quin cum resolutionis
sue (vt cum D. Paulo loquar) iam iam tempus
instare cerneret, ac priusquam vitæ modum fa-
ceret, ad eum miro quodam animi desiderio
anhelaret, presentiam illius sepius inclamans:
Ignati, Ignati: Intelligebat nimirum Beatissi-
mus Pater: vt tranquilliori conscientia, ex hoc
ergafrūlo corporis emigraret, quantum mo-
menti esset positum in extrema illa cum morte,
nostrōque hoste iurato diabolo lucta, si quis
optimis, pientissimisque viris circumseptus es-



P R Æ F A T I O .

Lect. Quanti quoque, qui secuti sunt Pontificis Societatem hanc sanctissimi nominis Iesu faciendam esse duxerint: haud obscure singuli cum hoc ipso de quo agimus, suis diplomatis fecere contestatum. Quid? quod œcumenicum Consilium Tridentinum legitime in spiritu sancto pro salute totius Christianæ Reipublice indictum, operæ precium sibi duxerit definire, ac Societatis Iesu institutum publico comprobare testimonio? Et ne diu fatigere querendo, accipe verba ex c. 6. sess. 25. Sancta Synodus non intendit aliquid innouare, aut prohibere, quin religio clericorum Societatis Iesu iuxta pium eorum institutum à Sancta sede Apostolica approbatum, Domino Deo, & eius Ecclesiæ inferuire possit. Multa huc adferri possent præstantium viro- rum testimonia, quibus certum facere liceret id quod dicimus, Societatem hanc honore, ac favore omnium dignam esse: sed quia nec indiget alienis præconiis, & in defensionem eius publicis monumentis multi aliquid contulerunt, libenter superfedebimus.

Est inter reliquos Iacobi Andradij Payui doctissimi, disertissimi que viri opus in decem digestum libris, quod qui volet legere, quomodo, quibusque initiis exorta sit, & quomodo adoleuerit, animaduertet.

Cum quibus studiose Lector has literas ex India allatas si adiungas, multiplicem vitæ in melius commutandæ fructum percepturus es, quas ob id malimus qualicunque stilo exaratas prodire, sic tamen vt non ingratis respiciant latinitatis saluam, quam magnifica Dei apud

Indos

P R Æ F A T I O .

Indos opera non in lucem proferre. In quibus fortasse illud offendet delicatulas aures, quod quasi modestiæ Christianæ immemores, de se loqui aliquando videatur gloriosius: memineris oro, non ita ab ipsis conscriptas esse, vt promiscuo eas obrudi voluerint lectori, sed suis duntaxat fratribus mirabilia Dei per se patrata, cupiebant esse nota, quo & in primis omnipotentis Deo, pro eo ac par est: gratiæ agerentur, nec non pro ipsis in vinea Dei laborantibus continuo iunderentur præces, seseque mutuo in grauiissimis solarentur exanimarentque, laboribus. Præterea hoc te admonitum volumus, literas has multo copiosiores quam nos tibi damus, ex India missas fuisse: sed ne quid esset, quod temere te retineret, in legendo, multa ex industria subtrahita sunt.

His interea fruire, dum aliud tibi volumen magis elaboratum in quinque vel sex libris distributum paramus: in quorum primo tibi sumus daturi B. P. Francisci Xauieri, si fieri potest, Epistolas omnes, in secundo Goenses, Iapanenses & Sinenses in tertio, Ethiopicas in quarto si ita videbitur, in quinto Brasilienses, siue Americas, sextus eas forte continebit, quæ non ita commode in ordinem secundum narrationem historicam digeri potuerunt. Quem laborem eo lubentius in tuam gratiam suscipimus, quod non alium fere ordinem seruatum esse, quam quo ex India receptæ sunt in quatuor illis admodum prolixis, idiomate Italico conscriptis tomis, non sine tedio aduertimus: Vale in Christo Lector optime, nostris que laboribus, quod facis, boni consule.



Prouerb. 3.

Noli prohibere benefacere eum
qui potest: Si vales, & ipse
benefac.

FRANCISCVS
XAVIER

PATRI IGNATIO GE
nerali Societatis Præposito, & Fratribus
Romæ, Patavij, Parisiis, Colonia,
Valentia, & in Lusitania
literis operam dan-
tibus.



RATIA & pax Iesu
Christi Saluatoris nostri
fit semper vobiscum. &c.
Cùm elapsi duo sint anni,
eoq; amplius nouem men-
ses, quòd à Lusitania petiturus Indiam
soluerim, ac ternas, dum in India sum,
ad vos literas dederim; à vobis verò vnas
duntaxat receperim, quæ Idibus Ianuar.
datae, anni 1542. mihi nunc primum du-
obus ab hinc mensibus sunt redditæ:
diutius mihi silendum non putavi; quin
de propagatione fidei, cuius hic magna
incrementa largitur Deus Opt. Max. ac
ratione instruendi rudiores in fide, pau-
ca ad vos describerem. Scribam autem

A inge-

Francisc^o
hic prim^o
de Societate
in Indi-
am missus,
multa bon-
minu mil-
lia cõuera-
tit, multa
tisq; mira-
culis dum
uiueret,
claruit,
magis etiã
post mort-
em cum ei^o
corpus a-
deo inter-
gru perdu-
ret, ac si iã
iam exha-
lasset anis,
manu



EPISTOLÆ

Ingenue ad vos Fratres in Christo Iesu dilectissimi, quæ Christus Dominus hisce nouissimis temporibus per nostræ Societatis Patres dignatus est in salutem humani generis operari apud Indos.

Polliceor autem mihi de vestra æquitate, quod non in vanæ gloriæ aucupationem sitis interpretaturi; quemadmodum qui nullius sibi virtutis conscij omnes esse sui similes optant, aut saltem opera Dei magnifica per alios gesta obscurant, aut etiam eleuant maleuolè: sed potius quod ex grata (vt spero) lectione materiam sitis arrepturi gratias misericordie Deo agendi. Igitur Dominus Paulus, Franciscus Mancilla, & ego bene in Domino valemus. Paulus Goë agit in collegio S. Fidei, vbi strenue sanè suo fungitur officio, ac penes eum puerorum ibi habitantium est cura. Ego verò, & Franciscus Mancilla annum iam, & amplius sumus apud Christianos eius Regionis, quæ indigenarum lingua Comorin appellatur. Horum magnus est numerus, ac quotidie incrementa sumit haud pœnitenda. Vbi primùm in oram veni, quam habitant, cura mihi fuit interrogare; eequam de Christo Domino nostro

INDICÆ.

3

nostro noticiam haberent? Tum tenerentne articulos fidei? Hinc quid crederent? quidue amplius iam fidei nostræ initiati haberent, quàm antea gentiles cum essent? Nil illi aliud responderunt, quàm Christianos esse se: Legem verò nostram, & ea quæ credenda sunt (quoniam idioma nostrum non intelligerēt) ignorare. Cùm ergo inuicem non satis intelligeremus (quod illi lingua vterentur Malauar, ego verò Celtiberica, vulgò Vaziquenza) conuocaui peritiores eorū, quosq; sciebam vtriusque idioma esse gnaros. Qui dum multis diebus vnum in locum coeunt; tandem magno labore in linguam gentis illius nonnullas, easque pias transfuderunt orationes.

Complectebantur autem figuræ Crucis vim, in personarum trinitate vnus Dei confessionem, symbolum Apostolorum, decem mandata Dei, Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Salue Regina, & Confessionem generalem.

His ita eorum lingua donatis, & altius mea in memoria fixis: obibam totam urbem, ac promiscue pueros, & viros, quos poteram, aeris sonitu conciebam; illque instituendis postquam confluxif-

A ij sent,



*Pueri pas-
santibus si-
dem annu-
ciant.*

*Mira gen-
tium promp-
tudo ad
fidei audis-
sima mys-
teria.*

*Symbolū
ediscitur.*

EPISTOLÆ

4
sent, diebus singulis quatuor dabam ho-
ras, duas orto iam Sole, duas alias sub oc-
casum. Itaque factum est, vt vno mense
orationes perdicerent, hanc ab illis pos-
tulans mercedem; vt pueri quæ à me
audierant, parentes, & omnes domesti-
cos edocerent. Dominicis verò diebus
mei fuit studij, vt vniuersam vrbis incol-
larum multitudinem, cuiuscunque esset
vel ætatis, vel sexus, euocarem; vt sua
quisque lingua orationes clara recitaret
voce. Quod cum absq; omni tergiuersa-
tione alacriter facerent omnes: non du-
biis argumentis sibi impensè eam rem
cordi esse testati sunt. Exorsi igitur à
confessione vnitatis essentia diuinæ,
cum personarum trinitate, omnes suo
idiomate (dum præirem ego, illi autem
sequerentur) clara voce symbolū enun-
ciabant. Quo finito: solus ego symbolum
iterabam, ac vnumquemque articulum
ab aliis dirimens, iustam explicationi
moram temporis impendens, admone-
bam eos nil aliud esse Christianū, quàm
fide firma, & inexpugnabili 12. articulos
credere. Cum ergo Christianos esse se
proferrentur: sciscitabar an 12. fidei
articulis inconcussa fide adhæreant?

Hic

INDICÆ.

5

Hic scilicet omnes tam viri, quàm mu-
lieres, tam senes quàm iuuenes, admotis
pectori decussatim (sive in crucis figu-
ram) brachiis, responderunt alta voce:
Credimus. Quam ob causam eis man-
davi; sæpius vt symbolum Apostolorum
versarent animo, quàm alias orationes:
quòd mortalium quiuis potissimum ac-
ceptam ferre debeat illi fidem Christi-
anam. A symbolo ad decem mandata
itum est. Ea esse aiebam legem Christi-
anorum, quæ si quis (vt Deus iussit) im-
pleret: dicitur bonus Christianus; sin ve-
rò contrà, malus. Magna erat cum Chri-
stianorum, tum gentilium admiratio:
quòd viderent summam legis diuinæ
æquitatem, & cum ratione naturali, pa-
rem symphoniam. Quo opere pro viri-
bus consummato: dedi eis Orationem
Dominicā, & Salutationem Angelicam,
quas me præeuntem secuti, duodecies
pro adeptione 12. articulorum fidei, ite-
rum decies pro obseruatione 10. manda-
torum legis, hac serie protulerunt. Initio
proloquor articulum fidei primum; sub
quem illi sua lingua mecum sic precan-
tur: Domine Iesu Christe fili Dei, da no-
bis gratiā; vt ingenuè, & sine dubitatione

*Quis bonus
et quis ma-
lus Chri-
stianus dis-
citur.*

A iij

primum



6 EPISTOLÆ

primum articulum fidei credamus. Eam nobis donari oratione dominica implo-ramus. Inde simul è vestigio dicimus: Mater Domini nostri Iesu Christi concilia nobis à filio tuo gratiam, qua ingenuè, & sine dubitatione primum articulum fidei credamus. Hanc vt nobis conciliet dicimus: Ave Maria; Idem fit in reliquis vñdecim articulis. His ita peractis mandata enunciamus ad hunc modum. Imprimis aliquo clarè proclamante primum Decalogi mandatum, acclamant omnes. Exinde simul omnes dicimus: Domine Iesu Christe fili Dei da nobis gratiam, qua te super omnia amare valeamus. Vocato Dei auxilio; omnes deinceps dicimus Orationè Dominicam, cui alia ad B. Virginem subiungitur precatio: Sancta Maria mater Domini nostri Iesu Christi, flagita nobis à filio tuo gratiam, qua valeamus primum adimplere mandatum. Qua implorata gratia, salutationem quoque addimus Angelicam, itaq; faciunt omnes in residuis novem mandatis. Hæc ferè sunt, quæ per nostras orationes à Deo docentur postulare: affirmans, Deum si hæc semel eorū precibus donauerit; spe, votoque suo plura lar-

INDICÆ. 72

ra largiturum. Confessionem generalem; vt omnes dicant, operam do, maxime; verò hi, qui baptizari volunt. Quos postquam symbolum pronūciârunt, & vnūquemque articulum se credere affirmârunt, legis etiam mandata memorârunt; eaq; se seruaturus Deo iuuâte receperūt; tanquã satis exploratos, baptizo. Quibus oibus Coronidis loco Deiparæ Virgini accinitur antiphona Salve Regina. Porro cum hic locorū pueri magnū præ se ferāt legis nostræ amorē, quod cōtestatum faciunt tū auido audiendi studio, tum etiã ea abominatiōe idololatriæ, vt sæpè verbis aduersus ethnicos atrocissimis digladiētur: quæ mea spes est, & fiducia, de misericordia Dei non ambigo, quin suis parentibus longè sint euasuri meliores. Etenim parentes si videant antiquum obtinentes recidere in idolorū cultum: non modò eos acriter corripunt; sed vltis eorum amore etiam ad me deferunt. Sanè eò res modò spectare videtur; vt metu puerorum, ciuium nemo audeat in vrbe idolis sacrificare. Nam extra urbem occultè si quis idolorum sectetur cultum, pro Christianorum diligentia suspectas omnes perferuntur la-

A iiij tebras

*Pueri pã
rètes acri
ter corria
piunt, &
deferunt.*



tebras : deprehensus ilicò ad me defer-
 tur. Cui malo aliud à me non adhibetur
 remedium, quàm quòd plerisque conuo-
 catis pueris, eos in rem præsentem mit-
 tam; vbi idololatria instaurari videbatur:
 qui pro singulari, pioq; quem erga fidem
 gerunt zelo, maiorem irrogant diabolo
 contumeliam, quàm ipsum parentes di-
 gnati fuerant veneratione. Arrepta enim
 idola per præceptis in cautes deturbant;
 aut certè ignibus exurenda tradunt: aliã-
 que designant, quæ quanquam non sit
 honestum recensere; pueris tamen est
 honori, ita illudere ei, qui parentes suos
 eo dementiæ impulerit; vt lapides, & sa-
 xa pro Deo haberent, ac venerarentur.
 Quatuor mensibus in quadam magna
 Christianorum vrbe moratus sum hisce
 occupatus muneribus. Orationes nostras
 in eorum linguam à me conuersas, vt
 memoriæ commendarent, sedulo operã
 dedi: illi verò præ fidei nostræ amore
 nullum detrectabant laborem. Quo tem-
 pore tanta me obruebat hominum mul-
 tudo, qui me ad suas ædes multis præ-
 cibus vocabant; alij quòd ægris cum mor-
 te luctantibus auxilio subuenirem; alij
 quòd manuum impositione sanitatem re-
 cupera-

*Pueri ido-
la demolis-
untur.*

*Studium
gentilium
erga pas-
storem su-
um et pro-
priam sa-
lutem.*

cuperent: vt legendis Euangeliis, pu-
 eris baptizandis, docendis orationibus,
 explicandis quæstionum nodis, sepeli-
 endis mortuis, iuuandis aliquorum bonis
 desiderijs, inflammanda quoq; multorũ
 pietate, mille me, tametsi gratæ, circum-
 uallarent angustij. Ne tamen suo deside-
 rio quod erga religionem gerebãt frau-
 daretur eorum fides, pietasq;e, cum o-
 mnibus vnus satisfacere non possem:
 pro re nata suggessit credo Deus consi-
 lium, quomodo omnium voluntati mos
 gereretur. Pueros enim Christianas cal-
 lentes orationes in egrotantium domum
 submisi, qui omnibus domesticis, & vici-
 nis conuocatis, frequenter symbolum
 cum nonnullis precationibus pronun-
 ciarent: asseuerantes fore, vt æger si cre-
 deret, incolumitatem consequeretur.
 Dum ad hunc modum per pueros om-
 nium satago morem gerere volũtati: sit
 vt ægri per fidem domesticorum, vicino-
 rum, & suam ipsorum, expectatione ma-
 iora à Deo Opt. Max. beneficia accipi-
 ant; nec solũm à graui languore corpo-
 ris, verũm etiam animæ egritudine cu-
 rentur. Magna sanè Deus erga eos mi-
 sericordia vsus est; vt qui per corporis
 morbos

*Sanitas
manuum
impositi-
one peti-
tur.*

*Pueri ora-
tiõe a pro-
sanant.*



in morbos eos ad salutem animæ, fidemque vocarit, ac tantum non compulerit.

Hunc ad modum pulchrè religionis nostræ iactis fundamentis; reliqui in ea ciuitate quendam, qui eos adhuc in fide paruulos vsq; dum in virum crescerent perfectum, educaret, ac institueret: ego verò progredior ad alias, eadem in illis munia obiens; Itaq; fit vt nusquam non plurimè sint obuiè in hac regione sanctæ, diuinæque occupationes. Nam quanta sit vtilitas, adeoque spiritalis voluptas in baptizandis infantibus modò natis, et grandioribus instituendis, qui ætatem habent capacem literarum: vobis mente comprehendendum relinquo; cum ipse rem pro dignitate explicare non possim.

Ciuitatibus per quas mihi iter est, preces trado Christianas, quæ præcipua fidei nostræ complectentes capita, singularem quoque spirent diuini amoris affectum: Has vt & meliori fide memoriæ mandent, & dicant quotidie; virum spectatæ probitatis constituo, qui Dominicis diebus eas exigat, & ignaros instituat.

Multi profectò hic locorum degunt, qui non alia

non alia de causa (vt equidem arbitrator) in tenebris permanent infidelitatis; quàm quòd idonei desunt ministri, qui lumen Euangelicæ veritatis queant, velintque inferre. Vnde frequenter animo meo talis irrepit optatio: Vtinam qui in Europæ academiis degunt, magno numero auaritia scientiarum duntaxat pallentes, Iesu Christi spiritu afflati ad meditandum seriò proximorum salutem animum appellerent; Quot animæ præcipites in damnationem feruntur, quas creauit omnipotens Deus; vt beatitudinem aliquàdo, viteq; immortalitatem acciperent, nisi quòd illis veluti paruulis, qui panem celestis doctrine frangant, desint Parochi. Qui si vt seraphico spiritu sublimia de Trinitate sapere videntur; ita ob oculos haberent rationem accepti à patrefamilias talenti, cuius in nouissimo die stricta reddenda erit ratio: multi eorum repudiatis consiliis, quæ probauerunt, aliam inirent viam, sin potius cognitionem, quàm literarum scientiam affectarent; voluntatem diuinam non tam intelligere, quàm sedulò implere studeant. Proculdubiò imitatores forèt Diui Pauli

Abusus scientiarum.

Vtinã nõ eodẽ Europa laboraret morbo

Orandus
Deo, ut eli-
gere dig-
netur quos
mittat in
vineâ suâ.

Præposte-
re de me-
dis cogi-
tât nō con-
siderantes
an ad finē
conducūt.

Pauli Gentiū Apostoli, orationeq; assidua
à Deo gratiâ flagitarēt, quò & cū ipso fi-
dētē dicāt, sese totos in diuinū offerētes
obsequiū: Domine, ecce adsum, quid me
vis facere? Mitte me quò vis, vel ad bar-
barâ, totoq; orbe diuisam Indorū gentē.
Quātò tranquilliorē animi vitā agerent,
quātò maioridiuinæ misericordiæ fidu-
cia mortis tēpore iudiciū illud, quod ef-
fugere poterit nemo, expectarēt dicturi:
Domine quinque talēta tradidisti mihi;
ecce alia quinque superlucratus sum.
Sed metuo ne eorū pleriq;, qui in acade-
miis dāt operā disciplinis, potius id spe-
ctent; vt per eas nanciscātur dignitates,
Episcopatus beneficia, quàm vt ea faci-
ant, quæ facere æquū est Canonicos, &
Episcopos. In ore est omnibus: Volo li-
teris vacare; vt sacerdotiū, vel Ecclesiasti-
cā assequar dignitatem, qua parta, postea
Deo viuam. Homines animales, qui quæ
propria distat libido, statim ea recta, &
sequēda esse arbitrantur: bis hoc nomine
Morycho stultiores; quòd neq; suarū, ne-
que alienarū rerū satagentes, etiā in ob-
liuionē voluntatis veniant diuinæ; neq;
in eam curam suam & consilia omnia
iacientes, Metuunt enim, ne quod ipsi
volunt,

volunt, Deus nolit: néue dum diuinę vo-
luntati obediunt, malè parta beneficia à
se abdicare cogantur. Quòd si messis
incredibilem viderēt vbertatem; deplo-
randamq; operariorum intelligerent
defectū primarij qui in Academiis Eu-
ropæ degūt Theologi: Nō dubitē confir-
mare, quin vel nō necessarios huc mit-
terēt, vel oī cura, & sollicitudine viros
spectatę probitatis, & doctrinę cōquire-
rēt, quos huic admouerēt negotio. Innu-
meræ certè Miryadum animę fidē com-
plecterentur Christianam, quas necesse
est nostra ignauia, suoq; infidelitatis pec-
cato æternum perire. Tanta est hīc eo-
rum, qui ad fidem veniunt multitudo; vt
mihi sæpè dum baptizo, quasi eneruata
labore brachia fatigentur, & ob rauce-
dinem propemodū destituar voce, dum
toties articulos fidei, decem mandata,
aliasq; orationes eorum in linguam
traductas memoro, dum ipsis quid sibi
(Christiani) vocabulum velit, ac re-
quirat explano, dum etiam de Paradiso,
de inferis, & quę sit eorum conditio, qui
huc: quamq; beata eorum fors, qui il-
luc proficiscuntur, verba facio. Frequen-
tissimè autem sum in symbolo, & man-
datis

Tam mul-
ti ad bap-
tismū con-
suunt, vt
brachia
baptizan-
tis fatigē-
tur, voxq;
deficiat

Universidad de Deu
**Integra
ciuitates
baptisma
interdum
suscipiūt.**

**Liberalis
tas Prores
gis in rem
fidei.**

**Goæ ædi
ficatur col
legium.**

**Magnæ
eleemosys
ne erogā
tur cate
chumenis**

dati Dei inculcandis. Accidit nonnunquam vt eadem die ciuitatem integram baptizem. Hæc res magna ex parte Gubernatori Indiæ ferēda est accepta, cum quodd singularis sit amicus & fautor nostrę Societatis; tum quodd nullis vel partit sumptibus, vel omnes in se suscipit (quos potest) labores ad propagandam fidem: cuius etiam opera nunc 30. in hac ora habemus Christianorum vrbes. Tam auidē heros ille esurit, & sitit fidē omnium gentilium; vt nuper donauerit nummum aureorum 4000. his qui omni diligentia in vrbibus Christianorum veritatem profitentur. Superiori anno scripsi ad vos in ciuitate Goæ ædificari Collegium, in eo iam sunt multi adolēscētes, omnes à paganismo orti, horum intra collegij muros, vbi multa sunt ædificia, alij linguæ Latinæ dant operam, alij characteribus formandis, legere discunt alij, & verba sonare Latina. Adest eis Dominus Paulus, per singulos dies sacris operans, eorum confessionem audiens, à doctrina spiritali nunquam cessans, curam habens etiam rerum corporalium, quibus egent adolēscētes. Collegium hoc adeo magnū est, vt plures

res quingentis capere possit, eosque suis prouentibus alere: quodd ab erogantibus multis bonis viris eleemosynas accipiat plurimas, & Prorex ipse abundantissimē omnia largiatur. Debet huius institutio collegij (quodd vocatur, Sanctæ Fidei) iure omnes accendere, & stimulare, vt Deo omnipotenti gratias agant immortales. Ante multos annos per Dei misericordiam confido eorum labore, qui in hoc collegio literis vacant, numerum Christianorum admodum auctū iri, & Ecclesiæ fines longē lateque proferēdos. Est in hac gente genus quoddam hominum Brachmanes appellatū, quodd pro agnata sibi pertinacia, miro quoddam studio simplicē plebem in sua superstitione fulcit, corroboratq;: curam phanorum habent idolis sacrorum, mortalium omnium qui sub cælo sunt nequissimi. De quibus meritō intelligi potest illud Prophetæ: De gente non sancta, & homine iniquo, & doloso erue me. Sunt homines nunquam ex animo quodd sentiant eloquentes, apud se asidue, quo modo per astutias miseros, & simplices circumueniant, volutantes. Persuadent compluribus idola esse admodum

Brachmanes quorū meminit Plato, sacerdotēs gentiliū.

Daniel. x. 4.



modum edacia; quam obrem ipsis & pecuniam, & varia esculentorum genera esse immolanda: nimirum splendidum hoc comminiscens mendacium; quod ipsi cum vxoribus & liberis genialius bacchanalia viuere possint. Quocirca & plus æquo credula plebs antequam cibum sumat, domesticorū aliquem nummum ad aras oblaturum bis quotidie mittit: illi verò saltantes sistratiquē, ac si furibundi forent, epulantur. Idola tunc edere miseris persuadent, & ne quid ipsis, suæque familiæ desit, denunciant populo vehemēter insensa esse idola; quod imperata non confestim tribuantur: & nisi sibi Deos propicient, fore vt eos occidant, ærumnis & calamitatibus affligant, aut in ædes eorum dæmonia immittant. Ea miseri ne sibi eueniant formidantes: sine mora quæ postulata sunt, aut plura etiam largiuntur. In eis parum licet sit virtutis, & literarum: abundè tamen eam inopiam malitiæ, & fraudum omnium affluentia compensant. Dolos & imposturas eorum, quia non cesso omnibus palam facere; plus quàm Vatiniano me prosequuntur odio. Semel (quæ ipsorum est stultitia) mihi soli confessi sunt

sunt, populo se quidē imponere, sed necessitate cōpelli. Cū enim nihil aliud in bonis habeant, quàm idola illa saxea, quibus apud populum numen aliquod affingunt: sit vt pecuniam sibi non mediocrem conslent. Quoniam autem persuasum habent, me vnum plura scire, quàm omnes se; imposturamq; suam plebi non detectam iri, si à me muneribus corrupto silentium impetrassent: plurimis ad me donis missis, iniquè admodū & impatienter ferunt illa à me repudiari: hoc etenim consilio mittunt, ne suæ astutiæ simplicioribus hætenus incognitæ omnibus prodantur. Affirmant se non latere vnum esse Deum, seq; illum pro mea salute (si taceam) oraturos: ego vicissim illis aliquid, quod Deus menti suggerit, in aurem dico. Postea simplicibus (quos religio, & formido mala illis facit obnoxios, ac plus æquo credulos) aperio eorum fraudes, & illusiones ad raucedinem vsq;: qua ex re sæpenuerò contingit, vt eorum permulti vana formidine liberati, fidem Euangelij complectantur. Si non obstarent isti deplorata malitiæ homines: gentiles omnes nullo negotio fierent Christiani.

Ædes vbi cum idolis habitant, Pagodes appellatur. Omnes gentiles huius regionis parum habent literarum, malitiæ autem plus satis. Hactenus vnum duntaxat Brachmanem numero Christianorum adscripsi, optimè indolis adolescentem, qui prouinciam accepit institutorum puerorum in fide. Dum Christianorum vrbes viso, multos prætereo Pagodes, & inter alios vnum in quo erant Brachmanes plures ducentis, qui cum ad me venissent, inter alia quæ vltro citroq; tractata sunt, percuntatus sum ab eis, quid iuberent idola facere; vt vitam æternam consequantur? Hic orta magna inter eos dissentione, quis mihi responderet primus; tandem iusserunt senem quendam respondere, qui plus minúsue 80. annos natus erat. Ille, antequam mihi respoderet, vt dicam prior postulat quid mandet Deus Christianorum? Ego verò intellecta hominis astutia, parere nolui, quòd prior à me interrogatus, prior etiã respondere foret æquum. Ibi miserabilis senex prodito superstitionis suæ delirio, respondit: Duo à Diis suis imperari, quorum alterum est, non occidere vaccas, quas ipsi adorant; alterum, erogare eleemo-

Vaccas
adorant.

elemosynas, & has Brachmanibus, qui idolis in Pagodibus ministrant. Quibus ego auditis, dolens tantum iuris vsurpare dæmones in nostros proximos, ab eis pro Deo vt colerentur; eos sedere iussi. Seditibus omnibus surrexi, stansq; inter eos alta voce lingua ipsis vernacula, Symbolum, & mandata pronunciaui, vniuscuiusq; mandati sententiam breuiter aperiens; postea verba feci de superis, de inferis; & qui ad hos, & qui ad illos sint ituri. Illi verò, audita hac disputatione, simul omnes surgere, frequentes me amplecti, & vno ore clamare: Verè Christianorū Deus, verus solus est Deus, cuius tam æqua sunt mandata, tam rationi naturali affinia. Rogarunt an veluti brutorum animalium: ita nostra quoque anima vnà cum corpore interiret? Sanè tunc mihi Deus ea suggessit, quæ liquidò illis animæ immortalitatem ostenderent, quæ res eis magnæ fuit voluptati. Rationes autem quæ populo huic illiterato, rerumq; omnium ignaro datur, non tam exquisitæ esse debent, quam quas ad amussim doctores scholastici tradiderunt. Percontati sunt etiã, qua parte hominis anima erumpit, cum moritur?



Et quādo homo soporatus somniat se in aliqua prouincia esse apud notos, & amicos (vt mihi sæpè vobiscum esse accidit in Domino charissimi) an id fiat, quia anima illuc proficiscēs corpus exangue destituat? Præterea an Deus sit albus, an niger propter discrimina colorū, quæ in hominibus videntur? Et cum hic omnes sint nigri, quia vnusquisque suæ formæ amator est: ideo nigrum arbitrantur esse Deum, quasi formosiores sint nigri hominibus albis. Hinc quoq; vt plurimum idola eorum sunt nigrore horrida; impuroq; oleo perfusa, supra modū olida: visu verò adeo sœda, vt vel soluseorū aspectus terreat intuentē. Quibus omnibus quæstionibus satisfeci, prout eorū capere ingenium potuit. Cum verò tandem suis eos verbis reuincere conarer, diceremq; ipsi (quandoquidē veritatē scirent) vnu esse Deum, solumq; adorandum; idcirco etiam Christianos esse oportere: responderunt id quod multi nostrates solent: Quid nobis alij dicturi sunt, si sic, qui hætenus apud plebem floruumus gratia, auctoritate, & existimatione, per instantiæ leuitatem nostram legem mutauerimus? Vnde nobis ad vitā necessaria

para bi-

parabimus? Aliasq; inanes causas, vt filiis diffidentiaē mos est, nectebant. Vnicū Brachmanem inueni in quadā huius regionis vrbē nō omnino ignarū literarū, quas in quadā celebri schola didicisse se rebatur: quapropter curavi excogitata via, hominem vt conuenirem. Cum igitur ambo simul essemus, is mihi arcana quædam cōmisit. Primum à Iudi Rectore hoc agi; vt quos habiturus est auditores iureiurando compellat, nunquā se ea quæ audituri sunt mysteria reuelaturos: quæ tamen propter amicitia, quæ dudū inter nos contracta erat, minimè celauit. Quorum mysteriorū vnum erat; ne vnquam profiterentur adorandū esse Creatorem cœli & terræ, qui in cœlis est: sed potius idola, quæ dæmonia esse sciebāt. Sunt apud eos libri, in quibus mandata Dei scripta sunt, lingua autem quæ illos in schola docetur, est veluti latina apud nos. Hic mihi de memoria recitauit exactissimè 10. mandata, & quomodo vnusquodq; illorū intelligatur, accuratè descriuit. Dies quoq; Dominicos, qui doctores sunt, seruāt religiosissimè, quibus non pronunciant aliam orationem nisi hanc, eamq; sæpius: Oni ciri marania noma.

B iij Hoc

Implū iuramentū.

Brachmānes Decē præcepta tenent. Dominicā colunt. Oratio doctorum.



Biblioteca
Erit vnus
pastor, &
vnu ouile.

22

EPISTOLÆ

Hoc est: Adoro te Deus cum tua gratia,
& auxilio in æternum. Dixit etiã mihi,
vetitum sibi esse lege nature, habere plu-
res vxores: seq; habere in suis libris, fore
aliquando, vt omnes sub vna lege viuãt.
Adhęc retulit in suis scholis doceri Ma-
giam & incantationes. Quibus omnibus
mihi communicatis; postulauit sibi à me
vicissim reuelari capita legis nostræ, af-
firmans se nemini disturum vnquã. Cui
ego respondi, nihil ipsum à me auditu-
rum, nisi polliceatur se neminem ceta-
turum. Cùm itaq; se promulgaturũ rece-
pisset, postulauit à Domino Deo, ea vt
mihi suggereret verba, & sermonẽ, quæ
in sacris literis pondus, & energiam ha-
beant singularem. Primum igitur enar-
rata sunt illi hęc verba: qui crediderit,
& baptizatus fuerit, saluus erit. Tũ Sym-
bolum, cui accuratã subiunxi explicati-
onẽ: quod vt plenẽ intelligeretur, man-
data quoq; recensui, propter summã eo-
rum cum simbolo consensionẽ, quæ om-
nia sua ipse lingua diligẽter perscripsit.
Narrauit se vna nocte magno gaudio vi-
disse in somnis futurum, vt esset Chri-
stianus mihi socius, & comes itineris:
quamobrẽ voluit per me baptizari, sed
occultẽ

INDICÆ.

23

occultẽ, & nonnullis conditionibus; quæ
neq; liberales erant, neq; Christianorum
moribus conformes, eius voluntati non
parui. Confido tamen per Dei misericor-
diam, quòd absq; vlla conditione bap-
tismatis sacramento religioni nostrẽ ini-
tiabitur. Suadeo illi, vt simplices doceat
adorare vnum Deum Creatorem cœli &
terræ, qui in cœlis est: quod ille propter
vinculum iusiurandi, ne periurus à dia-
bolo occidatur, facere non audet.
Permulta adhuc vobis forent scribenda
Fratres mei, ni me temporis excluderet
angustia, ac aliò me multiplicia vocarẽt
negocia: vnum duntaxat addam, nimirũ
eorum qui hic gentibus euangelizant,
tanta esse mentis solatia & gaudia, quæ
non sit facile verbis exæquare. Versatur
etiam inter nos quidam, qui haud infre-
quenter à Deo ea perfunditur volupta-
te; vt in has sæpẽ prorupat voces: O Do-
mine ne tot mihi in hac vita largiaris
solatia; aut si per tuam inexhaustam bo-
nitatem, & misericordiam ea dare vis:
tolle me hinc ad tuam gloriã. Nam ni-
mia est anxietas, vbi tam benignẽ crea-
turis te infuderis, tam procul à tuo con-
spectu viuere. O si qui scientiis vacant,
tantum

*Gaudium
euangeli-
zantium.*



tantum laborarent; vt his quoque deli-
ciis, & voluptatibus Deus eos aliquan-
do dignaretur, quas non ærumnas suffe-
runt, vt vanam huius mundi sapientiam
assequantur. O si gaudia, quæ multorum
animis oboriuntur ex rei alicuius nouæ
indagine, illis prouenirent ex instituti-
one proximi, operibusq; charitatis, dum
alios ea docerent, quæ sunt ad salutem
necessaria; ab ouili lupos arcerent; nu-
tantes, aut lapsos iam a fide corrobora-
rent, & erigerent: quantò alacriores, &
paratiores essent ad reddendam Domi-
no rationem, quam est exacturus, dicēs:
Redde rationem villicationis tuæ.

Obletationes quas hîc habeo, Fratres
in Domino charissimi, præter cæteras,
sunt frequens vestri memoria, consuetu-
dinisq; illius recordatio, quæ mihi vo-
biscum per magnam Dei misericordiã
fuit; In qua quidem consuetudine nunc
intelligo, & sentio quantam infelix ego
iacturam fecerim, qui ex tot, tantisque
beneficiis, quæ in vos Deus abundantis-
simè profudit, tam parum utilitatis re-
portauerim. Hæc tamen mihi Deus lar-
gitur beneficia per iuges vestras oratio-
nes, & assiduam mei memoriã apud
eum,

eum (dum me ipsi commendatis absen-
tem corpore) vt dignetur mihi ostende-
re meorum multitudinem peccatorum,
viresque, & fortitudinem suppeditare;
vt inter infideles versari perdurem.

Quare cum Deo gratias immortales,
tum etiam vobis Fratres in Domino cha-
rissimi lôgè maximas ago. Inter mul-
ta autem, quæ Dominus dedit, datque
mihi quotidie beneficia, vnum illud ma-
ximum est, quòd videre mihi licuit no-
stram Societatem, legemq; viuendi tan-
dem aliquando Cardinalibus, & com-
primis Episcopo primæ sedis probari, ab
eis stabiliri, & robur accipere: Sit Domi-
nus per secula benedictus, quia visum
est ei palam facere, id quod antè occul-
tè seruo suo Patri nostro Ignatio inspi-
rauerat. Anno elapso scripsi ad vos sacri-
ficiorum, missarumq; numerum, quæ a-
pud Indos iussu Domini Ignatij feci-
mus. Factorum verò hoc anno numerum
non teneo. Finem facio, Deum orans, vt
qui ex tot nationibus per suam miseri-
cordiam nos coegerit, coactosque in dis-
iectissimas orbis plagas disseparauerit,
iterum nos iungat post hanc vitam in
sua gloria. Quod vt obtineam, in auxiliũ
voco



26 **EPISTOLÆ**
 Voco animas omnes sanctas huius regionis, quæ per me baptizatae in sua innocentia ex hac miseriarum valle ad gloriam euolarunt caelestem, numero plures quam 1000. Has omnes sanctas animas oro, ut nobis gratiam concilient, per quam toto huius exilij tempore Dei sanctissimam voluntatem intelligamus, intellectamque totis viribus impleamus.

Ex Cochim 17. Ianuarij.
 Anno 1544.

Vester in Christo charissimus
 Frater

Franciscus Xavier.



¶ EPISTOLA M. GASPARI BELGÆ EX Societate Iesu Præsbyteri, quas ex Ormuzio Insula sinus Persici Conimbriam ad suos Fratres ac socios dedit

Anno 49.



RATIA, & pax Dei, ac Domini nostri Iesu Christi vos semper tueatur. Amen. Si ea quæ per homines nostræ Societatis in hac vrbe, Insulæque geruntur, sigillatim coner perscribere: non modò facultas me, sed etiam (Christo Domino nostro gratia) dies, atq; adeo vita ipsa deficiat. Pleniores literas dabunt charissimi in Christo Patres, ac Fratres, vnusquisque separatim, quod nostris omnibus quicunq; in diuersis Indiæ oris versantur, vt facerent, M. Franciscus mandauit: quæ quidem tum in doctrina, tum in obedientia, ceterisq; virtutibus ducem se qui debemus, qui tam multa, tamq; egregia nobis

Gaspar hic Zelanus fuit natus in oppido Goes, Louani in pædagogio castrensium philosophia didicit circa annu Domini 1535. Dein sub Carolo V. militiam persequens, Christo militare coepit, multis re pestatibus et naufragiis eruditus.

Quid ad scribendum huiusmodi literas impulerit.



nobis præbuit exempla; vt quamdiu vixerimus, quod imitemur, habeamus. Quod obedientiæ studium nisi potētius ad scribendum me compelleret, quàm vel pudor deterret, vel negociorum multitudo non permittit: nō equidem proximo anno M. D. XLVIII. vt ea scriberem quæ tunc scripsi, adduci potuissē; & nunc multò minus, cum id mihi negocij datum est, vt quæ Deus Opt. Max. nostræ minime Societatis opera, & ministerio his in locis agit, distinctè, fusq; conscribam. Quod tamen minus ægrè, imò eò libentius facio, quòd confidam fore; vt homines his rebus vel legendis, vel audiendis ad ampliorem diuinę benignitatis, & prouidentię admirationem, amorè, laudationemq; impellantur; cuius nutu, atq; ope fretus, nunc ad narrandum aggrediar; ita vt quædam sigillatim referam, alia generatim, & vniuersè perstringam.

Atque vt à nostro Goa ad Cochinum, vbi tunc M. Franciscus morabatur, discessu ordiar; in literis, quas superiori anno ad P. Aloysium Granatam dedi, scripsisse memini, me à P. Antonio Gomezio ad Challengem missum; vt ibi Collegiū consti-

Del laus, aō propri a quæren da est.

Collegium Challengense.

constituerem, in quo nostrę Societatis Tyrones, qui in Goano Collegio ascripti fuerant, in religione, Christianisque virtutibus exercerentur, & cum Calecuthanis hominibus versarētur. Nam Rex Tanorij tum, cum illac ego transirem; magno studio capessendę Christianę religionis flagrabat. Itaque profectus, cum eò peruenissem: omnia ad rem conficiendam necessaria offendi, & contemplatus loci naturam, edoctusque singula, Cochinum redij, vt M. Francisco renunciarē. Is verò me, de quo iam aliud statuerat, postridiē Goam secum reuerti iussit. Ea nocte apud Fratres Franciscanos diuersati sumus, qui humaniter, & benignè nos acceperunt, perinde ac si eiusdem ordinis fuissetus. Cum Goam peruenissemus, Collegio Goano me præficere voluit: sed propter virium imbecillitatem, animique haud satis purgati cōscientiam id munus meritò recusantem, ad hanc Insulam, vrbemq; Ormutium misit, quò nullus adhuc nostrorum sociorum, nec alius quisquam Christianus Cōcionator accesserat, præter quendam Episcopum, qui postea diem hęc suum obiit. Hanc Insulam diu multūq; M. Fran-

Rex Theonorij baptisum de siderat.

M. Franciscus adire cupiuit, commotus fama grauissimorum scelerum, quæ ab incolis admitti à multis audierat: sed ne iret, necessaria in Iaponiam profectio impediuit. Abiens triennij moram Ormutij mihi, dum ipse videlicet ex Iaponia reuenteretur, definiuit; tum quia me in Chinam, aut quocunq; aliò ipsi visum fuisset, mittere destinauerat; tum quia verebatur, ne ego propagandæ religionis cupiditate inductus, longius fortasse quàm par esset, progrederer, atque in Persidem Asiãq; minorem penetrarem, vbi paucis antè diebus viri quidam religiosi ob Christiani nominis confessionem fuerunt à barbaris interfecti, & in iis monachus Franciscanus vnà cum altero Christiano, qui religionem, quam Turcico habitu hætenus dissimulauerat, insigni morte professus est, cum aliquibus discipulis comprehensus, & sagittis transfixus, vt à quodam Genuensi accepi, quæ abiuratæ, desertæq; fidei Christianæ poenitentem expiaui. Franciscani etiam huius martyrij coronam alius confirmauit Genuensis. Utinam & mihi misericors Deus eiusmodi tribuat animi robur, eoque me dignetur beneficio: vt & ego minimè

Franciscanus quidam
martyrio
coronatus

minimè cedens tormentis, dignus habear aliquid pro Christi nomine pati. Verùm sibi quisque suspectus esse debet, atq; mihi hoc nomine magis ego: quòd P. Franciscus meæ tenuitatis conscius toto triennio finibus Ormutij excedere interdixit.

Antequam igitur in Iaponiam ille discederet, ego in hanc Insulam cursum instituturus, nauem conscendi, adiungens mihi nauigationis comitem Raimundum Pereiram virum nobili loco natum, qui Coë in nostram fuerat Societatem acitatus. In naui dominicis quidem diebus concionem habebam, quotidie verò Christianam doctrinam seruis tam viris, quàm mulieribus, & pueris explicabam, idque interdum: noctu autem Litanias, & Sabbatis Salue Regina clara voce, & in omnium conspectu dicebamus, quem quidem morem nostros omnes, in nauigationibus retinere, & vsurpare consentaneum videretur. Supplicatio quoq; in dicebatur, in qua pueri se flagris cedebant in sacrosancta Parasceue, quod & viri non pauci aliis diebus imitabatur. Nec minor erat eorù numerus, qui peccatorum confessione apud sacerdotem expia-

Puerorum
seruorum



expiarentur. Horum religio, & alacritas sua raritate tam fuit suspicienda: vt Mauros, ceterosq; omnes barbaros in admirationem raperet; quosdã etiam ad Christi fidem amplectendam permoueret.

In ea nauigatione, quę duobus mensibus confecta est, fame crebrò sitiq; laboratũ est: ad ostiũ verò Arabici sinus non longè abfuimus à vitę periculo. Deceuerã ego, cum ad Insulam Cazatoram peruenissemus; ibi dies aliquot cõmorari; vt incolas Christianos, qui à D. Thoma Apostolo Christi cultum per manus traditum accepissent, iuuarem. In tanta siquidem rerum ignoratione versantur; vt Christiani hominis nihil omnino præter nomen retineant. Illis omnibus periculis à Deo tandem erepti sumus. Nam & aqua ex densissima pluuia sitim leuauit, & ad quoddam littus Fœlicis Arabiæ, quod Calaiates appellatur, delati, caryotis, siue dactylis (quorũ magna inibi copia erat) famẽ depulimus: Inde cum sex millia passuũ processissemus, è nauì egressi sumus apud ostium fluminis, vbi permulti Arabes incolebant. Hoc in loco meus comes commorari tãtisper volebat; dũ incolas nonnullos Christianos

efficeret;

*Christiani
à D. Thoma
me tempore
tibus.*

Arabia.

efficeret: ego verò cum ex iuuenili, & immaturo quodam animi studio id proficisci arbitrarer; nullo modo fieri permisi, tum ne peregrinari zelo citra scientiam, & omni spiritui credere videremur; tum etiam quòd ei rei, vt aliis huiusmodi, suus est locus, cum Deus vult, cuius nutu, præsidioque omnia præstari possunt.

Equidem charissimi Fratres, si sciuissem in Indiæ regionibus per loca adeo inculta, desertaq; mihi peregrinandum, & inter tam diuersas ac barbaras nationes versandum fore: profectò cum apud vos agerem: maiores multò in virtutibus progressus facere studuissem. Pro certo habeo, me neque consuetudine, neque aspectu, aut vestro, aut eorum, qui vel in aliis Lusitanix vrbibus, vel Europę regionibus, vel in India manent, vnquam amplius fruiturum. Veh solì, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se: sed omnia possum in eo, qui me confortat. Atq; id est vnicum mihi oblectamentũ, & solatium, anni tempore grauissimo, & caloribus maximis nimirum concionari, & confessiones audire, neglectis quotidianis vocibus horum hominum,

*Solatium
labor Christi
stianis inter
pensus*



qui dicere solent, me tantis laboribus mortem quærere. Rarò enim contingit, vt tres ad summum horè mihi ad necessariam quietem à continuis occupationibus concedantur: qua de causa hïc me in rebus omnibus paupertatem colere, ac profiteri oportet. Vobis hæc, quæ mihi defunt, omnia abundè suppetunt. Vobis non deest tempus, quod diuinis orationibus, studiis, contemplationi, quieti tribuatis: mihi autem nulla prorsus aut perexigua earum rerum facultas datur.

Nolo tamen vos à nostro vitæ genere labores eò deterreât, quòd auocare mentem à diuinis commetationibus, & animi ardorem imminuere soleât. Id enim his in locis non fit; sed cõtrà potius euenire sentio, & in me ipse experior, quòd nullũ aliud in rebus difficilibus, & aduersis perfugiũ esse possit tutius q̃ Deus.

Sed vt ad nostram nauigationem reuertar: cum ex eo loco conscendissemus, venimus Mascatam, quod oppidum maritimum est Fœlicis Arabiae, vbi multos Lusitanos mercatores offendimus, qui cum decoxissent; solum vertere coacti fuerant, & ad Mauros se recipientes, decem iam, & eo amplius annos Christiano

stiano ritu peccata non expiauerant. Ibi tum sub vmbraculis semel, & iterum ad Præfectum militarem, qui oram illã maritimam præsidio tenebat, atque ad alios complures Lusitanos concionem habui: sub quam statim me conuenerunt permulti, qui detectis impiæ vitæ rationibus, quòdque eos ibi necessitas exulare compelleret; spem omnè salutis abiiciebant. Tantus autem fuit confitentiu numerus; vt mihi postridie etiã manere, & mea causa nautis, ceterisq; vectoribus rogatu præfecti, ac populi expectare necesse fuerit. Hoc oppidũ est velut Asylum, quòd vxores à viris, & ab vxoribus viri perfugiunt. Quare fiebat, vt magna esset mulierum tam nuptarum, quam aliarum perturbatio, atque confusio; nec multo melior plurimorum virorum conditio, qui Mauris pecunias fœnerabantur. Gratias ago Deo ingentes, cuius nutu, ac voluntate ad hunc portũ tam solũ & destitutum appulimus. Præfectus discedentem me in suum Myoporonẽ imponere voluit: sed cum parum honestum censerem, meum deserere Nauarchum; eandem nauem, qua vesti eramus, ingressi, soluimus ex eo portu, & secũdo

C ij vento

vento tandem Ormutium peruenimus. Est autem regnum ad sinum Persicū, qui sinus Arabes à Persis diuidit, excipitq; duos clarissimos amnes, Euphratē, & Phison ad Basoram, vbi nunc Turcæ imperium obtinent; eius regni caput est Ormutium. In hac enim vrbe Rex suam aulam, & domicilium habet, tamq; habetur potens; vt Rex Orientis ad Occidentem vsq; appelletur. Est ipsa vrbs sane, si qua alia, totius orbis pulcherrima; vt merito incolæ dicant: si mundus esset annulus, illius gemmam futuram Ormutium. Ciues certè inter opulentissimos totius Indiæ numerantur: quæ res omnium illis flagitiorum materiam subministrat. Sunt hic ex variis orbis regionibus, ac regnis legati. Huc etiam herbarum genera ex fœlici Arabia importantur. Arabia enim deserta in alteram partem vergit, atq; Erithræo mari, siue Arabico sinu adluitur, qui Ægyptum, Æthiopiam, Regnumque illius, qui presbyter Ioannes vulgò appellari solet, ab Arabia separat. Nec procul inde profluit Nilus, cuius ad promontorium Bonæ spei existens fons, per Prætoiani prouincias, quæ ab eodem promontorio initium capiunt

Nilus In
dia.

piunt, labitur, & aliquot dierum itinere conditus in Ægypto erumpit, vbi Prætoiani Imperium terminatur. Hic autē Nilus idem esse, qui Ægyptū secat, Crocodilorum argumēto creditur, qui vtrobique conspiciuntur: & quòd æstate limosus, ac turbidus fertur, atq; auctu magno increscens, per circumiacentē spatium Ægyptum terræ fœcundissimus innatat. Eo porrò tempore Bonæ spei promontorium frigore hyberno riget; rursus Ægyptum vigente hyeme clarus, & lymphidus perfluit: propterea quòd id promontorium æstiuo tunc sole torretur. Quartus fluuius, qui in Paradyso terrestri oritur, Ganges vocatur, Cambayam interfluit, quò vsque Alexander Magnus penetrasse, & resistentibus incolis retrocessisse perhibetur. Fana, quæ Elephantis, & Canarim nominantur, illius esse opera videntur, de quibus P. Melchor Gonzales noster, qui in iis locis agit, plura conscribet.

Vt ad propositum redeam, Regnum hoc Ormutinum finitimum est regno Babiloniæ, quæ nunc Bagueda dicitur, & Turcico paret imperio ab eo tempore, cum ablata fuit Sulthano, siue, vt

C ij vulgus



Ganges

Fana Alexanderis

Babilonia



vulgus loquitur, Soldano Babilonico, qui modò Catheamas appellatur. Hic bona ex parte Persis imperat, & in Regibus potentissimis iure optimo censetur.

Eius robur omne ac vis copiarum equitatu constat, & peritissimis sagittariis. Nullis bombardis, nec aliis huius generis tormentis vtuntur. Sæpe cum Turcis, & quidem foelici Marte belligerant. Ac non ita pridem Rex omnia imperij sui propugnacula deiici iussit; vt in apertis, & patentibus campis prelio decertaret. Sunt apud hos Philosophi,

*Philosophi
Medici.*

Astrologi.

*Sub equis
socialitate
peries.*

*Insula mi-
rãde natu-
ra salis se-
cissima*

Medici, Astrologique permagni. Ormutium tam infestis caloribus torretur; vt cum Mina, quæ in Insula D. Thomæ est, ac Melinda, æquinoctiali alioqui subiectis oppidis, tẽperatè agi videatur, illorũ iudicio, & testimonio, qui loca hæc omnia perlustrarunt. Huius rei causam naturalem aliam non inuenio, nisi calidos, siccosque halitus terræ. Tota siquidem Insula natui est salis, qui defluens densatur & cogitur, atque in collium speciem, altitudinẽque attollitur. Vna porrò liquescente massa, altera ibidem statim renascens accrescit: tantaque est salis acrimonia; vt omnia salita erodat, atque

atque consumat. Reperiuntur & sulphuris venæ non pauce, vnde & Insulam toto septennio ardere solitam narant: quod valde etiam verisimile faciunt motium vertices aridi, sicciq; instar calcis, & cinereum, ac rufum colorem præ se ferentes. Nec multò antè vnus montis latus diuturno flagrauit incedio. Insula nec herbas omnino fert villas, nec volucres habet, nec quadrupedes, siue agrestes, ac feras, siue cicures, atq; domesticas, nec fontibus aquæ dulcis rigatur. Incolæ, atq; habitatores æstate tã noctu, quàm interdiu, in quibusdã quasi schaphis aquæ plenis, capiti, quo solo ex aqua extat puluino subiecto, iacent. Nocturni calores hîc vehementiores sunt, quàm Minæ, ac Melindæ diurni. Insula tamen reliquas oras adeo salubritate præcedit; vt si quis fortè in morbum incidat; ex eo breui admodum conualescat, beneficio videlicet multi sudoris, quo hîc continenter maderè consueuimus. Reperitur & mannæ genus rori coacto non absimile, dulce, gratiq; saporis. Nò mihi videtur satis quadrare ad verba sacrorũ voluminũ, quibus id quasi semẽ coriãdri esse declaratur: vulgò tamẽ idẽ esse perhibetur.

*Insula sep-
tẽnio arde-
re solita.*

*Nec her-
bas, nec au-
es alit,
nec qua-
drupedes.*

*Manna ge-
nus.*

Mihi



Mihi erat in animo illius manne non nihil in Europam transmittere, nisi putredo, cui obnoxia videtur, consilium dissuassisset. Insula sæpè terræ motu contremiscit, sæpius vero hoc anno post nostrum aduentum. Tot enim, ac tantis, tamq; diuturnis est conuassata tremoribus; vt maximus sit & Christianis, & Mauris terror illatus, metuentibus ne terra dehisceret. Id quod M. Franciscus etiam propter multitudinē, grauitatēque scelerum, & flagitiorum, in quibus incolæ volutantur, iram diuinam veritus, non mediocriter pertimescebat.

Cum aliquādo essem ascensurus in concionem: terra ingenti concussa motu est, qui vim ad persuadendum adiecit meæ confestim subsecute, atque ex allati periculi consideratione, ductæ orationi.

Concionandi namq; materiam, & argumentum peculiare maximēq; accommodum, ac necessarium ad peccatorum detestationem, timorēq; Dei incutiendū eo die mihi Deus videtur voluisse præscribere. Intra duos menses octies nouiſue is motus factus est.

Ornutij, vt superius ostendimus, Rex habitat Xarales appellatus Lusitanorū Regis

Regis vesticigalis, & stipendiarius, qui superioribus annis in Montemaiori (quod oppidum est in Lusitania) in liberis custodiis tenebatur. Est item in hac vrbe Maurorum fanum (quod ipsorum lingua Moschea dicitur) omnium maximum, et amplissimum, cuius pulchritudo, & magnificentia ex aliis barbaris, Ethnicisq; complures ad Mauricam religionem, seu verius superstitionē, inuitat, ac attrahit. Sunt hi Ethnici supersticiosissimi, serpētes, vaccasq; venerantur, & colunt, quas liberè, & impunè vagari sinunt. Domos habent annuis propentibus redditibusq; instructas, in quibus pro sua illa religione vaccis aquam, cuius alioqui nullam in Insula facultatem esse docuimus, gratis dant bibere. Animal vllum gustare, aut occidere, fas non putant. Oleribus ferè viuunt. Ingenio sunt miti, atque ab omni iniuria, & maleficio alieni. Eidem genti in aliquibus Indiæ ciuitatibus moris est; vt in speciem triumphantium magnis curribus extractis, eorū summitatem magna hominum onerent turba, Diis suis (quos Pagodos vocant) immolanda: ipsi verò nihilo secius cultris se, ac nouaculis feriunt vsq; eò, dum lacerato

Superstitio serpens or vacas colentium. Vaccis serpētibuscq; edes reddētib; dōtas extruunt. Nefas anī mal occidere. Sese suis diis immolant homines. Sacerdotes Baal Reg. 18. imitantur



rato corpore exangues ex curru decidunt, atq; ita intereant. Horum carnium frustra in circumfusam multitudinem propè infinitam arcu coniecta, certatim omnes conantur excipere, excepta religiose asseruant. Aliqui ipsorum vehiculorum rotis se spontè subiicientes obtentur, rati nullam suis diis hostiâ gratiorem, nullum sacrificium esse posse iucundius. Si quis maritus prior è vita excedit: eius vxor extructo rogo viua comburitur. Reliquas superstitiones, ac errores, qui horum hominû animos oppreserunt, longum est persequi. Hic habitant Iudei non pauci ex his, qui primum captiui Babylonem traducti, ceterisq; post in patriam restitutis, ibi remanserant. Permulti præterea Turcæ, Persæ, Armeni, Russij, Apollonij, & aliæ nationes. Singularum hebdomadarum quatuor dies festi, ac solemnes aguntur. Solis siue Dominicus à Christianis; Lunæ ab Ethnicis; Veneris à Mauris, qui sub vesperum à negotiis, & laboribus feriat, sacra illa execranda obeunt; Sabbatum demum à Iudæis celebratur.

*Dies Lu
æ. Estu
is sacer,
Veneris
Mauris.
Sabb. Iudæis*

Harum equidem gentium errores, cæcitatēq; mentis, & miseram conditionem

tionem mecum ipse considerans: maximum dolorem animo capio. Defessum verò continuis laboribus, atq; ex lassitudine paulisper quiescere, ac dormire cupientem: somno priuant insani clamores, quos illi suo in fano religionis causa tollunt. Animaduertens denique, quam faulstè, foeliciter, prosperèq; res Ethnica, siue hostis humani generis negotia, consiliaq; procedant: ita commoueor, vt gemitus, lachrymasque omnino tenere non possim.

Cæterum nobis ex longa, & periculosa nauigatione Ormutio tandem Christo duce appropinquantibus, antequam ex alto in portum veheremur: nō defuerunt qui nauiculis duabus obuiam officij causa venirent; illarum altera Regiæ domus, rerumq; familiarium Regiæ Ormutij Præfectus, qui cibos nobis apportabat; altera Episcopi Vicarius, omnesq; sacris initiati, ac sacerdotes vehabantur. Qui Vicarius nos & libentissimè vidit, & humanissimè salutauit. E nauis egressos hi oēs, atque alij magno sanè numero ad arcē vsq; deduxerunt, vbi nos eius arcis, militūq; Lusitanorū præfectus expectabat, à quo perbenignè, & comiter accepti



EPISTOLÆ 44

accepti fuimus. Se suâq; deinde offerente, nôsq; apud se in arce retinere conante, cum nobis diuersorû, habitationemque publicum (inquam) valetudinarium seu xenodochium esse diceremus: in magnam eos qui aderant, admirationem tam noua, & inopinata responsione traduximus. Sed apud Vicarium nulla recusatio valuit; quin domum suam perduceret, tamque honorificè, liberaliterque tractaret, quàm si Episcopum ipsum fuisset accepturus. Ibi tum Vicarius de nostræ Societatis, atq; ordinis moribus, institutis, ac professione diligenter edocetur: imprimisq; illud cognoscit, nos quæ à nostræ vitæ ratione non abhorret, humanitatis, ac pietatis officia, gratis omnia præstare, nec vllum omnino præmiû à quoquam, vel mercedem recipere consueuisse, idq; summa constantia, & seueritate seruare. Præfectus in valetudinario nobis extrui, ac parari iussit habitationem, quæ superiorem contignationem apertam haberet. Hic enim in tectis domorum, quæ plana sunt, sub dio æstate dormitur. Aduentu nostro tanta hominum diuersæ sortis, atque ordinis multitudo ad nos cõfluebat; vt à summo mane

Populi hu
i^o erga P
spiritales
pium affe
cũ notent
scipi d chri
stiani.

124033

ad in

INDICÆ.

45

ad intempestam vsq; noctem nullû nobis spacium ad recipiendum, vel respirandum daretur: cum multi per sacram confessionem expiarentur; quidam de suis rebus consilium peterent. Postero die, qui Dominicus fuit, concio habitata est in tanta populi frequentia, quantam pro breuitate temporis, quo illorum salutem operamur, vix sperare licebat.

Qui quidem populus ad voces concionantis subita religione commotus, animi sensum lachrymis etiam testatus est. Neq; verò in aliis deinceps concionibus misericors Dominus minores motus auditorum animis attulit. Eorum enim, qui nos confitendi causa conueniebant, numerus erat tantus; vt dies noctesque prius deficerent, quàm omnibus satisfieri posset. Cunctus deniq; populus religionis ardore succensus videbatur; sed facere non possum, quin aliqua sigillatim referam; cum sciam me ad fratres in Christo mihi charissimos scribere, qui eò libentius hæc legent, vel audient, quò studiosius, & alacrius in diuinis quàm humanis rebus, & in Christianis, religiosisq; q̄ in mundanis, ethnicis, atq; profanis negotiis, muniisque versantur.

In ho-



In horum igitur hominũ mores, vitamque diligentius, & accuratius inquirere aggressus: cognoui à veritatis via longissimè omnes ferè aberrantes, in certissimam animorum pernitiem, & sempiternum interitum præcipites agi. Quæ res mihi acerbissimi doloris, & luctus est causa. Huic tamen malo non leue remedium attulisse assiduè conciones videntur, per quas eò minus difficile fuit huiusmodi homines à vitio ad virtutẽ reuocare, quòd ignoratione magis, quàm animi prauitate delinquerent. Nullũ enim concionatorem vnquam habuerant, & quod est grauius, Christianis tanta cum Mauris, Turcis, Iudæis consuetudo, atq; familiaritas intercedebat; vt etiam simul accumberent: illud verò indignissimum: multi Christianorum filij, quòd matres haberent Mauras, Maurico ritu, & superstitione imbuebantur. Hæc consuetudo, cum & concionibus quanta fieri poterat verborum grauitate omnem docerentur inferre fidei dissolutionem; ac idcirco summa animi, vocisq; damnaretur contentione: factum est vt Christiani æquè ac Barbari sibi metuere inciperent; ita vt ab eo, quòd antea liberè, atque

rè atque impudenter suscipere, perficerèque non dubitabant, nunc maximè deterreantur; neque palam vt prius, audeant quenquam Mauricis, aut Ethnicis sacris initiare. Multi sua peccata Christiano more confitentes susceptas maculas doloris, gemitu, lachrymis, pœnis denique quas in oculis omnium penderent, eluebant. Neque enim defuerunt, qui Dominicis, ac festis diebus ad fores templi, vt fit, loris se verberarent. Id factum multitudinem vehementer commouit, quosdam etiam ad imitandum non modò secretò, atque intra parietes priuatos incitauit, verum etiam veræ poenitentiaẽ fructus ad publicè eiusmodi spectaculum multos protraxit. Vnus præter cæteros odio sui incensus, & animo feruens, cœpit precibus à me contendere; vt sibi liceret Dominico die templum aperto capite perambulando sese verberare, & à populo suorum erratorum, & delictorum veniam petere, postularèque; vt pro salute sua Domino supplicaret. Huiusmodi verò in seipsum seueritate, & corporis diuerberatione, singularem animi quietè, solatiũ que à Deo est consequutus.

*Pœnitentiæ admiratio
one digna*

Iam

Iam quanta, & quàm iniqua in hac ciuitate vigeant fœnora, dici vix potest. Nam tantum abest, vt hi homines aut pudore vllò, aut metu à tanta improbitate reuocentur; vt omnes fraudes, fallacijsq; ad circumueniendum, lucrumq; quo iure quaq; iniuria augendū concipiant, & admittant. Equidem cùm istorum artem, & malitiam quibusdam quasi vestigijs indagassem; putarémque omnes iam fœneratorum dolos deprehendisse: ecce tibi quotidie nouas adhuc circumscribendi, prædandique rationes reperi.

Omnis enim illorum inter Mauros questus in grâdi, & iniquissima fœneratione cōsistit, eòq; tantū viuūt: cùm fœneratio eiusmodi sit, vt qui fœneratur decem, verbi gratia, nummos aureos, eius pecuniæ annua vsura illi annum quoq; victum suppeditet, & fors nihilominus salua semper, & integra maneat.

Hac ego cōsuetudine cognita, statui singulis sabbatis in auaritiæ vituperatione verba ad populum facere. Quibus conationibus, Deo propitio, & adiuuante, perfectum est; vt fœneratores, qui antea in Bazarum (sic vocant locum, quo ad negotia coeunt) bene mane ad contrahendum

hendum, vsuralsq; agitandas conueniebant, nunc mutata voluntate primùm omnium templum adeant, reiq; diuinæ intersint: tum deinde Bazarum petant non iam quoquo modo fœnerandi, sed de iustæ atq; iniustæ fœnerationis generibus disputandi causa, & deliberandi, qua ratione ab iis vinculis expedire se possint, vt doctrinarum studiosi, & scholastici disputatores videantur. Quocirca in tâto apud eos odio fœneratio esse iam cepit, vt indies magis, magisq; ab omnibus, vt alia etiam nonnulla vitia respuitur, ac fugiatur. Deniq; (Christo gratia) videre est morum quotidianâ in melius mutationem. Malè parata, malèq; ablata multi tam Mauri, ceterique infideles, quàm Christiani restituerunt: itaq; fit vt Barbari Christianorum iustitiam, æquitatemque magnopere admirentur.

His exemplis mercatores aliquot permoti sunt, quorum vnus cùm me in ægrotorum confessionibus audiendis semper occupatū, integris, & sanis operare non posse intelligeret: morbum simulauit, vt confessurum inuiserem.

Alter eiusdē rei gratia me summis precibus ad se accersitum, vbi vidit, ad genua

*Mercedis
rū disputatores de
iustitia.*

*Mercedis
ritus imita
râda exem
plis*





nua accidens, en Pater, inquit, in tua potestate hinc quidem tot millia nummū aureorum, fortunāsq; omnes, domos, naues, seruitia, & deniq; ipsum corpus: hinc verò animam pono, obsecrans te, atque obtestans; vt ad eius salutem quibuscunque modis, ac rationibus videbitur, querendam, tuendamq; mihi sis adiumentor: atq; idcirco de facultatibus meis, vt lubet, statuas, cuiq; quod suum est, reddas. Id si parum est, corpus pœnas luat, & iustus fatigatum, afflictum, vexatum laboribus, incommodis, cruciatibus satisfaciat. Malo enim inopiam, & egestatem perpeti, quàm diuina sententia condemnatus suppliciiis sempiternis addici. Tam egregium viri huius exemplum multū sequuti alterū tantū amplius quàm iniquè lucrati erant, Christo reddebāt: professi se nunquam antea sua delicta sacerdoti, vt assolet, derexisse. Hæc pecunia, reliquaque eleemosynæ nomine collata summam plus septē millium, & ducentorum nummū aureorum efficiebat: qua egenorum hominum inopia multū leuata est; domus puellis orphanis comparata; xenodochium, quod misericordie dicitur instauratum; neophitorum postremo

Septē mil
liū ducato
rum eleemo
synæ.

postremo res, & causa recreata. Quidam alius admodum copiosus, & diues me orabat, & per Christum obsecrabat; vt suæ rei familiaris curationem, dispensationemque susciperem, domūque totā administrarem, cum nihil se nisi ex meo facturum consilio confirmaret. Id ego cum quasi ioco dictum riderem: ille quòd repulsam pati videtur, aut fortè contemni, permolestè ferebat. Itaq; contactus sui domesticas hominis tabulas, dicente accipere, eiq; certam rationem vitæ præscribere, quam ille diligentissimè seruat, nec à meo consilio audent transuersum (quod alunt) vnguem discedere. Et quia locupletissimus est, & huius ciuitatis primarius; nō parua sanè suscepti muneris occupatiōe distineor. Et quis nullū non moueam lapidē; vt me ab huiusmodi extricare possim negociis: tamē & hic vir cū quodā alio septuagenario (licet & me videant hominē peccatrice circumdatū carne) vsq; adeo me à suis nō vult absoluerē negociis, rationibusq; vt cum me in Chinā, quæ in extrema est India, profecturū minor; sibi cū vxore & liberis, quocūq; terrarū abeā, vel in certā sequi mortē constitutum esse adseueret.

Aliud ex
mū exem
plum pecc
nitentisq;

Ecco vello
quimus o
mnia, et s
quasi s
mus teq;



Septuagenarius etiam ille (de quo dixi) ne latum culmum à latere meo diuellitur, & si quando me cuiuspiam contingat ingredi domum, pro foribus dum exeam operitur; vxoris, & liberorum oblitus; tantòq; Christi amore, & exercendæ patientiæ studio flagrat, vt ob eam causam dicat in Chinam mecum se nauigare velle, vbi martyrij palmam adipiscatur. Quapropter vereor, ne hinc abiturus, illi, vt domi suæ cum familia maneat, persuadere non possim. Huius propositum quidam alij sic imitantur; vt antiquam illam nascetis Ecclesiæ speciem mihi referre videantur.

Mauri, Ethniciq; omnes admiratione obstupesci, vilem me alioqui hominẽ, & enormem peccatorem summis audet viris æquare, dum me sua lingua magnũ sacerdotem Lusitanum, Zachariæ filium D. Ioannem Baptistam appellant, & eiusmodi viros tres tantum inueniri predicant. Multi relinquere Deorum cultũ, atq; ad Christianam religionem se trãfere cupiunt. Infideles à potentioribus oppressi ad nostram authoritatem confugiunt, qua illis subueniamus, & ablata reddenda curemus. Tanta est illius gẽtis de fide.

de fide nostra opinio, tantq; erga Societatem cum beneuolentia, tum obseruantia. Iudæi cum etiam suis legibus omne fœnus cautum interdicitumq; intelligat, ac fateantur: paulatim iam id iniquitatis in dissuetudinem abire videtur. Porro Ethnici & sunt optimè affecti erga religionem Christianorum etiam me in insulam venisse sibi persuadent, vt ipsis natura legem planius explicarem. Tanto certè tenentur discendi studio, virtutũq; profectu, vt non dubitent asseuerare ad Christianorum abitum omnibus malis coopertam iri quàm citissimè egregiè florentem Christiana fide ciuitatem. Multis claris, & honestis viris, quibusdã etiam Ecclesiasticis, & religiosis spiritualia exercitia (quæ vocamus) & quorum est vsus in nostra Societate permagnus, & frequens, nec minor, imò nullo redimendus auro fructus iis qui ritè, atque sincere ea obiunt, nunc tradere cogito, paròq;. Interim antiquus hostis compluribus persuadere non desistebat, vt sacrã confessionem in mei discessus tempus differrent. Id ego subodoratus: dedi operam, vt quòd consultò subterfugiebant, primo quoq; tempore perficerent. Vnus
D iij præter



præter ceteros mihi confessus dum media circiter nocte pœnam delictis à me irrogatam persoluit, repente videt feles, muresq; & alias bestias colore atras, aspectuq; terribiles tam multas, vt totum occupare cubiculum viderentur: quo illo viso perterrefactus timere cœpit, ne viuis à bestiis abriperetur, Anxius & trepidus ancipiti metu, accurrit ad Domini nostri imaginem, magna voce opem implorans: qua re omnes animalium species confestim euanuerunt tanto cum impetu, strepitu, ac fragore, vt domû ruerere crederes. Ille integer, & intactus, ac periculo liberatus diuinum præsidium cognouit, & exin vir bonus, ac religiosus euasit. Alius quidam, qui iamdiu confessario vsus non erat, meum conspectum, occursumq; summo studio fugiebat. In eum fortè cum aliquando haud ab ipso agnitus incidissem, cœpissèmq; ad confessionem adhortari: dixit optare se potius aduersus exercitum hostium confingere etiam cum certissimo necis discrimine, quàm mecum, quem supra modum timeret, vel semel colloqui. Paucis diebus in Indiam soluës subitò morbo corripitur, quare ommissa nauigatiõe in terrâ reuer-

*Oratio an
de imagi-
nem Do-
mini de-
monum
prestigias
arct.*

reuertitur metu mortis, quâ illi Deus minabatur, qui metus ita cõsternebat hominis animû, vt cum bombardarû tonitrua exaudiebat, iis se peti existimaret. His rebus sommopere cõmotus ad nos venit: orans vt suâ confessionē audiremus, per quâ sese expiaret, salutēq; à Domino impetraret. Hic concubinā, quam domi habebat, exclusit. Idē alij cõplures faciunt, qui signis quibusdā à Deo excitati, atque admoniti, animum ad confessionem adiiiciunt. Neque enim profectò vulgari, & vsitato more Dominus noster hos homines flectit: sed nouam rationem, atque artem adhibere ad animos tam duros, ac barbaros molliendos, & mitigandos videtur.

Sacerdos quidā, qui nullis Episcopi cõhortatiõibus, monitis, minis adduci vnq̃ potuit, vt concubinas duas, ex quibus susceperat liberos, dimitteret: cum id scelus atque flagitiū, cui erat ille implicitus, eoque nomine malè apud omnes audiebat, graui ego, pro eo ac debebam, vituperatione reprehenderem ac detestarer: indoluit admodū quidē, nō tamē se corripuit. Et quia speciē quandā familiaritatis mecum præ se ferebat: quibuscūque poterat



poterat modis nitebatur efficere: ne ego ea de re mentionem amplius facerem. Hac de causa mihi sæpè munera mittebat. Si quando verò me domum ad prandium, vel cœnam inuitabat, vt suum officium, ac beneuolentiam vel simularet, vel declararet: auleis, & ramis cœnationem ornabat; impiis autem concubinas occultabat, ne ego viderem. Sed cum nihilominus id scirem, cupere enim hominem ab ea turpitudine omnino abducere: concionem habui, qua clerum vniuersum eius probri accusabam, & arguebam: quam accusationem ille totâ contra se vnum institutam putauit. A concione igitur dum multitudo discederet, operiens vnâ cum aliquot eiusdem ordinis, ac notæ hominibus: me animo irato atq; infesto aggreditur, iniuriâque, & contumeliam vlturum minatur. Hic ego etsi nullo eos verbo à me violatos intelligebam: vt tamen eorum iram & impetum frâgerem, quasi culpam admisissent eam deprecans, non nihil eorum sedati sunt animi. Postero die cum nihilominus ad concionem audiendam cum cæteris conuenisset: tum deniq; animi motum, quæ diuina vis excitauerat, lachrymis de-

mis declarauit, mihi que concionato ad pedes stens se proiecit; vtq; sibi hesternâ iniuriam condonarem, postulauit. Quæ omnia morum correctionem, vitæq; mutationem pollicebantur, quod & facere quamprimum decreuit. Vult enim & concubinas honestè collocare (quod homini diuiti, & pecunioso difficile nõ erit) & contractas peccatorum sordes omni studio, ac ratione eluere. Huius exemplo commoti cæteri, scorta, quorum domestica consuetudine abuterentur, aut in matrimonium ducebant, aut cum dote dimittebant, aut alioqui (si ipsi mariti essent) eiiciebant. E populo præterea multos anathematis vinculo constrictos offendi, qui metalla, vitrum, aliâq; verita ad Mauros importassent, etsi nonnulli id religionis ignorance fecissent. Quapropter magno vsui fuit Episcopalis potestas mihi permessa, & facultas sacris illis vinculis exoluendi, quorum solutio excepta, & Pontifici Max. reseruata est. Vnus Episcopus omnibus prouidere non poterat, & sacerdotes vt erant diuinarum rerum, & sacræ disciplinæ ignari: anathematis nexu, quotquot se obrulissent, sine vlla dubitatione soluebant.

Reperi



Reperi in hac ciuitate permultos, qui alienas fortunas sub hasta venderent, idque maxima cum fraude, plebisque incommodo, ac detrimento: plurimos etiam, qui similtates, & inimicitias gererent: passim verò, qui Deum, diuósque impiè accusarent, conuitiisque proscinderent, qui que nefaria scelera apertè, & palam perpetrarent, vt milites imprimis, quorum insolentia, & audacia me magnoperè exercuit, torstique. Nam quæ vno die fuissent à nobis composita, ac in meliorem fidei normam, vitæque honestatem reducta: illi momèto temporis perturbabant, miscebântq; omnia. Semper ferè erât cruenti eorum sanguine, quos aut occidissent, aut vulnerassent: & quos pacatos, otisque amantes conspexissent; eos probro, atq; iniuria afficiebât. Res tamen iam Deo iuuâte melius indies habere incipiūt: quòd multi ex primoribus iniuriarū oblitī, in gratiâ cū inimicis redierūt; & alter alterum in templi aditu complexi, veniam inuicè petierunt. Id vt imitarentur, quibusdam aliis persuadere non potui, qui à me per Christum appellati, & rogati, vt idem facerent: dicebant Christū fuisse Deum, se autem homines esse,

esse, & iniurias vlcisci, damnatósq; ad inferos detrudi malle, quàm inimicis inultis, & impunitis in cœlestem ciuitatem asciri, atq; in beatorum collegium cooptari. Vrbs demum legibus, rectore, ac magistratu videbatur carere: tantus erat eorum hominum numerus, qui Dei, diuorūmq; nomen maledictis insectarentur. Ingēs erat maritorū numerus duas trēsue concubinas habētium, neque eorum minor, qui apertè cū mulieribus Mauris, Iudæis, Ethnicisq; cōsuescerent, quiq; aliena sectarētur cubilia, qui furtis sese tolerant, qui dolis, & infidiis alios circūuenirēt, qui mercede cōducti hoīes interficerent. Maior deniq; ciuū, & incolarum pars ita viuebat; vt à nullo peccato, & scelere abhorreret. Hęc vbi animaduertissent quidā, Præfestū arcis pluribus verbis admonuere, & obsecrârūt; daret operâ; vt eiusmodi hoīes, & punirētur, & in exiliū pellerētur. Ille propter eorū multitudinē nullo id mō fieri posse aiebat: proinde optandū & à Deo petendū, vt et illis meliorē det mentem; & alios, qui tales non sunt, tueatur, atque conseruet.

Labores, qui se principio mihi offerebant, tot ac tanti erant; vt vnde potissimum

finum initium agendi sumerem, planè
 nescirem: peccatorumne confessiones
 imprimis audirè; an concionarer; an reis,
 vincitq; prospicerem; an lites, cõtrouer-
 siasq; sedarem; an inimicitias, & simulta-
 tes extinguerem; an adulteros, impuròs-
 que homines ad honestatem vitæ tradu-
 cerem; an deniq; res alias agerem, quæ
 non minorem opem, atq; operam postu-
 labant. Illud hoc loco tacitus non præ-
 teribo, Societatem nostram existimati-
 one, famâq; probitatis, & integritatis ab
 incolis sic observari, & honorari, vt equi-
 dem, quod ad me attinet, cum me ipse
 confidero, meimet valde pœniteat, pu-
 deatq;: Fœminæ vbiq; in nos inci-
 dissent, ad genua procumbebant, manus,
 ac vestes propter opinionem sanctitatis
 osculaturæ. Viri autem frequenti occur-
 su nos tam multi salutabant, honoreque
 afficiebant; vt nobis aperto capite neces-
 se esset incedere. Ad hæc tam Mauræ, q̃
 Christianæ mulieres audito sonitu tin-
 tinnabuli, quo vicatim circumeuntes po-
 pulum ad res diuinas, sacrâsq; cõciones
 vocamus, ilicò ad fenestras accurrebant,
 & nostram egestatem, quam vilis, crassus
 detritusq; amictus ostendebat, cum admi-
 ratione,

ratione, quidam etiam cum miseratio-
 ne, ac lachrymis intuebantur. Ad conci-
 ones ij concursus fiebant, vt parasceue,
 siue sexta feria hebdomadis sanctæ sem-
 per agi videretur. Ea ferè est hominum
 sententia, & oratio, Societatem nostram
 à Deo esse institutam, & Christianæ Rei-
 publicæ datam: nec ab similem institutis
 ac moribus ipsis Christianæ religionis
 primordiis; eamq; ad Christi cultum in-
 staurandam, propagandûmque missam,
 cum nostra præcepta, & monita doctrina
 Apostolorum à Sancto infusam spiritu
 referant, & antiquam illam orthodoxæ
 fidei disciplinam redoleant. Nos deniq;
 Sanctorum numero habent. Atque hæc
 quidem opinio tam vulgaris est, & per-
 uagata; vt neq; Præfectus, neque Prætor,
 neque alius quiuvis magistratus, eorû
 ministri, aut vir alioqui autoritate ali-
 qua præstans, neque ipse demum popu-
 lus quicquam vel statuere, vel agere sine
 consilio nostro soleat; quod vbi acceperit,
 diligenter exequitur. Faxit Deus
 Opt. Max. vt eadem opinio, & illis salu-
 taris, & nobis ad virtutem sit stimulus,
 quo concitati tam honestam existimati-
 onem non modò tueri, verum etiã Chri-
 sto fa-

*Nemo arbi-
 tretur has
 laudes suis
 attribuere,
 sed opinio-
 nẽ hominũ
 admirans
 dam sane
 proponit*

sto fa-





sto fauete indies magis augere possim.
Mauri nostræ religionis ritus aliquot
imitantes suum fanû lugubri lamentati-
one complere, & funebria iusta suis mor-
tuis persolvere nunc primùm cœpère,
postquam ego per oppidum noctu tin-
tinnabulum pulsando incolas Christia-
nos Christianorum manum admonere,
eorûq; soleo expiationem curare. Sed &
aquæ lustralis vsum à nobis sunt mutua-
ti. Ne autem dissoluti, ac perditii homi-
nes suorum vitiorum cõtatione cæteros
inficerent, atque cõtaminarent: necessa-
riò mihi faciendum putavi, vt acrem me,
atque seuerum ostenderem. In cõtatione
igitur metum illis iniicere studui, à Deo
precans, vt quæ illi charissima haberent,
ea potissimum perderet, ipsosque aut
corporis, aut famæ, aliorumque fortu-
næ bonorum diminutione pro suæ ani-
mæ incolumitate, & salute multaret.
Iuxta illud. Imple facies eorum igno-
minia, & quærent nomen tuum Domi-
ne. Qua imprecatione, seu verius im-
ploratione perterriti, & consternati: me-
cum exposulabant, & querebantur. Sed
cum eius facti causam demonstrare, sta-
tim acquiescebant. Per id tempus obor-
tum est

tum est bellum in Perfide, quo bello
Monaion huius regni castrum fraude,
ac proditione captû, amissumq; est. Ad il-
lud recipiendum missæ sunt primû duæ
Lusitanorû peditum, qui hîc morabâtur,
centuriæ, deinde duæ alteræ cû præfecto
Mauro, & quingentis præterea militi-
bus; ex quibus Christianos ante disces-
sum admonui, hortatûsq; sum vehemen-
ter; vt religiosæ confessionis purificati-
one lustrati proficiscerentur: sed ex tâto
numero meis monitis nò plures viginti
paruerunt. Quamobrem cum Pantaleo
Sannius illorum ductor, & Indiæ Præfe-
cti propinquus, me vt sibi benedicerem,
benèque precarer (vt fit) adiisset, ei malû,
quod timebâ, & quod postea euenit, præ-
dixi. Cum enim castrum obsiderent, pe-
stifera quædam febris subitò coorta ex
eis ad quadraginta quinque velut pec-
ora strauit, atque consumpsit. In ipsa verò
oppugnatione vulnerati sunt circiter
centum: qui magna voce me inclama-
bât, peccatorû videlicet pœnitètia, & pi-
acularis cõfessionis studio ducti. Qua de
causa cum reuerti etiam decreuissent,
quâuis saucij: tamen ingenti desyderio
confitendi venerunt, rati haud aliter se
castro

*Vtinã nō
etiã hodie
inquinata
cōscientia
pugnare-
tur aduer-
sus Tur-
cas.*

castro potituros. Ex omni numero citaciter centum Ormutij postea interierunt. Ad me veniebant cum lachrymis orantes; vt ipsorum confessiones audiremus quo facto, mortem æquo, & libenti animo essent obituri. Hic vos cum vestris animis cogitate, quo dolore angar, cum tot Christianos mihi ad pedes procidentest, opemq; implorantes, & alios flentes, quosdam verò morientes aspicerem.

In his angustiis, quoniam nihil aliud præstare poteram, singulos complexus, rogabam vt ciuitatis sacerdotes, quos quinque esse constabat, adirent: sed cum id facere omnino recusarent; illis morè gerere sum coactus. Itaq; cœpi illis primum, qui in maiori vitæ periculo versabantur, dare operam ita, vt ne nocturnū quidem tempus mihi ad quietem relinquere; neq; ab hoc instituto per vnum mensem discedebam, quamuis à Præfecto, alijsq; nobilibus viris accerferer.

Eius autem expeditionis, & obsidionis euentum scelicem assiduis à Deo precibus, sacrificijsque exposcere non desistebamus. Nam post copiarum profectiōnem curauī circiter decimam horam insequēris noctis solēnes supplicationes
à meis

à meis discipulis, hoc est, pueris, seruitijsque, & ciuitatis neophitis fieri: ex quibus ad quinquaginta se loris (vt Christiani moris est) verberabant; sacerdotes prælati funalibus cœreis, in linteis sacerdotalibus tunicis procedebant. Hoc ordine ad Deiparæ fanum, quod ab oppido quingentis passibus distat, peruenimus. Sequebatur nudis pedibus multitudo quàm maxima. Cum autem sublato & iterato ad Deum clamore misericordia efflagitaretur: ita commoti sunt omnium animi; vt nemo esset, quin vim lachrymarum profunderet. Exinde concionem habui. Huiusmodi supplicationes sapius factæ sunt, per quas impetrato diuino præsidio, & pace, contigit; vt castrum, quod armis per superbiam recipi nequuerat, sine vi æquis conditionibus redderetur. His ita gestis ægros ego, fauciōsq; meo perpetuo more inuisebā, & aliquo ferè escæ genere reficiebam.

Nam eorum ciborū, qui ex saccharo conficiuntur, quiq; ægrotis comparari solēt, maxima est semper apud me copia, quā amicorum, & piorum hominum liberalitas, studiūque suppeditat. Elaborauī etiam summopere; vt agris militibus sit
E pendis



pendia ad curationē valetudinis p̄solue-
rentur, qui ei obsidioni interfuerūt: & hi
tantā erga me benevolentiam, & obser-
uantia ostenderunt; vt eū illis iuxta lectū
assiderē, manu cōprehensum me, ne à se
discederē, retinerent. Vnus iam morti
proximus repentē de media circiter no-
cte surrexit, arreptōq; ense iam sese erat
transfixurus, nisi cōtinuō nos accurrētes
prohibuissemus. Tum ille cū inuitū set
uassem, atq; idē occideri fecisse videret,
in me conuersus, fauces adeo mihi inter-
stringere cōpit, vt tantū nō strangularet.
Quod cū ceteri agroti viderēt: exclā-
māre, vt mihi subueniretur; propterea q̄
ipsi se è lecto cōmouere nō poterant. Vi-
debatur diabolus ea ratione mihi necem
afferre voluisse: verū Christus, qui longē
plus illo potest, pollētq; id vetuit, mēque
propitiū respexit, atq; seruauit. Idē ho-
stis concordia, & oīum bonorū, ne à sua
inueterata recederet consuetudine: mi-
scere oīa nō desinebat. Etenim sacerdo-
tes huius vr̄bis, cū consentitium ad
me concursū fieri, ceteraque humani-
tatis, religionisq; officia à nobis prestari
animaduertent: dolere, & mecū expo-
stulare, queriq; q̄ à sacris cōfessionibus
essem

essem subiecto ipsis populo, nec se in
eius muneris partē aduocare, qui suam
alioqui operā, industriāq; ad oīa nō min⁹
studiosē, atq; officiosē, q̄ etiā libētē obtu-
lissent. Ad hęc nō id respōdi, eorū decli-
nans inuidiā, quod verē potuissem, neq;
causam declarauī, cur illi hoīes eos reli-
quissent, mallētq; nec sacramētali cōfes-
sione expiati, nec S. Eucharistiæ viatico
instructi decedere, q̄ ipsis confiteri: Sed
Deus, qui vt sileant hoīes, iumētis aliqñ
tribuit sermonē, pro me respondit. Nam
cū ea de re inter se ipsi consultarent:
reperiebant totius facti rationē aliā esse
nō posse, q̄ Dei Opt. Max. nutū & volun-
tatē. Id ergo illi cū iam intelligerent,
nec amplius obscurari posse cōsiderent,
cū res loqueretur ipsa: se ad lenitatem
dabant, mēq; vt antea diligebāt, & obser-
uabāt. Sex mensibus Ormutij septingen-
torū (vt arbitrō) Christianorū confessio-
nes excepi. Paucos qui reliqui sunt, ante
Natalē diē Dñi nostri me auditorū con-
fido. In ea castri obsidione, cuius suprā
memini, Cēturio, qui tres cōcubinas per-
petuō secū ducebat, qui que Diuorū con-
reptor erat, & in Deum blasphemus,
repentina morte periit: quo expirante

Impii Cēn-
turionis
mors præ
tanta



tanta ventorum, imbrum, ac grandinis subitò vis extitit, durauitque ad horę di-
midium, & eò amplius; vt cum in ma-
xima tempestate, & obscuritate nemo
alterum videret, mundi occasum, atque
interitum instare omnes existimarent.
Non dubium fuit, quin ea res accideret,
vt tam scelerati, & detestandi Centuri-
onis se dignus exitus comprobaretur, &
anima impia inferis sacra, & stygiis
dedita carnificibus declaretur. Huius ge-
neris posse per multa scribere, nisi occu-
pationes graues, & continuæ prohibe-
rent. Difficile dictu est, quantu hi Chri-
stiani pœnitentiæ sacramento iam tri-
buant, quantamque in eo spem habeant.
Id certe per pœnitentiam maior indies
ad confessionem cum ingenti studio, &
peccatoru odio cõkursus ex illius mul-
tiplici vi, effectusq; excitatus designat.
Nonnulli enim ita grauiter egri, vt Medi-
ci diffident: simulatq; sua errata sacer-
doti confessi essent, conualescebant.
Alij item multi ex variis morbis eodem
medicinę præsidio recreabantur.

Nunc demum apparet vim huius Sa-
cramenti Oimutinis incolis hactenus
fuisse ignotam, idq; ob deprauatam non
confi-

*Pœnitens
tie quan-
tum tri-
buatur.*

confitendi multis annis consuetudinē.
Imò si quis erat, qui post diurnam de-
suetudinem confiteretur, vel Euchari-
stiam sumeret: is tanquam fatuus, aut in-
sanus palam ridebatur. Nunc verò (Chri-
sti gratia) & rationibus, & precibus effe-
ctum est; vt singulis hebdomadis confi-
teantur, & dominicis, reliquisque festis
diebus cœlesti panē resciantur; vt mihi
quidem Conimbricæ iam esse videar,
vbi Sabbatis innumerabilis propè confi-
tentium, Dominicis ad sacrosanctam sy-
naxin accedentium frequentia cerni-
tur. Egregiu religionis specimen, &
exemplum Præfectus præbet, dum octa-
uo quoque die confitetur. Et quanuis
multis, ac magnis negociis semper disti-
neatur: voluit tamen nihilominus totius
anteactæ vitę peccata sacerdoti de tege-
re. Quare factus est admodum pius, & in
pauperes liberalis. Et profectò est cum
omniũ testimonio perhumanus, & pro-
bus, tum nostræ Societatis adeo studio-
sus; vt valde aueat eius iuuandę sibi dari
occasionem. Cum nostrorum conatum
succesum, laborum fructum in hac vber-
confidero: in eam adducor sententiam;
vt putem nusquam profectionem meam

*Frequens
confessio
impiis re-
detur.*

*Octavo
quoque die
Præfectus
confitetur.*



Pudor bene agendi in antiquis Christianis, versus patrum in clericum potest.

vtliorē, q̄ ad Ormutiū futurā fuisse. Pro qua re laus tribuatur, & gratiæ agantur Deo Opt. Max. qui nobis sicut vires haestenus ad agendū dedit; ita deinceps in sui cultus incrementū ad perseverandū constantiā largiatur. Christianos, qui hīc incolūt, antehac in cōcionibus illachrymari, & de cruce, ac morte Iesu Christi Dñi, & Dei nostri cū infidelib⁹ colloqui, pudor quidē subrusticus, & ingratus vertabat. Duces militares, arciumq; & oppidorū p̄fecti, ac prophani magistratus curationē templorum p̄cipuorū, atq; administrationē sibi vsurpārant. Hi sacerdotes iniuria afficere, insigni pietate & doctrina perspicuos Antistites flocci nō facere, sacra fercula, & vexilla Christi conscindere, Episcopi comminationes, aut diras execrationes, seu excōmunicaciones contemnere: nunc autem cōtra Antistites, ac sacerdotes, secundum eum, quo quisq; in Ecclesia Dei cōstitutus est, ordinē, ac quam administrant functionē reuerētur, & obseruant. P̄sbyteri egrēgiā p̄ se ferūt religionem, suāq; retinent authoritatē, neq; cērimonias, solēnēsq; ritus statis diebus, vel horis (vti deccet) omittunt. Sabbatis oībus ad delubra

Deiparæ

Deiparæ extra urbē supplicationes agūt, quibus cū ego vnā pedibus nudis procedo, litanix à cunctis magna animi deuotione pro salute populi concinuntur.

Quibus hīc distineor muneribus, hæc ferè sunt: Dominicis mane cōcionor ad populum, aliis diebus à meridie vicos plateasq; circūiens, seruos, seruāsq; & nō uos Christianos, puerosq; nola in templū cōuoco: quò vbi pleriq; oēs cōuenerūt, cōcione (quæ primo loco habetur) finita, doctrinæ Christianæ ilicō subiūgitur explicatio, quæ annuo (vt spero) finietur tempore. Ad hāc fidei doctrinā percipiendā præter eā (quā dixi) euocatā turbā alij tā multi conueniunt; vt templū oēs interdum non capiat. Doceo non modò Symbolū Apostolicū, sed etiā orationem Dominicā, & Salutationē Angelicā, aliāsque pias preces, quas interdū, noctūq; ita per urbē cantitāt; vt nihil penē aliud tota didicerit urbs resonare. Iurare perperā, & rixari deserūt, sicut ex iis cognoui, quib⁹ negotiū dederā, vt illos obseruēt, & delinquētes ad me deferāt. Pueri sepe cum Mauris disputāt, & saluum esse neminem posse, nisi sacro fonte ablutum ostendunt: parentum præterea vt etiam

Exercitia pia, quib⁹ popul⁹ cōuertitur.

Cantilene nouorum Christianorum e doctrina christiana.

Syndici in noua Ecclesia, quæ olim Apostolos obseruasse testatur Clemens.

vt etiam serui dominorum, errorem, & superstitionē, tyronesque Christiani aliquorum veteranorum peccata coarguūt, atque conuincunt. Mauri quoque; perinde quasi Christiani forent eandem cantionem vsurpant: vnusque ex ipsis nuper Christi cultum recepit. Armeni confessionis ad me gratia veniunt; viros, ac mulieres primarias etiā inter se dissidentes ad concordiam sic reducere studeo; vt in templo spectante populo se mutuò complectantur, veniamque exposcant.

Die Lunæ, quem Ethnici in honore habent, cum ipsis versor, inter quos est genus hominum, qui Iogui, hoc est, Eremitæ sancti nominantur. In cæcis hi specuum tenebris degunt, cuiusmodi aliquos in hac Insula vidi. Vnum principē, ac præfectum agnoscūt, cui omnes obediunt, cinere sese cōspargunt: abstinentiam, paupertatem, castitatemque impriamis colunt, quoddam iis tribus maximè virtutibus hominem Dei conspectu dignū fieri putant, & asseuerant. Egregiè philosophantur, & sanctissimam Trinitatē confitentur, patrique; potentiam, filio sapientiam, spiritui sancto tribuunt bonitatem; ac Deo certa quædam nomina, quæ omnia

Mauri do
trinam
Christia
nam can
tillant.
Armeni.

Iogui sue
heremite
gentiles.
Gentiliū
obediē
tia.
Abstinentia.
Paupertas.
Castitas.
Trinitatē
agnoscūt.

omnia hæc complectuntur, imponunt. Sunt ipsi perquam mansueti, modestique; & humiles. Si quem fortè animaduertierint volucris, aut quadrupedi cuiuslibet infidiari, aut mortem intentare: omnino prohibent, maluntque; præsentis preciorum animantium vitam redimere, pulicis etiam si in his terris id genus animal nasceretur, quàm de vita periclitentur. Tales autem superstitiones seruant sanè permultas: eorum omnium iam ferè ad Christianam fidem inclinantur animi; sed suæ sectæ principem, & præfectum ex Arabia scælici expectant; quod ad visendos reliquos Anachoretas inibi incolentes pergere queant: is vbi redierit, quicquid statuet, aut suadebit, id se facturos recipiunt. Interea meam consuetudinem plurimum expetunt: quoddam vitæ ratio cum ipsorum ritu, ac moribus videatur magnoperè conuenire. Vesperivt nos Angelicæ salutationis, sic illi suarum precationum campana dant signū. Quæ res eā mihi subministravit spem; vt optem suo ipsorum habitu, cū illis tatisper consuescere, dum ad Christi fidem traducantur; si meo moderatori, ac præfecto videatur, quem perpenſis, perſpectisque; omni-

Animalia
non occis
dunt Py
thagori
corū mo
re.

Precio v
tam bru
torū red
munt.

Omnia o
mnibus s
eri cupit.



omnibus haud ægrè id permissurū opinor; cum ea sit ratio (quantum ego iudicio assequi possum) rei Christianæ amplificandæ commodissima. Etenim hi Eremitæ apud barbaras gentes concionatores agunt, sūntq; in magno honore propter egregiæ sanctitatis opinionem. Horum opera, & autoritate, qua plurimum valent apud plebē, multi ad Christi religionē conuerterentur. Aiunt me, quòd albus sim, humaniter, & benignè ab Ethnicis tractatum iri: ego tamē pluribus negotiis impeditus, atq; districtus, parum hactenus cum illis fui. Esse etiā

*Monachi,
et monas-
cha genti
tes.*

*Vinctorū
visitatio.*

*Opera ver-
bis præstāt
in cōuente
dis infide-
libus.*

Martis, Mercurij, ac Iouis diebus eos, qui publicis in custodiis sunt, inuiso, & quoad ei⁹ fieri potest, iuuo, iras, et similitates etsi dirimo, lites cōpono, aliæque id genus officia exequor: omne tamen meum studium, industriamq; necessitas superat. Die Veneris (quem festum esse Mauris diximus) cum Mauris ago. Id illis gratum esse vel ex eo intelligo, quòd ipsis (vt aiunt) nostra societas à Deo diligēti, custodiriq; videatur. Summè admirantur æquitatē Christianorum, qui pecuniam

niam vsuris, aut alioqui malis artibus partā sibi reddiderunt. Qua de causa fit vt & maximū mihi habeant honorē; & in tanta barbarorū, & infidelium multitudine interdiu, noctūq; versanti, in crebro occurso noceat nemo, sed quiuis potius locū det, cedatq;. Hæc gens in magno pudore, ac mærore nunc iacet: cum tēpus in quod aliā legē Mahometes promiserat, præterisse iam videat. Paupertatē nostrā, quam in rebus omnibus retinemus, admodū & mirantur, & probāt. Si quando per literas ab illis peto, vt ali, cui iniuriā ne faciāt, neue incōmodent: mihi haud grauatē obsequuntur. Disputare mecū de religione nolūt, suis ingenijs, doctrinēq; diffisi, veritiq; ne in primo statim congressu coarguantur. Aliquē cum media nocte in suo essent fano, ac plurimis accēsis illustraretur lapadibus, apprehēsum me ad delubri fastigiū humeris suis in altū sustulerunt, vestēmque mihi osculabantur, dicebāntque legem suam, ac religionem cum nostra esse breuiconuenturam.

Timendum erat, ne reprehensionum, quibus eos sæpe perstrinxerā, memores, me inde præcipitarent: sed beneuolētis, qua me

*Virtus su-
perat oīa.*

*Tēpus est
lapsū est
se quo aliā
legē expe-
ctabāt do-
lēt Mauri.*

*Dignis hic
admirati-
ōe est Mau-
rorū erga
Christia-
nos zelus.*

qua me prosequuntur, author est Deus.
 Cum vno ex illis semel tantum disputatione institui, interprete viro honesto, & Persicæ linguæ perito vsus. In qua disputatione cum propositis à me argumentis respondere non posset: sanctissimam Trinitatem esse concessit. Quare mihi affirmanti, parum abesse ipsum à Christi cultu: respōdit librū sibi esse domi quē adferre cupiat, sententiæ nimirū suæ tuendæ causa, præcipueq; de admirabili, diuinoque Christi Domini nostri, Dei, atque hominis conceptu, ac generatione, quā profus negabat: cum Christum etsi ex spiritu Dei conceptum; tamen hominem solum fuisse asseueraret. Deiparam quidem perpetuò extitisse virginem consententur, multosque de nostris diuis veneratur: sed imaginibus nullis, aut picturis vtuntur: neque Christum crucis supplicio necatum credunt. Ille verò philosophus, cum ex ea disputatione conuictus recessisset: consulturus Regulum quendam de his materiis in Persiam cōtendit. Regulus vbi hominē fractum, ac debilitatum aspexit: camelis ad interiores Persiæ partes remisit: quò longius ab omni facultate, ac necessitate discep-

*Virginitas
 est B. Virginitas
 perpetua
 consulant
 Mauri
 diuos nos
 stros venerantur.*

te disceptandi mecum, periculòque abesset. Instituta autem disputationis occasio illa fuerat, quòd ego id agebam; vt eius vxor lectissima, prudentissimaque fœmina, quæ tunc apud quendam meum familiarem honeste, ac liberaliter habitabat, ad Christi religionem vnà cum filia traduceretur: eaq; ratiōe idem viro persuadere cogitabam. Quapropter me, vt vxorem reciperet, ad eunti dixi, me prius errorem, in quo versabatur, velle ostendere, ea conditione, vt si ego religionis suæ quidem vanitatem, nostræ autem veritatem minus probassem; suam ipse vxorem reduceret: sin verò probassem; ille cum vxore, & filia ad nostram religionem transfret. Accepta conditione, cepit vterque nostrum suas rationes exponere, & vt suprà cōmemini, hominem eò argumentando perduxit; vt sanctissimam Trinitatem esse fateretur. Ita victus discessit, relictis vxore, ac filia, quas postea baptizavi tāta celebritate, ac pōpa, quāta nemo antè Ormutij fuerat baptizatus. Ego, Præfectusq; arcis eas deducebamus, comitabatur optimates, quos dein populò sequebatur vniuersus. Tibicines, cæteri; psaltes antecedeabant, Transiuimus ante Regis



Regis ædes, qui & ipse animū ad Christi cultum adiecit: sed ne rem omnino statuat, perficiatque; popularis cum defectionis, ac seditionis metus, periculumque; deterret. Sacro ergo baptismatis fonte delibutis matri quidem Mariæ, filix vero Catharinæ nomen est inditum.

Quas renunciatum est mihi amplissimo loco natus, & genere à Sulthani Babylonici Regis aulicis oriūdas esse principibus, qui à Mahomete originem trahunt. Quas reliquerunt fortunas, plus minus quatuor millibus aureorū nummūm æstimantur: ea pecunia, & pauperum aliquot ægestatem subleuauimus, et fraude comparata restituimus, quas deinde duobus Christianis, quorum alteri nomen est Ioannes Baptista Coimbricensis bibliopola, nuptum dedimus, cuiusque cū dote septingentorum aureorum. Mauri conuentum populi, pompamque conspicati concurrere omnes ut scirent quid rei esset: attentæque singulatus ceremoniarum, honórque initiandis habitus afferebat, studiumque; (vt videtur) capessendę Christianę religiōis iniecit. Decreui ad Sulthanum de eius sectæ iuperstitione

Baptizandi omnia sua pauperibus res relinquunt.

perstitione ac errore, deque; nostræ fidei sincero cultu ac veritate perscribere, peterique; vt vel me ad se proficisci patiatur, vel ipse certum aliquem ad me huius rei causa mittat. Sabbatis (vt dixi) conuocari de auaritia soleo, tū disputare cū Iudeis in eorū synagogis, ex quibus nonnulli de sacro baptismate iam cogitare cœperūt: duo præter ceteros, iūque; magistri siue (vt ipsi loquuntur) rabini, quorū alteri Salomoni, alteri Iosepho est nomen, ambo me ad pranciū aliquādo vocauerunt, in quo complures alij rabini conuiuæ intererant. Iui, & quod mihi sine vllis arbitris roganti omnes liberius responderent: iui solus, quanuis Emanuel Lima rei militaris præfectus, aliique; permulsi, quod à veneno periculum esse dicebant, vt ab eorum conuiujs abstinerem, me horarentur. Sed Dominus protector meus. Licet autem illi quæ ad rem facerent perpauca responderent: nostra tamen ad noctem producta est disputatio; quam, quia prælonga est, & mihi non vacat, in præsentia trāsilio. Interim aliqui fortasse baptismatis aquis perfundentur, id quod iam fieri præcipue Rabinus Salomon concupiscit, assiduis precibus

Sabbatis Iudeis conuocatur.

Rabinus baptismatis petit.



precibus cœleste lumen exposcens; quò
diuinam voluntatē intueatur, atque cog-
noscat, cognitēq; obtemperet. Vult idem
filium suum à meo latere nunquam dis-
cedere. Ea disputatione hinc quidem Iu-
dæi conuicti mœrere, & quid contrā di-
cerent profus nescire: inde verò Chri-
stiani letari, animos erigere, Deo gratias
agere. Cæterum Rabini etsi in posterum
diem se responsionem differre dixerūt:
inter eos tamen ita conuenit; vt me tan-
tum audirent, non autem responderent,
nec contrā dicerent, sed suam inscitiam
faterentur. Quocirca Rabinus Ioseph me
adiit, obsecrauitq; per Deum, ne se suāq;
nationem exagitarem, suęque imprimis
existimationi parcerem, qui cum doctor
esset, sacrorūmq; voluminū cognitionē,
scientiamq; se tenere profiteretur; tamē
ne vnam quidem defendere posset,
probarēq; sententiam: vt mihi facile per-
suadeam, eum, & plerosque alios Christi
fidem recepturos esse, nisi Christiano iu-
re quicquid fœnerando quæsisent, resti-
tuere cogerentur. Idem cæteris Christi-
anis, quibuscum loquebatur, dicebat.
Alij item Iudæi me orabant; vt apud se
pranderem, aut cœnarem. Ego verò ea
condi-

quid remo-
retur Iu-
dæos quo-
min? sctē
christi am
lectatur

conditione recipiebam, si fercula cōmu-
nia forent, atq; ab vsu Christiano nō ali-
ena: quòd illi non molestē ferebant, mo-
dò me conuiuam haberent. Hæc illi dāt
non obscura suæ erga me beneuolentiæ
signa: nostriq; ordinis paupertatem admi-
ratione, ac laudibus prosequuntur, tam-
etsi auaritia nihilominus (vt dixi) quò
minus Christiani fiant, impediuntur.
Rabinus Salomon, qui est apud suos eru-
ditione facile princeps, & doctor, cum
me aliquando conuenisset, disputationē
ingressus hærebat, nec quid diceret satis
habebat, quòd antea etiā cum M. Fran-
cisco Malaccæ disceptanti accidisse
cognoui.

Hoc tempore ita creuerunt quotidi-
ani labores, qui mihi à Christianis impo-
nebantur; vt & cibi, & somni capiendī
facultatem negarent, ob eamq; causam
aut nunquam, aut certè rarò esse cū Iu-
dæis licebat. Proximis tamen diebus
quendam eius nationis hominem agrū
in via offendi, quem affirmantē se Chri-
stianum fieri velle, domum nostram ad-
duxi. Amor totius gentis in nos nō vul-
garis est: opinio verò, quam de nostra So-
cietate habent, tam præclara; vt in ipso-
rum



rum fortasse synagogis vetus testamen-
tum interpretaturus sim; errores Iudaicæ
sectæ demonstraturus: quandoquidē eos
haud alienos esse ad lumen fidei in ani-
mos admittendum, & cæremonias, ri-
tûsq; patrios repudiandos abiiciendosq;
animaduerto; quod & facere instituisse
postquam nos hic sumus, videntur. Iudæi
cuiusdam filia Christi sacris initiata, eo
ipso quodd Christiana erat, à patre bonâ
quæ ad se pertinebant, extorquere non
poterat: sed semel ego cum eo congres-
sus, ac pauca cum illo verba commutâs,
dicto citius perfeci, suum vt filix redde-
rerur. Nuper quidem alius Iudæus mihi
renunciauit, Rabinum Salomonem suis
discipulis ecquid de quodam Societatis
sentiret quærentibus respondisse: acuti-
orem se hominem nouisse neminem; at-
que cum doctis quidem, & sapientibus
viris locutum permultis; neminem tamē
illorum esse cum nostræ Societatis homi-
nibus conferendum, qui tantum in di-
cendo polleant, vt qua vi & facultate cæ-
teris præstent, eius effectricem non aliâ
causam habere, quàm diuinam benigni-
tatem possint. Quamobrē vbicunq; hunc
videt, summoperè honorât, atq; obseruat.

84

& si quando à Christianis vexantur, in-
iuriæ accipiunt; nostrâ auctoritatem
implorant. Cæterû cum campanula per
urbē eo, mirantur, & cōmouentur adeo,
vt credi vix queat. Nec ethnici secus af-
ficiuntur, qui præter cætera rogât, quî fieri
possit, vt nostræ Societatis homines, quo-
rum egregia in hac regione sit authori-
tas, atq; existimatio, tam humiliter in o-
mnibus, demissèque, & abiectè se gerant.

Hæc sunt charissimi in Christo fratres
quæ Deo auxiliante in his Persidis, Ara-
biæq; confiniis aguntur. Multi huius ci-
uitatis primarij, & locupletes suos filios
in nostrâ Societatem asciri exoptât: quod
non idem fit in plerisq; Europæ provin-
ciis, vbi parentes filiorum in religionem
vota impia pietate deplorant, & lamen-
tantur. Misi paucis ante diebus Goam
honoratum quendâ, & clarum hominē;
vt in collegio D. Pauli in nostram Socie-
tatē eò facilius ascribatur; quod firmiora
iâ Latine lingue iecerit fundamēta. Alij
præterea nō pauci se nobis adiungere so-
cios vellēt: sed quoniâ indocti sunt, & se-
penerò nō satis bene morati, nō perin-
de facile admittūtur. Vir nobilis, qui erat
nostro instituto aptissimus, & iam se
F ij votis



84 EPISTOLÆ

votis obstrinxerat, nuper est mortuus, magno sui desiderio relicto, exemplōq; patientiæ, quàm æger ostendit. Cùm dico me velle in Chinam nauigare: plurimi se vnà profecturos, & quouis terrarū secuturos significant. Cæterum cùm imenso terræ, marisq; distemū interuallo, etiam si nullas in reliquū tempus à me literas accipietis: meas nihilominus res sacrificiis, & precationibus apud Deū iuuare. Sine vestra etenim pietate, & charitate, quoniam pacto mecum ageretur, in his præsertim locis tam remotis, & abditis, inter adeo agrestes, & barbaras gentes, tãtis curis, & laboribus rerū tam diuersarum, molestarum quoq; interdū, atq; etiam odiosarum? Quid? quod & aliquando contigerit, vt mulieres meam castitatem tentarent; quod liberos, quos essent ex me suscepturæ, sanctos fore sperarent, & dicerent? Hoc à me idcirco scribitur, vt diaboli artes, laqueos, insidiãsq; cernas, à quibus vsq; adeo nihil est securum; vt sub blanda, adlubescenq; bonæ specie angelicas planè subuertere nitantur virtutes.

Socium, & adiutorem hîc alium non habeo, quàm vnum adolescentem. Nam fratres

INDICÆ. 85

fratrem nostrum Raymundum Percirã, quoniam pro sua tenui valetudine gratissimos huius Insulæ calores ferre non poterat, Goam remittere sum coactus. Mihi cõtrã euenire sentio. Quippe cùm natura sim frigida, humidãq; insula verò calida, & sicca: ne minimum quidẽ dolorem capitis, Christo gratia, sum expertus. Magister Franciscus (vt initio epistolæ scripsi) obedientiæ vi, & virtute mihi mandauit, ne triennio ex his locis discederem, nisi eius ex Iaponia literis admoneretur, etiam si socij, qui in Indiæ regionibus commorantur, contrarium significarent, aut expeterent. Idquæ ea de causa videlicet imperauit, quod me mittere in Chinam decreuisset, si aditus (vt sperat) aperiatur. Quod si hoc triennio nec literæ, nec nuncius ab illo venerit: mortuum existimare poterimus; atq; ita ego in Rectoris Goani Collegij ditionem, ac præfecturam concedam. Si mea in manu fuisset: Russios, Appollonios, Armeniosque petiissem, qui Persis finitimi sunt, & vestigal pensitant non quidem ex terræ fructibus, aut simili ratione, sed ex ipsis hominibus nascentibus ad certum numerum. Hi (vt accepi) Christianorum

*Crudele ve
Etigal, vt
de collige
re licet, q
insaniūt q
sub Turcis
quam obri
stianis re
gibus ma
lūt degere*



norum valde mirantur ignauiam, qui bellum Turcis non inferant.

Multos hic ex variis Europæ provincis, & regnis captiuos, ac seruos qui cultum Christi eiurârunt, inuenio. Ex his, quos possum ad Christianorum communionem, & pristinam religionem reuocare cõtendo, impetrata illis à dominis libertate, nonnullos etiam ad Goanum collegiũ D. Pauli mitto. Hic sunt præterea Ianizari (quo nomine apud Turcas prætoriani milites appellântur) Abissini ex Prætoiani imperio; Greci item nostrę religionis desertores, alique Christiani captiui, quibus pro virili faueo, studeoque; vt ad Christianę fidei leges, ritusq; reuertantur. Italum quendam adolescentem viginti quatuor annos natum, cum Ormutium venisset, ad me Iudęus mihi amicissimus adduxit, quę Turcarũ Imperatori charum Babylone aufugisse dicebat, quod ex ipsius postea oratione planius cognoui, cum apud me suam à Christi cultu defectionem cum lachrymis deploraret. Eum in Indiam; vt inde in Lusitaniam nauigaret, dimisi, grauius dolentem, & flētem propterea, quod in societatem admittere, quod exploratorem

Ianizari.

torem Turcarum suspicarer, noluissem. Ex pecunia, quę aut eleemosynę, aut restitutionis nomine in hac vibe à Christianis datur, collegium Societati constitui haud difficulter posset. Ex altera parte adeo Barbarorum incursionibus, & tumultibus bellicis infestamur; itaque vicinis vndique hostibus laboramus; vt ne ad punctũ quidē temporis vacare metu queamus; neq; deessent, qui nostrę Societati nomen darent; cum etiam nũc multi sint, qui à me recipi petant, & orent; vt eos præteream, quos iam in Indiam misi, in alias ascribendos religiosorum familias. Nihil dico de Ianizaris, Pannonibus, Armeniis, Russis, Appolloniis, Grecis, Abyssanis, Mauris, Turcis, quorũ quotidie multi sacro fonte perluuntur. De iis quę per nostros Dominus diuersis in locis gerit, summoperè lætor, suęq; diuinę maiestati, quàm maximas possum, ago gratias. Porrò cum neq; scriptura indigna esse videatur, neq; eos lufuros operã confidam, fratres in Christo charissimi, si ea vel aliud agentes perlegatis, quę Christus Dominus per quendã nostrę Societatis patrē operatus sit: facturus mihi opere precium visus sum, si eorũ nonnulla licet



licet non accurata prolixitate perscribam, saltem non ingrata breuitate perstringam.

Miraculo
sa cuiusdã
conuersio:

Quidam igitur nostri instituti socius virum honoratum quidem, sed non minus inopem virtutis, quàm diuitiis affluentem ad sacram confessionem diuturno labore conatus adducere, adeo sibi inimicum, & infensum reddidit; vt in vitæ discrimen veniret. Quod cum aduertisset, Deum deprecari cœpit; vt illius mentem, & voluntatem mutaret. Haud inanis ea precatio fuit: nam post octauum diem homini prima hora noctis in lecto cubanti visus est socius singulari vultus hilaritate, & manuum eximia pulchritudine, atq; vnuerſi corporis fulgore tanto collucens; vt totum cubiculum illustraret, suauissimòq; repletet odore.

Qua ex re factum est, vt quidam alius his verbis cubantem compellaret: quin tu patri (sed nomen exprimebat proprium) confiteris? non vides quàm visenda sit oris dignitate, quàm formosa, & illustri specie? Tunc ille consurgens in patris complexum, subito rursus monente audiuit: Pater in Xenodochio est, vt apud ægros rem diuinam faciat. Locuples ille manè

manè cum surrexisset, lachrymarum, doloris, & pœnitentiæ plenus, supra quàm credibile sit, patrem ad se vocat, oraturq; vt sibi confessuro det operam: se nullam pœnam recusaturum, nec officio defuturum profitetur. Inde cum aliquot dies se domi continuisset, omnium, quæ ab in-eunte etate ad eam vsq; diem admisisset peccatorum expositione, atque confessione apud sacerdotem est expiatus; & vitam honestam, integramque instituit, humanitatis, & beneficentiæ cultor; plus enim mille, & quingentos aureos nummos egenis distribuit.

Confessio
vitę totius
crimina-
co-
plectens.

Idem Pater rogatu Ormutini cuius primarij sacrum fecit pro salute illius filij vi febrium consumpti, & iam propè depositi, altero etiam oculo corrupto, & putrido. Sacrificio peracto adolescens ex febrî, oculoque conualuit, ex quo tanquam scintille quædam haud sanè tenues emicabant. Rei miraculo parens attonitus, socio properè accito filium sanum ostendit: & quia sacrum Deiparæ Virgini factum erat, ei adolescentis salutem retulerunt acceptam. Aliàs eodem patre sacrum faciente eius discipulus ex mortifero morbo repente diuino nutu sanus est fa-

Sanitas,
Missæ sa-
crificio re-
stituitur.



est factus. Accersitus item fuit ad matronam nobilem, quæ mente capta, & furiis quibusdam exagitata, insanire videbatur: multa aspectu horribilia se cernere dicebat, quibus spectris sic afficiebatur, angebaturque; vt exanimis speciem præ se ferret, quemadmodum vitæ eius narrabat. Sed quoniam multis districtus negociis ire non potuit, initium Euangelij Diui Ioannis, & alia quædam verba è sanctis excerpta, codicibus misit, quæ insanæ mulieris collo suspensa sanitatem redditura pronunciauit. Vir salutare consilium, præceptumque celeriter executus est, & sicut credidit, ita hunc veracem fuisse cognouit, sanataque vxore, factus est voti cõpos: vsque adeo Iesus Christus Dominus noster necdum cessat sua potestate, ac benignitate id perficere, quod mortalium vires exuperat.

Tremendum exemplum.

Eiusdem patris, ac socij precatione quidam alius ex acutissima febre, qua vehementer affligebatur, euasit. Aliquando ad hominem infamem, & sceleratũ, quod in meliorem vitam reuocaretur, accedens, ac vix intra limem ædiũ ingressus, cum illud audiret sanctis maledicentẽ, iurantemque se aut inimicos, anteq̃ è viuis excederet omnino

omnino esse vlturum; aut Christianę religioni nũtium remissurum: Vide (inquit) quid dicas; neque enim triduum intercedet, cum sæpius sacerdotẽ in clamabis, & nemo te audiet. Prædictioni respõdit euẽtus. Is enim postero die (sic disponente Deo) vi repentina mali oppressus, cum mortem imminere suspicaretur, confiterique vellet: nullum à quo expiaretur sacerdotem inuenit.

In alium, quem vt ad concordiam cum inimicis reuocaret, diu multumque, sed frustra, laborauerat, idem Pater aliquando incidens, integrũque, atque optimẽ valentem intuens fortuito dixit; quàm mihi illius valetudo ingrata est, profecto Deus est exorandus; vt ei febrem, qua ad confessionem cõpellatur, immittat. Piæ imprecationis is fuit effectus, vt ille paucissimis diebus graui morbo correptus sacerdotẽ nostrę Societatis ad se vocaret, atque ab omni labe criminum expiaretur. Et quoniam cunctæ propè ciuitati inuisus erat: eum postea sanum per viicos, plateasque socius adeo circũduxit, vt quos aut re, aut verbo læsisset, ab iis in occursum veniam peteret; quod quidem factum animos aduersariorum infestos multum

*Imitatio
ne dignum
exemplũ.*



multum ad iræ remissionem cōmouit, ac mitigauit. Hominem enim illum pluribus locis alij cum scoplettis, alij cum lapidibus, alij cum aliis telis expediti, atque ad cædem parati expectabant: quæ tamen ubi ita demissum, humilémque conspexerunt; omnes uenia dignum censuerunt. Et qui neque armis, neque uiribus, neq; autoritate inimici (qui dux militaris esset, cuiusq; primarius) hætenus uinci, flectique potuerant: eiusdem mansuetudine tandem expugnati, omnem offensionem depofuerunt, iniuriasque condonârunt.

Hæc omnia scribenda idcirco duxi; ut cum vniuersa Societas Christo Opt. Max. gratias agat, laudésque persoluat; tum singuli separatim maximo Dei beneficio se ad hanc religiosæ vitæ rationem uocatos, adductósque intelligant. Quæ de rebus Indicis ad me perferuntur, uidentur, ut suprâ dixi, similitudine quadam ad uetera illa Christianæ religionis primordia mentem, cogitationémq; trahere. Utinam ea mihi per negocia liceret literis mandare, quæ video, atque audio. Neque enim dubito, quin charissimis fratribus ad uirtutē satis alioquin

per se

per se incitatis calcariæ essent (ut dicitur) admotura.

Equidem quod ad me attinet, nequeo uerbis explicare, quanta sim pro Christo extrema quæque subeundi, perpetuendique cupiditate incensus, posteaquam mihi renunciatum est de gloriosa nece, martyrióque nostri socij, & sacerdotis Antonij Criminalis. Confido certè mihi quoque Deum aliquando id munus cōmunicaturum, id quod ex nostra societate hominibus expetentibus, atq; efflagitantibus dare iam cœpit.

Illud uos charissimi fratres, admoneo; ut inter uos ametis, & cæteros omnes pariter, æqualitèrque diligatis. Etenim Deus sæpè illis suæ beneficentiæ uti solet ministris, quorum ab hominibus opera minoris ducitur, & ministerium uilius æstimatur. Quæso item à uobis, ut ignorantias meas non memineritis, sed pro mea in omnes uos beneuolètia, me, ut fecistis hætenus, ametis. Obedientiæ amor ad has me literas scribendas inuitum, non dicā repugnantè, impulit. Quæ tamen in re (hâud enim ex parte meo sum perfunctus officio) nō nobis Dñe nō nobis, sed nomini tuo da gloriam.

Deus

*In historia
Ecclesiast.
sæpe refertur
Christianos ca-
teruatim
ad marty-
rij locū eu-
currissè.*

*Martyriū
P. Antonij
Criminalis
lib.*

*Quid ad
scribendū
fratribus
suis impo-
lerit.*



Deus Opt. Max. qui Societatem hanc per tot discrimina rerum primùm cœgit, constituitque, & in tot deinde partes orbis, regionésque diuisit, atque dispersit, vt nunquam (quæ mea est opinio) nos mutuò visuri simus, idem nos omnes velut membra capiti Iesu Christo Domino nostro inuicò, & immortalì in altera vita æterno æuo coniungat, vbi videbimus, quanta fecit animæ nostræ. Amen. Omnes Patres, Fratresque charissimi orate pro me misero, profugòque peccatore.

Cum hac epistola Nouum Testamentum, Historicis exornatum picturis, & Georgicis scriptum literis ad vos transmittito. Georgi Christiani sunt in Perside incolentes, & magni Catheaniæ stipendiarij. Curate quæso, vt pro eo, à quo liberum accepi, & pro me, qui maximè diuina ope indigeo, Missæ sacrificium quinquages fiat.

Ormutij, quarto Idus Decembris, Anno à partu Virginis Quadragesimo nono supra sesquimillesimū.

ALTERA

ALTERA
EPISTOLA EIVSDEM

M. Caspari ex Societate Iesu
Præsbyteri in Lusitaniam data.

Gratia & pax Domini nostri Iesu Christi sit semper vobiscū. Amen.



N hoc sinu Persico, tanquã in liberis custodiis, maneo, iussu patris & Magistri Francisci, qui mihi obedientiæ vi ac virtute præcepit, ne extra terminos Ormutini regni egrederer: quod regnum, vt superiori anno ad vos planius, & vberius scripsi, inter Arabiam felicem, ac Persidè est situm. Ago, verforque cum Mauris, Turcis, Arabibus, Persis, Abissinis, Ethnicis, iisq; Iudæis quæ Babylone post priorè captiuitatè remanserūt. Ea vrbs Bagueda nūc ab his gentibus appellatur, suamq; ditionè ad huius vsque regni fines extendit, & nationes multas, ac varias sibi habet subiectas.

Sinus Persicus.

Ormutij Insula.

Abissini præter Prætoriano, scismatici sūe olim à Dioscuro se ducti.

Babilonia

Qua de

*Saraceni.*

Qua de causa hæc insula terræ vmbilicæ putant incolæ. Hic Iudeos complures ex Hispania Tarraconensi, ac Lusitanâ pulsos, & ad auitam impietatem lapsos offendi: Quorum alij respiscunt, alij pertinacius in suo errore persistunt. Cum his, & cum Sarracenis quotidianas soleo disputationum conflictationes inire. Illorum nuper in Syon montem infinita propè multitudo conuenit, & triennium iam Messiam expectât: quotidie suam pertinaciam, & obstinationem fatentur; nihilo tamen magis ab ea mentis cæcitate præagnata ipsis pertinacia recedunt.

Illud modò præstare ipsis est satis; vt Rabinos suos vndique cogant, per quos paradoxa sua, aut verius adoxa, de quibus frequentes instituuntur disputationes, mihi persuadeant, probentq;. Sed Christus pro me respondet, aut vires ne deficiam subministrat: quia corrupti, & abominabiles facti sunt in studiis suis: idcirco longû esset, quæ cum iis acta sunt, enarrare: eo tamen res spectare videtur, vt breui eos Christi religionem accepturos sperem. Quamobrem cum & ipsi proximi nostri sint, deq; ipsis etiâ nobis mandata

mandata sit cura: Christianis hominibus dignum feceritis, si etiam illos in aliquâ orationum vestrarû partem admittatis.

Vtor & multorum Armeniorum consuetudine, qui licet Christianam profiteantur fidem; attamen aliquid Mauricæ superstitionis admiscunt: quamuis eam victus parsimoniam, ac seueritatem retinent, quam sancti illi Patres Armeniæ Anachoretæ quondam coluere. Tam ipsos, quàm Rufsios, Polonos, Vngaros, Ianizaros, Genuenses, Græcos, aliôsque Christianæ fidei desertores ad Orthodoxam religionem reuocare contendo. Vtinam sociorum nostrorum, qui Conimbricæ sunt, ardor animi sese proderè hic possit; quò Christi cultus magis, magisque propagaretur. Equidem talium operariorû paucitatem, atq; penuriam continenter deploro. Quid isthic charissimi fratres, agitis, vbi homines quotquot sunt, Christiani nomine censentur omnes? hic verò ne studium quidem, aut cogitatio capessendæ Christianæ religionis apparet; atque operariorum defectu copiosissima mensis perit æternum. Sed de his satis. Venio nunc ad ea, quæ Deus Opt. Max. post priores ad vos literas à me scriptas,

*Armeni
parce ad-
modû vi-
sitât etiâ
bodie.*

*Multarû
Gentium
Apostatæ
a fide.*

G pluri-

plurima, maximâq; in his oris per societatem nostrâ gessit. Igitur Mauri cum me ad disputationem de perfectiori lege, ac religione, suâne præferenda esset, an nostra, prouocassent: constituerunt, ut cum quodam Philosopho Medicine, atq; Astrologiæ peritissimo in præaltu montem aquis, & herbis carentem secederem, ea conditione, ut à nullo profusum mortalium inuiseremur; & qui in ediam, atque ieiunium diutius tolerasset; eius lex, & religio potior, ac sanctior haberetur. Iis ego nihil opus esse miraculis; neq; Deum, cum nulla necessitas cogeret, tentandum respondi: eò quòd argumentis, ac rationibus res transigi melius posset; sin minus, tum demum id fieret, quod ipsi decreuissent. Verù Machometanæ legis furo diffisi, consiliu à me propositum, cõditionemq; accipere nõ lunt ausi. Christus nihilominus, qui suis semper præsto est, vi ab illis extorsit, quòd spontè facere recusarant. Huius enim Doctoris vxor, honestissima, nobilissima, maque femina ex genere Zaidi Machometis propinqui, cognita infcitia, timorèque viri, qui Machometanam legem tueri, ac defendere non ausus esset, sta tuu

Contentio
eũ Docto-
re Mauro.

Non est
tentandus
Deus;

Doctoris
Mauri vxor,
& filia conuer-
tuntur.

statuit vnâ cum filia ad Christi religionem transire. Intempesta igitur nocte me aducentes à Spiritu sancto instinctæ, ac ductæ, sacrum Baptisma poposcerunt: quas, ne à Mauris valde ob eam rem iratis, atque infensis caperentur, & abducerentur, studiosè custodiendas, asseruandâsque suscepi. Cum igitur post traditam ipsis catechesin Baptismatis sacramento nostræ initiandæ essent religioni, viro, ut eas inuiseret, petenti, disputationem de religione, ac ritibus detuli, & indixi; sicut mihi denunciare ipsi consueuerant; eamque disputatione præsentibus vxore, ac filia futuram ostendi ea lege, ut si me vicissent, & Mahometanam religionem Christianæ præstare docuissent; ego Mauricis sacris initiarer, & vxorem illi suam, & filiam redderem: sin secus, tum ipse cum iis simul sacro fonte Baptismatis ablueretur. Ex suorum consilio disputationem accepit instituendam coram proepiscopo huius vrbis, publicòque libellione, qui vtriusque dicta exciperet, ne quod antè concessum fuisset, negaretur, Garfia Penneo interprete, qui apud Regem Ormutij id muneris obibat, homine ad id negocij aptissimo, & planè

Disputatio
cũ Mauris
certis legi-
bus instituitur.

Garfia Pen-
neusq;

considerato, cum in multis disputationibus suum officium accuratè, ac fidelitè præstitisset, Latinarum literarum haud sanè ignarus. Maurus disputando, vanam, & fallam suam religionem, eamq; defendere, obstinatae pertinaciae esse profitebatur. Sanctissimam item Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum tres hypostases, & vnum Deum concessit. Erat optimus, & experientissimus Philosophus, propterea quod ipsi quoq; Aristotelis libros studiosè legunt, & multatè cum aliorum Sophistarum, tum Peripateticorum sententias probant, atque defendunt. Demum homini dixi, iis datis haud multa illi deesse, vt Christianus foret. Quod in disputatione intelligens, & acceptam conditionem secum reputans, perturbatus est admodum, voluitq; alios libros in posterum diem proferre, vt disputationem prosequeretur. Cum igitur per eam causam discessisset, nusquam postea in ciuitate comparuit, relicta vxore, & filia. Renunciatum est mihi, illu cum ad Regulum quendam in Persidem contendisset, grauitè fuisse reprehensum, & mecum disceptasset, audisseq; ab eodem maximum me esse præstigiatorum, atq; veneficorum: inde in regno Laræ excep-

Vincitur
Maurus.

Aristoteles
etiam bo-
die legunt
Mauris.

veneficum: inde in regno Laræ exceptum magno in precio, atque honore haberi cognoui. Hoc animaduerso, Mauri animos mœsti ac tristes abiicere, meumque conspectum fugere: nos Christiani contra læti, atque alacres magna celebritate, & apparatu, musicisque instrumentis mulieres Christianis sacris initiuimus; & quia Regio erant ortæ genere, prænomine Domine (vt assolet) eas honestauimus. Initiatam verò vtramque accepta dote septingenis nummis aureis in matrimoniū Lusitanis viris probis collocauimus. Posthæc fracti, & debilitati Mauri, quod doctorem, quem cuius Cacigiorum facile anteponebāt, tam turpiter victum fugisse viderant, plures Christi cultum recipere indies cœpere, & quod prius vitio, & dedecori vertebant, id nunc laudi, & gloriae ducunt. Alij occursum meum diligenter cauēt, meque prætereunte, & campanulam, qua ad Christianas cohortationes, institutionesq; cōuocare populares soleo, vicatim pulsante, aures obturant; ne si sonitum audiant, fortè moueantur, & ad Christianam traducantur; quoniam me non in verbis modò, ac veste, verum etiam in

Victoria
de Mauro
prestigijs
tribuitur;
vt ex im-
primitiua
ecclesia se-
pe facturus
est.

Hac victo-
ria deiecti
Mauri ad
Christi fi-
dem se cō-
ferunt.

Campane
inesse vim
pertrahē-
di ad fidē
arbitran-
tur.

campanula habere prestigia dicitant.
 Christianorum studium, atque ardor
 quotidie magis accenditur. Mauri per
 urbem totos dies institutiones Christianas
 decantant. Tanto autem amore religio-
 nis flagrant hominum animi; ut &
 Christiani per vicos Maurorum denique
 viceni terga lorīs verberando transfrent,
 & supplicationes cum Litanis tota ve-
 be agerentur, & Christianæ doctrinæ ca-
 pita à pueris canerentur. Mauri cum hec
 intuerentur: alij quidem ne ad Christum
 inclinarentur metuentes; alij verò tu-
 endæ, atque amplificandæ sectæ cupidij
 supplicationes & ipsi decreuerunt, atque
 instituerunt: in quibus clarè ab omnibus
 concineretur; Deus vnus est, vnus est
 Deus. Vsq̄ue eo autem illorum studium,
 æmulatiōque processit, ut saxa in nos
 aliquando irruerint, & facta lapidatio-
 ne loco depulerint: sed cum in campum
 confugissemus, victoriam Christo duce,
 haud secus quàm olim ætate D. Ioannis
 Chrysostomi Arianos Catholici superâr-
 rūt, retulimus. Cum hic ardor, cōtentiōq̄;
 animorū obtineret: nullus dies intermit-
 tebatur, quin modò cum Mauris, modò
 cum Ethnicis, Iudæisque disputaretur.

Atque

Atque ita Dominus noster insignem
 Ioguum, hoc est, Ethnicum Heremitam
 summæ parsimonie, ieiuniorumque cul-
 torem ad veram religionem traduxit. Is
 in perpetua castimonia, & paupertate vi-
 uebat, deq̄; nulla re alia, quàm de morte
 concionabatur, aut verba faciebat. Cœ-
 nobium sibi in monte vrbis proximo
 exedificauerat, vbi cum aliis Ioguis de-
 gebat, quorū vnus nō ita pridē ad Arabiæ
 montes profectus, in specum, in qua vi-
 tamper voluntarias corporis vexationes
 transigeret, sese abdidit: vbi tamen ne-
 quaquam postea, neque alibi vsquā om-
 nino inuentus est. Vir erat eximia virtu-
 te, ac probitate. Hoc genus hoīum cine-
 re semp̄ aspersum cōspicitur. In postrema
 autem disputatione de castitate Ioguis
 amore, & charitate se à me victum, de-
 uinctumque, & suum animum ac vo-
 luntatem mihi iam penitus obligatam,
 & obnoxiam esse professus est. Tunc
 triginta dies ad deliberandum postulati
 suasi; ut quina tergo verbera quotidie
 pro Christo infligeret, à quo diuinam
 lucem, & veræ religionis cognitionem
 efflagitaret. Paret homo consilio extem-
 plo; & quadam nocte, dum Dei virtutes
 animo

*Heremita
 gentilis ad
 fidem con-
 uersio.*

*Iogu^s cha-
 ritate se vi-
 ctum fate-
 tur.*



*Admirā-
 tionum
 Christiano-
 rum seruo-
 rum.*

*Mauri imi-
 tatur chri-
 stianos.*

*Gentiles
mortē me
ditantur,
quotidie.*

*Deus here
mit am mo
net ut fidē
suscipiat.*

*Baptizas
tur Iogu^o
magno et
nicorū me
roic.*

*Gentile
magna ve
neratione
aquā tibe
bat us lo
gu^o hic pe
des laue
rat.*

animo contemplaretur (quæ cōtemplatio, sicuti etiam mortis meditatio, per multis est Ioguis familiaris, & penē quotidiana) vocem audit quasi monentis, & increpātis: quid agis? quid cessas? suscipe quam monstro religionem: hæc etenim vera est & perfecta, Christiana videlicet. Secundum vocem multa, eaq; pulcherrima templorum ornamenta, sacrāsque, ac Pontificias vestes, qualia festo, & solēni die promi, exponique consueuerunt, cōspicatur. Postridie Rege Ormutij ad se salutandi, visendiq; causa veniente delitescens prodire in conspectum volebat. Vbi Rex abiit, celeriter me conuenit, & cum quæ acciderant, retulisset: salutarēs, ac vitales aquas poposcit. Lotus est honorificè, & cum summa Christianorum lætitia, mœrentibus, & lugentibus Ethnicis, qui Ioguum ita colebant, atque venerabatur; ut religionis gratia aquam biberent, qua ille pedes lauisset, quos etiam religiosè osculabantur. Cum sacra lotionē peracta hominem ad cœnobium reduceremus, per vicos Maurorū transiuimus prælata ingenti cruce, quæ in Iogui cœnobio defigeretur. Ea res Mauros, apud quos illius autoritas, existimatiōq;

multò maxima semper fuisset, admiratione inopinatæ mutationis attonitos conseruauit. Tum idolis deturbatis, & comminutis, templum Christo Opt. Max. dedicauimus. Diuersatus sum in cœnobio, quod quidem rogatu populi in vsum nostræ Societatis, collegiique deducendi conuerti. Neque profectò in vlla omnino Indiæ parte magis quam hic, collegium id necessarium mihi videtur. In his ædibus semper viginti socij scholastici, & totidem præterea partim sacerdotes, partim domestici ministri habitare commodè possent. Situs est totius Insulæ optimus, & pulcherrimus. Pecunia in eam rem grandis conferebatur, cum alius centum, alius mille, alius quatuor millia nummum aureorum piè, & libenter erogaret. Neq; defuerunt, qui omnes suas fortunas ad constitutionem, vsumque collegij elargirentur: id quod ex epistola, cuius exemplum viro probo in Lusitaniam proficiscenti ad vos dedi, planius cognosci potest. Sed Emanuel Lima Ormutinæ arcis Præfectus nos ab alio, quam à se accipere pecuniam noluit: quippe qui suis impensis perfici hoc opus optabat, quod vtilissimum fore spectaret;

*Heremite
cenobiū in
collegium
societatis
vertitur.*

*Liberalitas
hominū
ad erectio
nem colle
gij societo.*

*Præfecti
memorabi
lis libera
litate*

*Admiran-
dus exom-
nibus mun-
di partib.
ad hanc ins-
ulam cõs-
puxit.*

raret; propterea quòd in hanc insulam; vt supra significauimus, Persæ, Arabes, Abissini, Turcæ, Christiani, atq; vt semel dicam, ex tota Asia, Africa item, & Europæ bona parte mortales confluunt innumerabiles. Sed & (cùm Spiritus sancti instinctus dilationem nõ patiat, & hoium alioqui voluntas instigãte hoste humani generis, facillè immutetur) consultißimũ esse videtur, ea quæ diu animo pertractata sunt, & definita, maturè aliquãdo perficere. Vtar itaq; facultate mihi à M. Francisco permissa in Societate aliquos adscribendi, atq; isthuc nonnullos mittendi. Illud etiam interea cogitabam si meum consilium Patri Antonio Gomezio, aut quicumque alius eius prouinciam geret, minus fortè probabitur: tum hoc ædificium vsui futurum Patribus, ac sociis, qui in meum locum succedent, vbi primum ego in Chinam discessero. Hanc ob causam cõceptum opus maturandum curauì, & ipsum Gomezium scriptis in Indiam literis certiore feci de templi dedicatione, nouique Collegij ratione, deque iis quæ in hac Insula Spiritus sanctus ad hominum salutem egerit, agatque quotidiè, &

*Templi de-
dicatio.*

die, & acturus, & quidem maiora, in cuncta Maurorum natione credatur. Insuper, & quantopere aliquot sociorum, patrũque auxilio egeamus, declarauì, qui tantæ horum infidelium multitudini subuenirent, postquam ex India nullam opem afferre socij possunt: propterea quòd idonea ad nauigandum tempestas octauo demum mense duntaxat accidere consuevit. Qua de causa magnum sanè detrimentum res Ecclesiastica pateretur; vt non temerè Magister Franciscus mihi preceperit, ne hinc ego antè decederem, quam alter quispiam mitteretur successor.

Gomezius autem Episcopo Goano, cui nostra est sodalitas commendata, ita videri respondit; vt tota instituti operis ratio ad sociorum ex Lusitania aduentũ intermitteretur; tum me in Chinam nauigaturum: citius enim alium veteranũ socium, qui in meum locum suffici possit, aduenturum neminẽ. Laudetur Christus, cui sic visum est, vt quod in Lusitania abundat, atque effluit, id nobis hic vel maxime indigentibus desit. Itaque incepto destiti, quoad vsque aliud diuini-

*Veteranũ,
& rerũ pe-
riti eccles-
iis presta-
clendi.*



diuinitus statuatur. Succurrite, succurrite nobis laborantibus charissimi socii; quid cessatis? hinc, hinc coelestis voluptatis, & diuini solatij suauitate illa domi, forisque passim affluimus, quam isthic sentire, ac percipere intra cubiculorum parietes non potestis. Si parū literati estis, hic summum, & præstantissimum Doctorem habemus Spiritum sanctum.

*Apud Gen-
tes Spiritus
sanctus docet
secundum illud,
oro in ore
uestro.*

Is continenter docet, cuius doctrina in animo celerius, altiusque imprimitur, quā ab iis magistris, & professoribus tradita, qui principem locum, auctoritatēque in Conimbricensi academia tenēt, multūque temporis, atque operę in huiusmodi rebus ferē collocant, quæ hic nulli omnino sunt vsui.

Præfectus cognita Ecclesiasticorum Magistrorum in his locis, vbi maximè desideratur, penuria: decreuit, vt militibus qui Christo in nostra societate, ac contubernio nomen dederunt, iis perinde stipendia soluerētur, ac si Regi, vt antea mererent. Ad hæc, magna est vsus beneficentia, & liberalitate erga nostram domum, quam instructam relinquā rebus omnibus necessariis, & mille nummis aureis, ac varij generis supellestili ad

*Milites so-
cietate per-
fessi stipen-
diis regii
non priuan-
tur.
Collegium
templique
optime in-
structum.*

ad collegium pertinente, templiq; vniuersis ornamentis, altarium videlicet ferreis, & aureis stragulis, calice ex auro pulcherrimè facto, tribus sacratis (quę vocant) plumalibus, & linteis tunicis, & vmbellis. quæ omnia sex millibus nummum aureorum æstimantur: librorum quoq; ingens numerus Collegio seruetur. Vniuersus populus nostri est admodum studiosus. Qui nostram in Societatem recipi vellent, tam multi sunt; vt equidem tantam, & tam præclarā in hac ciuitate de nobis opinionem, atq; estimationem demirer. Sex modò admisi, omnes præter vnum, latinis literis eruditos: quidam etiam illas profitentur, & docent non domesticos tantum nostros; sed alienos etiam, & externos. Vt eos in numerum sociorum ascriberem, diuinus spero spiritus persuasit. Nam vnus illorum secundum concionem repente in medio foro inspectante multitudine, vestes, quibus erat amictus, exiit; & religione incensus, egenti, ac mendico dedit. Nudus ipse abiens iuxta præaltam crucem somnū capiebat: pauperes quotidie inuisebat, aliquando cum me adfisset, mentem sibi diuinitus illustratam docebat,

*Indi latinè
discunt lin-
guam.*

*Admiranda
cuiusdam
conuersio.*



docebat, dum se, vt ad Persas mitterem contendebat. Siquidem pro Christi religione vitam profundere meo imperio, iussuq; ; vt ipsum Christum imitaretur, optabat. Hunc imperitum vulgus, & homines non ita pij in stultorum, & insanorum numero, locoque ducebant: ego verò virum sapientissimum, atq; optimum suo merito iudicauit.

Alteri in signis ad Christum conuersio

Alius quidam cum de Christi cruce concionem audisset: confestim se ad pedes concionatoris stans abiiecit, & per Deum obsecrare, obtestarique cepit; vt in nostrum sodalitiū receptus, reliquū vitæ suæ tempus nobiscum agere possit, vel etiam in Persas extemplo amandari, vbi pro Christi cultu martyrii coronam consequeretur. Tertius cum in foro inter ludendum superis malediceret; obiurgatus: per Christum orauit, ne sibi deessemus, cum ipse quoq; se nobiscum & viuere, & mori velle constanter profiteretur. Reliqui eadē ferè causa, & ratione nostris adiuncti sunt: qui quidē omnes etiam à Societate nostra reiecti fuissent; nihilo tamē secius, se nobiscum acturos, commoriturosque firmissimè asseuerabant. Alius itē ex Maschate

Maschate hinc.

(quod

(quod oppidū maritimū est Arabiæ felicis) ad me scripsit, sibi esse in optatis, mecum pro Christi religione craticulę impostū successis ignib⁹ torrerī, & quas ad manum habebat pecunias, hoc est, ad mille aureos nummos, reliquasq; oēs fortunas haud sanè tenues distribuēdi, erogādiue potestātē mihi summā deferre: quemadmodum ex literis vltro, citroq; scriptis intelligetis. Vtrarūq; enim exemplū ad vos cum hac epistola mitto. Hoc eodem animo, & voluntate sunt plures duodecim, & quidē magnę exiltimationis homines præter cæteros nō paucos, qui nostrum institutū ambiunt. Mihi verò certum est, neminem admittere, quoad vsq; res Collegij cōstituta, perfectaq; sit. Hos porro qui mecū sunt, in Chinam ducere cogito, si per Antonium Gomezium licebit. Neq; enim mihi reiiciendi videtur, qui vitam diuinæ voluntati addictā mecum traducere volunt. Et quanuis in sociorum albo non sint: erunt tamen nobis nihilominus vtilēs adiutores; sicut egregia ipsorū virtus pollicetur. Hęc ferè est, quā quotidie seruam⁹, viuendi ratio. Hora ante lucem signū meditationis datur ab eo, qui de somno excitandorū sociorum

Martyrii desiderium

Multi diuēditis omnibus Christi sequuntur

sociorum, & luminis singulis inferendi munus habet; post meditationem nos ad sacrum, quod facere quotidie soleo: paramus, quo peracto, campana ad lectionem vocatur, quæ ad horam ante meridiem producitur. Tum prandemus: à prandio in suum quisque cubiculum se recipit, sui que à seipso (vt fit in nostra societate) rationem reposcit: postea se ad pomeridianam lectionem accingit, in qua vsq; ad vicesimam tertiam horam versamur: deinde cœnamus: cœnati ad Litanias accedimus. Tunc rursus meditatio, ac nostrimet cognitio, iudiciũq; quod conscientiæ nominamus examen, vna hora exercetur, dein ad quietem itur. Diebus Veneris voluntariæ verberationes pro fœlici Ecclesiæ statu catholicæ fiunt, Litaniam item pro societate, benèq; de illa meritis recitantur. Dominicis, aliisque festis diebus vespertina hora in salutaribus, piis, & religiosis sermonibus vtiliter, iucundaque cõsumitur; dum scilicet de cacodemonis insidiis, ac gratuita malitia; de que diuinis solatiis vltro citroq; differitur, veterum Anachoretarum more, quem nostri quoque Conimbricenses socij retinent. Seiphi vincere, & demittere

Ratio viuendi seipsum

tere certatim student, dum alij stipem ostiatim per urbem, vel in publico valedinario, vel à Mauris emendicant; alij ad barbaros concionantur; alij domi infima, vilissimãq; ministeria obeunt. Magnum & mirificum deniq; studium, ardoremq; animi (Christo gloria) in sociis animaduerto: quibus quidem moribus, ac virtutum exemplis alios mortales multum & mouent, & iuuant. Neq; verò minori Christianæ crucis, ac gloriofæ necis cupiditate, amorèque flagrant: quippè cum Arabes quidam, alij Persas cogitent, & efflagitent; nonnulli vsq; ad nostras fores Maurorum impetu, & lapidatione premantur. Sed quid nos separabit à charitate Christi? nihil sanè. Equidem nulla re alia magis vitam hanc sustentari sentio, quàm Christianæ tolerantia, atq; Evangelicæ virtutis desiderio, cultuq; & ea voluptate, quæ ex optata semper pro Christo morte percipitur. Sed de his hætenus: Orate pro nobis. Non dubitò me, cum hinc decedam, complures profectionis comites, & pij laboris, crucisq; socios habiturum. Est hic quidam etiam senex vir honestus, & probus, qui ab eo die, quo primum apud

H me per

Inges quod runda amplificandis regni Christi desiderium.





me per sacram confessionem sese expiauit, nunquã à meo latere discedere voluit, relictisq; vxore, ac liberis, totos dies apud nos in aliqua domestica occupatione transmittit. Negat se alibi vsq; nisi in nostro collegio, atq; inter nos, quieto animo esse. Vt ad Mauros redeã: hi tanta Christianorũ alacritate, atq; ardore animaduerso, mirũ in modum mutati sunt. Rex certè Ormutij mihi aliquẽ ex cõditione, quã in tẽplo habebã, subito accessit, egregiũ suũ studiũ suscipiendẽ Christianã religionis aperuit: sed cùm timeret, ne regni Primores offenderẽtur; decretũ est, vt quasi aliud agẽtes cõuocatis regni primoribus, ita corã Rege disputatio institueretur; vt ne vel tenuis oboriretur illis suspicio, propter se esse cõparatã. Hac enim ratione me Mauricã religionis vanitatẽ demonstraturũ sperabam, idque assecuturum; vt ne illi in quo animo ferrent, si Christi cultũ Rex accepisset. Interea Maurorũ generis multitudo supra duo millia quingẽtis, Christi sacris eodẽ die, quo Rex initiari cõstituerunt. Quin & multi ex Principibus viris iã sibi nostratia nomina, initialẽsq; parentes, quos patrilinos vulgò vocamus, elegerant:

at verò cacodemon, qui semp Christianas partes oppugnat, rumores graues subito dissipauit, Regẽ videlicet Christi iam religiõẽ imbutũ; qua de causa quod ego & Rex statueramus, effici nequiuit. Imò (quod lugendum sit) cùm Regẽ nullis blãditijs possent perditos homines de proposito, susceptõs; cõsilio dimouere: per quosdam eum Cacigios doctos viros ad Mahometanã superstitionẽ traducere sunt aggressi; vt à Christi fide animum, & cogitationem auerteret, sententiãque mutaret. Quos tamen Rex extemplò lapidibus pelli, atque ex Regni finibus exterminari, eiicique in perpetuum exilium iussit. Neque verò eam animi magnitudinem, atq; constantiam in pœnis, supplicijsque isti suo Mahometi præstiterunt, quam sanctissimi, fortissimiq; Christi martyres in tormentis, & cruciatibus retinuerunt. Ad extremũ quinque ex primoribus (Deo ita propter mea delicta permittente) tantũ minus effecerunt; vt Rex amittendi regni metu ab ea sententia, institutõq; deteritus, promissis neutiquam staret. Quare Maurorum etiam maior pars in veteri suo errore, ac superstitione permansit.

Rex Maurorũ
cũ 2500
Christo initiari
cõstituit.

Hanc incõstantiam nõ
tã post egressiõẽ
luisit.



Quantum ex ea re dolorem ceperim, cum tantam mihi è manibus ereptã prædam conspicerem, vobis æstimandũ relinquo. Equidẽ plurimas effudi lachrymas, tacita conuictus conscientia peccatorum, quibus iratus Deus impiorum conatibus obuiam non iuit. Tum Maurine ad Regem mihi pateret accessus, custodes apposuerunt: eò q̃ sibi persuasum haberent, me insignem esse præstigiatorum, ac Regem meis præstigiis, fallaciisque fuisse tentatum, atque circumuentum. Ad Persarum insuper Regem literas multis, & grauib; quærimoniis plenas dederunt, quibus eum in nostram perniciem inflammarent. Ego autem solennes supplicationes per mediam urbem, vicòsq; Maurorum faciendas curauì, in quibus supplicationibus, præter frequentem multitudinem, procedebant etiã vnà circiter quinquaginta homines, qui terga sibi verberarent: vt his pietatis signis, & officiis permotus Deus quid factò opus esset, ne qua de nostra fide, ac religione in his oris fieret diminutio, significaret. Mauri superbè admodum statuebant se non esse passuros; vt ex sua natione quisquam sacro fonte

*Vtinã his
armis nos
modo fres
queter mu
nircimus.*

fonte ablueretur. Adhæc eorum aliqui meum fugiebant conspectum, alij data pecunia id agebant; vt nos aliqua saltẽ iniuria, contumeliãque afficeremur, clamorẽque tollebant ex Fano, quod in monte positum nostro imminet collegio, cui bono Iesu nomen est inditum. Importunis illorũ vociferationibus ego commotus, cum in apertam arenam, atq; certamen (sicut quondam contra Goliathem Davidj superbissimam Philistei arrogantiam diutius non ferenti contigisse accepimus) mihi prodeundum viderem: feci hoc, vt noctu post concionem de Christi Domini supplicio, ac nece habitam, crux ingens à duobus viris in supplicationibus per mediam urbem præferretur, & vbi ad montis verticem esset peruentum, tum Fanum illud prophanium, in quo Christi crucem barbari deridebant, conuitiisque insectabantur, ingressi, in præcelso eam, atque edito loco desigeremus. Magnum terrorem Mauris crucis aspectus incussit, cum Fanũ captum, occupatũq; à nobis viderent. Simulac verò illuxit, ad multa milliac onuerunt, & maxima voce Mahometẽ appellabant, & cur tantam iniuriam à Francis

*Inauditũ
pugna ge
nus cum
Mauris.*

*Ferũt aerẽ
à Deo hor
ribili facie
immutatũ
Mauris cũ
cruce suis
se terrori.*



118. EPISTOLÆ

Francis (sic enim Christianos vocant) illatam non vlciscerentur, clamabant. Statim porrò quæcunq; in agri planitie habebant Fana reliquerunt, & inter cæterâ vnum valde amplum, atq; magnificentum, quæ Gilalabata dicebatur, vbi Mahometanis sacris quotannis operabatur, cum se ipsi cultris, atq; nouaculis religionis causâ cõsauciarent, & Mahometana illa dogmata detestanda, legesq; impurissimas prædicarent, & quidē flentes, vti nos Christi mortem commemorare, lugerēq; cõsueuimus. Gratias agamus oportet Deo Opt. Max. qui hoc Fano impię superstitionis erepto: Maurorū audaciam, superbiamque compressit. Id Fanum cacodæmone cum Mahomete expulso, Deiparæ Virgini, cui à penna cognomen accessit, dedicauimus, quo ad vacandum contemplationi nihil excogitari potest aptius, elegatiusue. Ibi Heremita virum bonū, & antiquę frugalitatis, seueritatisq; & disciplinę cultorem collocaui. Mauri vt religionē suam nostrę præstare ostenderent: cõciones in ciuitate habebāt, suōq; in fano importune clamabant. Quā rem Christiani molestē cum ferrent, remediūmque à me querē-

Mauri sacerdotese nouaculis sauciant.

Celebre sanum Maurorum, B. virgini dicatur.

INDICÆ.

119

rent, memor illius verbi Christi (cõpelle eos intrare) Regi cõfesti renūciari mandauit; vt quoniā pmissum nō fecisset: eos saltē in fano Maurorū clamores prohiberet, idq; ob tres potissimū causas; primū quia oppidū nostrū esset; deinde q; nobis iniuria, atq; incommodum inferretur; & demū, quia multa in regni perniciē clā ex eo loco Maurorū proditiōe cū Turcis cõmunicarentur. Quocirca vt Barbari eiusmodi vociferationibus tātis per abstinerēt, ediceret; dū nostris literis ea de re Lusitanorū Rex certior factus responderet: tū nos quod ille imperaret, sine vlla cunctatione facturos. Neq; verò à me quicquā omnino aliud agebatur, nisi vt eorum animi erigerentur, atq; confirmarentur, qui ad Christianam religionē transibant, transituriue deinceps erant. Cūmq; ea ratione Mahometanæ superstitiones, legesq; fraudulentæ paulatim exoleuissent, ac sempiterna essent obliuione deletę: facilius, & citi⁹ hoies barbari mitescebant, & ad Christi cultū traducebatur. Quod cum Mauri intelligerēt; eaq; de causa nostros contēnerent conatus: eis cõminat⁹ sum, nisi clamare desisterēt, me puororū, quos Christianę religionis

Inauditis
modis De^o
suos tue-
tur.

gionis rudimenta præceptaque doceo,
collecta manu impetum in illorum delu-
brum facturum, crucemq; in eo sicuti
in montis fano præaltam constituturum.
Itaq; nullam morâ interposui, quin pri-
mo quoq; tempore quinque Cruces pa-
randas, posteróque die supplicationes
agendas curarem, in quibus omnes illæ
cruces, vt Mauris timor iniiceretur, præ-
ferrentur. Illud etiam Litaniis insertum
clara voce à nostris alternante choro re-
petebatur, Domine Deus miserere nostris:
ita procedendo vsq; ad regiam peruen-
tum est. Tanta verò huius spectaculi
vis exitit; vt Mauri continuo clamare
desierint, maximóque omnes metu per-
territi, in fugam sese dederint. Hic acci-
tu Regis euocor, qui mihi Regiam in-
gresso ad primos gradus obuiam hono-
ris causa prodiit, & cum Garzia Penneo
interprete introductum in sella conside-
re sua inuitum coëgit, ibique ad genua
mihi procumbens manum osculari vo-
luit, & veniam suæ inconstantia præca-
tus, quod promississet, se aliquando esse-
aturum addicebat. Tum non modò in
Fano, sed etiam in tota insula clamari,
appellariue dein Mahometem vetuit;
Fanique

Regis ins-
gnis pœni-
sentia.

Rex i tota
insula Ma-
homete ve-
nerari ve-
lata

Fanique ianuam claudi, atque obstrui
iussit. Mihi præterea ad vsum collegij
multa, eaq; pulcherrima donauit. His co-
gnitis regni Principes aduersus Regem
comparare exercitum statuerunt: cum
ita sentirent, & dicerent, eo clauso delu-
bro desertum iri propediem vrbem, que
impresentiarum celebrior multò esset,
& opulentior, quàm vnquam hactenus
exitisset. Etenim publicum vestigal cum
superiore tempore quadraginta dütaxat
millia nummum aureorum conficeret:
ad centum iam, & viginti millia perue-
nisse; mercatorésq;, ac nauicularios Me-
cham petere antea solitos, nunc Ormu-
tium venire omnes, portoriumq; persol-
uere, Xatamaziúmque inferendi belli per-
cupidum, hac rerum nouitate mirificè
letari confirmabant.

Idem fertur de Xoa Persarum Impe-
ratore, qui pro Deo à suis colitur. Aquã
ex pelui, vbi ille pedes lauit, religiosè, vt
rem sanctam videlicet, & salutare mor-
borum omnium medicamentum, subla-
tam reponit: Dominus qui cælum, ter-
ramq; fulciat, atq; sustineat, appellatur.
Sed misericors Deus occætorum istorum
hominum oculos aperiat; vt è superstiti-
onum

Religio os-
pes auget.

Rex Persa-
rum a suis
Deus habet-
tur.



onum ceu volutabro ad sanctã, clarãmq; fidei lucẽ perueniant, verõq; Deo (nõ for-
 dibus omni cloaca foetidioribus) cõfite-
 antur, gloriãmq; dent. Quòd aut Regis
 favore consequi, vindicareque Mauri
 nequiverunt, id quorundam hominum
 Christianorum quidem, sed improborum
 præsidio efficere contenderunt; vt
 tam insignem maculam Mahometi ob-
 structo Fano, prohibitisque clamoribus
 (quibus tota illius gẽtis religio continetur)
 velut iniustã eluerent. Id eò impẽsus
 conabantur, quòd huius Fani magnifi-
 centia, & amplitudo ceterorũ omnium
 nobilitatem, famãque superaret: eò que
 nunc clauso, in quo religiosus quàm vs-
 quam alibi Mahometes colebatur, ma-
 xima nunc post hominum memoriam
 iniuria, ignomiãq; affectus putabatur.
 Interea nouus arcis Præfectus fortẽ suc-
 cessit: hic à Mauris pro mercede iniqui-
 tatis duobus millibus aureorum accep-
 titis, id negotij suscepit, vt Fanũ aperiret,
 ritumq; clamandi intermissum reuoca-
 ret. Ad rem conficiendam Mauri perdi-
 tissimũ quemq; Christianorum sibi so-
 cium adiunxerunt. Hi enim nomine, nõ
 moribus Christiani, huiusmodi facinus
 aggredi

*Præfecti,
 impiorũq;
 Christiano-
 rum pro Ma-
 hometo in-
 iquitas.*

aggredi fortis viri esse arbitrabantur, si-
 biq; honori, gloriãq; ducebant. Verũ
 Christus cuius nutu, ac iussu delubrum
 fuerat à nobis oclusum, suis non defuit:
 cum Præfecto cunctationem, & religio-
 nem iniecerit, ne quod cogitauerat, me
 inscio auderet p̄ficere, populi videlicet,
 quem mei studiosum cognosceret, tu-
 multum, ac seditionem veritus. Cum ve-
 rò me ad prandiũ aliquando inuisasset;
 Fanĩq; aperiẽdi consiliũ cœpisset expo-
 nere: subita quadã animi defectiõẽ per-
 culsus, atque perterritus, iniquam cogi-
 tationem deposuit, mêtẽque mutauit;
 ad eò vt non modò ad Fanum referandũ
 Mauris præfidiũ negaret; sed ad euerten-
 dum mihi omnẽ auctoritatem suam, o-
 perãque deferret. Christiani porro illi,
 q; Maurorũ causã seruibant, partim in-
 terierunt, partim cum in varias miserias
 incidissent, ex omnium conspectu
 ablati penitus euauerunt: Deus illis
 ignoscat, quòd seruierunt potius creatu-
 rã, quàm creatori: orate pro eis.
 In summa quiete, & rerũ tranquillitate
 nunc agimus, cũ maioribus indies
 Christiane Ecclesiẽ incremẽtis. Populus
 religione magnoperẽ seruens, plurimũ
 in vo-

*Terror do-
 mini per-
 culit præ-
 secti anis-
 mum.*

*Iusta Dei
 punitio in
 males ebrĩ-
 stianos.*

*Fervor no-
 uorũ ebrĩ-
 stianorũ:*



*Euangeli-
xantiū dis-
tinentia.*

*Renascēs
Ecclesia.*

*Regis Ara-
biae & Ma-
hometi cō-
sanguinea
baptizatur.*

in voluntariis verberationibus, ieiuniis, supplicationibus, litanis, cæterisque Christianæ pietatis partibus, officiiisque versatur. Singulis diebus Veneris de singulis Christi cruciatibus, pœnisue nocte in campo suburbano magna hominum frequentia concio habetur: quotidie pueri ad pietatem instituuntur: Dominicis autem, reliquisque festis diebus tres à quodam nostræ Societatis conciones habentur, vna mane ad populum in maximo templo; altera pomeridiano tempore ad seruitia, ad quam audiendam etiam frequens populus conuenit; tertia in publico valetudinario ad ægros. Sacerdotum qui in hac vrbe viuunt, animis non parū ardoris accessit. Quid multa? videre mihi videor imaginem quandā nascentis Ecclesiæ. Præter cæteros haud paucos, qui quotidie Christi cultum recipiunt, sacro fonti admoui mulierem quandam Xarifis Arabiæ Regis, & Mahometis consanguinei propinquā, viro nobilissimo, & apud Persas primario, & Xatamazij oratori nuptam. Hic à Sulthano Babylo-nico Persarum Rege auxiliū petiit, querens vi eam fuisse à nobis idcirco raptā; vt Christi religione imbueretur. Quod quidem

quidem ex literis Henrici Mazedi plinius intelligi potest, quarum exemplū cum hac epistola mitto. Is autem Henricus legatus Regis Lusitanæ ad Xatamazium pacis cōponendæ causa profectus est, cū tamen id nulla necessitas postularet. Barbari enim ipsi pacem quotidie flentes petere vtrò nō desinunt, quòd nimirum nisi pacatis nobis viuere omnino nō possint. Xatamazius querelis viri huius lectissimæ fœminæ auditis, grauitè exarsit, atque ira furens nostrum legatum retinuit, eumque monuit, vt literis ad Præfectum Ormutinæ arcis datis, mulierē quæ iam Christi religionem professa erat, ad suos quòd pristinū religionis cultū reciperet, remittendā curaret; alioquin se bellū haud dubiè illaturum. Qua quidem re cognita, cū ad deliberandum in concilium omnes conuenissemus, sententiam rogatus illud apertè, libereque respondi: Noli te dare sanctum canibus, nec tradatis bestis animas consentium Deo. Consultationis exitus hic fuit, vt si opus esset, omnes pro salute mulieris moreremur. Sed is, qui sua prouidentia, consilio, nutu omnia moderatur ac regit, huius immanif-

*Charitas
nescit timo-
rem.*

Cor tyranni est in manu Dei.

Varia prodigia quae Deo ad confirmationem nouae solis euenire voluit

Amanum ab Ammon filio Loth, Gen. 19. et Deuter. 23 et li. Reg.

Amonitæ.

Templum Iouis vetustissimum.

manissimæ bellæ rabiem, ferociamque cōpressit. Et legatus constituta, confirmataque rediit pace. Mulierem qua religiosiorem me vidisse non memini, honestissimo viro curatum collocari.

His initiatis penè singulis hominibus tot prodigia, visq; contigerunt; vt oibus perscribendis par esse nō possim. Quidam virginem Deiparā, alij Christum Dominum, alij alia se vidisse enunciabāt: nōnulli voces nostris silentio exaudisse humana clariore. Videtur Christ⁹ tanq̄ optimus pastor suas oues ē Mahometis impuro grege seceuisse. Subibat tūc animo meo cogitatio, quantopere ppagari Christiana religio posset in Amaito, Arabiq; sc̄lici, vbi quatuor sunt vrbes præter cæteras perantiquæ, ac nobiles ex iis ciuitatibus, quas primas in errore, ac superstitione detestandā mirā cacodemonis arte, atq; calliditate instructus Mahometes induxit. Hoies sunt simplices, & ad virtutē propensi: euidā Principi honesto, probq; obtēperant. Hęc est gens illa robusta, qui Ammonitæ in sacris literis appellatur, qui cū Israëlitico populo bellū gesserūt. Apud hos templū Iouis amplissimū etiam nunc extat, eo ædificatū tempore

tempore, quo Ethnicorum sacra, ritusq; indigenæ illi seruabant.

Ecce autem in ea mihi cogitatione versanti, literæ, quarum exemplum huic epistolæ adiunxi, à Regio Procureatore ex Mascate redduntur, vnde duo etiam eius loci incolæ terrestri itinere duorum mensum venerunt sacri baptismatis studio ducti. In nostro hīc collegio cathecumeni degunt. Multa narrant de totius ciuitatis motu, & ad Christi cultum propensione, meq; ab omnibus expectari cōfirmant. Eorū expectationi, ac desiderio satisfacere me non posse vehementer doleo. Etenim P.M. Franciscus metuens, ne quasi quodam æstu, atq; ardore animi, martyriique cupiditate ad Persas abriperer: triennium me esse Ormutij iussit. Huius igitur imperij vinculis astrictus, hinc decedere nullo modo possum. Si intra hoc spaciū M. Franciscus venerit; ego ad Amanum ibo: sin minus; mittam illuc aliquos ex his sociis, quos hīc in societatem admisi. Sunt enim ad hęc difficilia, & aduersa subeunda, & toleranda non solū parati; sed etiā incitati, & erecti, neq; laboribus maximis detereretur, quos in illis excepturi sunt

Regis Mascatis procurator si de nostrā ambia.

Amanum.



sunt oris, vbi & grauisimis caloribus habitatores vexantur, & communis victus non ex pane, qui nullus ibi est, sed ex Coryotis duntaxat, & piscibus paratur. Epistolam facere longiorem non licet; tum quòd non solum ipse ad scribendum verbosius; verum etiam ad sumendum cibum sustentationi corporis necessarium destituar: tum quòd cum mihi nonnulla affulget minorum laborum, curarumq; spes, plerumque cumulus adiciatur, imponaturq; prioribus duplo maior. Laus Christo pro hac re tribuatur. Placuit Deo Opt. Max. vtiliter hoc anno populum Ormutinum multis, & grauibus morbis, acerbissimo dolore capitis accedente ex nimis caloribus, quibus hæc Insula infestatur, adstringere. Quominus autem nobis deesset, quòd ageremus, atque apud Deum promeremur: sacerdotes omnes, qui hac in ciuitate sunt, in aduersam valetudinem inciderunt. Ex iis vnus, & Episcopi Vicarius obierunt. Quapropter mihi vni totius populi confessiones audiendæ sunt, funus curandum, exequiarum iusta facienda. Et quia templum suorum custodum, ac ministrorum opera, & officio destitutum

*Euangelii:
z. tit. vix
cibum su-
mere va-
cat.*

*Charitas
non est sa-
tigabilis.*

stitutum est: cogor idem & Vicarium agere, & Dominicis, aliisque festis diebus sacrum solenne stans modis, numerisque adhibitis facere, & ad populum concionari. Ago Christo gratias, quando ars Musica, quam adolescens olim, ac meus adhuc existens, non ad hunc quidem usum percepi, nunc mihi sacerdoti ad cultum sacrorum, & ad res Diuinas deseruit. Nec mirum; quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: neque bonum modò mihi nunc est vtile, sed etià ex malo emolumentum aliquid colligo. Cum siquidem venit in mentem laborum, quos olim impigre alacriterque nescio qua de causa stultè suscipiebam, ac sustinebam: pudeat nunc in difficultatibus, periculisque pro Christi Religione ad eundis defatigari. In præteritorum verò peccatorum memorià dum redeo: nunquam in diuinis rebus tractandis, Christianique cultu conseruando, & longè, latèque disseminando satiari possum; cum mihi videatur (quod verissimum est) nihil omnino esse quod facio, præ eo quod debeo, quia seruus inutilis sum.

Quamobrè vniuersos in Christo fratres ac socios, qui sanè mihi charissimi sunt,

I sunt,



sunt, oro, atq; obsecro; vt in sacrificiis, diuinisq; precationibus mei sint memores; vt dignus efficiar promissionibus Christi. In sequenti anno (Deo iuuante) pluribus verbis ea, quæ hic acta fuerint, scribam. Ormutio ex Collegio à Bono Iesu appellato M.D.L. Paulum illum ex Ethnico Ioguo Cathecumenum ad vos mitto, non mea quidem voluntate (cum nondum ablutus esset) sed coactus precibus ipsius; quod Lusitaniam, & Romam videre optaret; tum Emanuelis Lima, qui cum secū ducere voluit. In hoc sinu magna sunt, & periculosa bella cū Turcis. Urbem hi expugnare, ac capere cogitant, in India certè aliquot nauigia ex nostris, quæ cōtra ipsos instructa incitato cursu ferebantur, in illorū potestātē venerunt, multis Christianis militibus in eo congressu desideratis. Valde indigemus aliquot ex societate nostra confessoribus, qui cum his classibus proficiscantur. Vt eos mittatis, vos per Deum immortalē etiā atq; etiam rogo. Ormutij anno à Christo nato supra sesquimillesimum quinquagesimo primo.

Sit nomen Domini benedictum in secula.

Iogius in Europam mittitur.

ALIA

ALIA EPISTOLA P. M. GASPARI BELGÆ ad fratres suos Societatis Iesu. & c. Pax Christi. & c.



Vperioribus literis cōplura rerū Ormutinarum, qua potui breuitate, perstrinxi: nunc etiā succinctius, quæ dū ab Ormutio cum duobus Patribus iussu P. M. Francisci Xavierij rediens in Iapponiam beneficio Dei contigerunt, recensebo. Opinor id fieri, vt in Chinam aliquando traiciam. Nā vt scribit P. M. Franciscus, ita messis ibi cōstituta videtur; vt fructus inde longè vberrim⁹ colligi possit. O fratres charissimi, estote mihi auxilio in habendis Deo gratiis, qui fecit misericordiam cū seruo suo, & desiderium meum adimpleuit. A longo siquidem tempore me nescio quibus occultis stimulis vrgeri, spiritumq; meum ed̄ fetti sentiebam. Cū Ormutio discederem, nullum non mouebant lapidem, vt me retineret, nostrumq; discessum impedirent: sed Dominus liberauit me à laqueis venantiū.

Aurū aliq; aliq; honores venantur: hic vero multo labore auantur.

I ij

Sol-



Militū reli-
gio memos
rabilis.

Ingēs Mau-
ris tempe-
stas ob pec-
cata forsi-
tan orta.

Cōcubinae
in vxores
vertuntur

Solvente igitur classe, Galeonem (quem
vocat) conscendi, in quo erāt 600. per-
sonæ; Dominus verò tanta operatus est
sua bonitate, quāta nūquam memini in
exercitu me videre. Erant enim confes-
siones militum creberrimæ: iuramenta,
Insus, malos mores, quibus adsueverant,
deponebant. Dum autē ad optata nau-
gamus loca, tāta tēpestatis oborta est vis-
tantisq; naufragij periculis obnoxia fuit
nostra nauigatio; vt minimo minus ab
interitu abesse videremur. In eo enim
itinere, quod 15. diebus plerumq; absol-
uitur, licet mēses duos cōsumperamus:
attamen in magno illo, grauiq; periculo
ipse me erexi, & solatus sum, causam con-
iectans, cur diuina prouidentia in eas
nos angustias fineret venire. Postquam
verò Mercatum appulimus, in medijs
campis suggestum componitur, ex quo
bis concionem habui. Vltimo die cau-
sæ tempestatum memor, in peccata in-
uectus, præterquā quòd mulieres à pec-
candi consuetudine abduxeram, iisque
viris quorum ad id vsque tempus fuerāt
concubinae, iunxerā matrimonio. Colle-
gi etiā vniuersos, qui se mutuo graui p-
sequebātur odio, inimicitiasq; gerebant,
quibus

Graves mi-
litū inimi-
citiæ cōpo-
nuntur.

quibus recōciliandis ita incubui, vt de-
mū amicitia oēs inter se iungerētur, car-
ceresq; soluerētur. Erāt inter illos equi-
tes duo, qui cū mutuis confecti essent
vulnerib; & ad paupertatē redacti, ppter
homicidia, aliāq; id genus facinora, quæ
etiā suorum seruorum opera aduersum
invicem patrabant, ad postremū amicos
effeci: qui sanctē iurārunt, publicè mani-
bus missali admotis, se nunquam pacis,
amicitiæque iura violaturos.

Inde verò vela faciētes imus Rumos,
Christianos expectatū: ibiq; semel cōci-
onatus sum militibus, & tribunis in am-
pla domo Maurorum. Dominicis festisq;
diebus semper ad eos bis sermonē habe-
bam, qui in vnā è nauibus se colligebāt,
ad quam tubis manē, à prandio verò ad
doctrinæ Christianæ explicationē euo-
cabantur. Sub vesperum Litanie, diebus
autē Sabbatinis Salue Regina caneba-
tur: cui spiritualis statim in Christi lau-
dem subiungitur antiphona.

Dium tandem venimus; vbi bis concio-
natus sum, qua ex re multorū inimici
animi sunt recōciliati, fructusq; in super
alijs nō poenitēdus est subsecutus. Malis
quæ inter illos gliscebāt, occurrebam; tē-
pestiuē,

Dium.



Bazainū.

Quidā ter
tj ordinis
D. Fr̄cis̄ci
fr̄enu⁹ in
vineā do-
mini ope-
rarius.

Vrbs stu-
pendo labo-
re scalpris
in rupe ex-
cisa.

pestiuē, quorū ratione cōplures ad Mau-
ros nostra fide abnegata confugiebant.
Legentes autē hanc oram venimus Ba-
zainum, vbi bis concionē habui, reperiq;
vnū societatis nostrę collegium, in quo
erat P. Melchior Gonzales, qui cū mor-
ti vicinus sit, idq; (vt nonnulli suspicantur)
propter venenum, quod illi porrectū
erat haustum, vestris precibus commēdo.
Magna sanē iactura, quia insignis erat
in vinea Domini operarius. Inde cum
fratre Antonio, qui est ex tertio ordine
S. Francisci, discessi; vt quos ad Christi-
fidem in his partibus conuertit, & tem-
plum quod ex Pagodo in monte exciso
Deo consecrari curauit, viferemus, vbi &
sacrum feci. Occurrebant autem nobis
obuiam Christiani supplicationis in mo-
rem, tubis clangentes, & magno iubilo.
Deus sit benedictus. Haud quaquam ig-
naus in vinea Domini fuit hic religio-
sus præsbyter operarius. Orate igitur pro
illo, atq; etiam hoc nomine, quod ami-
cus est Societatis maximus.

Inde pedestri itinere imus visum Pa-
godum quoddā, vocatū vulgò Canarin,
rem planē prodigiosam. Vrbs ipsa in
monte incredibili labore, & arte cū suis
nume-

numerofis viculis, & plateis excisa, scal-
pris ad hoc amplius centum ad ciuium
vsum cisternis ornata.

Inde Zaram discessimus, vbi P. Mel-
chior Gonzales templum magnum e-
rexit. Habet suos etiam Christianos, qui
etiam nos cum supplicatione excepe-
runt, vbi in vnū cōeuntibus Christia-
nis concionatus sum. Hic ipso Omnium
Sanctorum triremem quæ me expecta-
bat Caulum iturus conscendi, non nihil
hesi in itinere, vt viderem aliud Pagodū
in rupe excisum, quod propter magnitu-
dinē, multitudinemq; statuarū frequēta-
batur à plurimis, atq; adeo Vlissiponen-
se templum magnitudine vincit. Erat
inter eas statuas vna triceps, quæ cæte-
ras incredibili mole superabat, tribus in-
super tibiis, totidēmq; manibus, sed vno
tantum corpore mōstrofa, ei nomen est
Pagodus Elephantis. Inde discedens
veni ad hoc nostrum Goanum collegiū,
in quo modò habito. Ibi inueni P. Mel-
chiorē Nunezium, quem rogavi, vt
concionari velit, quod non segniter ag-
gressus, auditores sancto quodam ardo-
re inflammavit. Orphanos, dum vacat,
doceo, quos & canere dum sacrum cele-
bro, cu-

Idolū Ele-
phantis tri-
ceps.

bro, curavi: quo finito veste linea indu-
tus suggestum ascendens, tanto populi
concurſu sum concionatus; vt templum
non caperet. Fuit quoq; institutum, in
gratiam piorum quorundam religioſo-
rum noſtri ordinis amantiſſimorum, vt
concionarer in S. Francisco: Pater verò
Melchior Nunezius in summo templo
meo in loco ſufficeretur. Die Veneris
ſub veſperam de pœnitentia concio ha-
betur, qua finita complures videas terga
ſibi ſagris concidentibus, tantuſque eſt
populi concuſus; vt exiſtimem, cum
templum non ſit omniu capax,
neceſſarium fore, vt con-
ciones in medio
inſtituantur
foro.

Goz. 1553.

Tuus Gasparus.



ALIA EPISTOLA R. P.
Gasparis Rectoris collegij Societatis Ieſu
Coe in India, ad R. P. M. Ignas-
tium, eiufdem Societatis Prae-
poſitum generalem.

An. 1553.

Gratia, & pax Chriſti. & c.



MENSES ſunt propè 14.
ex quo Inſulâ Ormutiû re-
liqui, euocatus literis R.
P. M. Franciſci; vt in Iap-
pon, cû ea, quæ primò ſu-
ſciperetur nauigatione, proficiſcerer. Et
quoniâ ſex primis mēſibus eò nauigari
ppter anniuersariâ ventorû ac maristē-
peſtatē nō poterat: qui hui⁹ collegij Re-
ctor erat, me hortatus eſt; vt dū commo-
ditatē nauigandi expectamus, his in re-
bus, quæ ad inſtitutum Societatis noſtrę
pertinent, me occuparem. Cû itaq;
concionibus ad populum habēdis, eiuf-
que confeſſionibus audiendis, nec non
aliis id genus piis operibus vacare cœ-
piſſem: tantus Dei beneficio ad eum po-
pulum rediit fructus; quantam morum
mutationem in huius gētis hominibus
nemo

Maximus
euangelij
fructus.

nemo vnquam mortalium meminit accidisse. Sed de his P. Emanuel Farnádez plenius coram, qui eodem loci à P. M. Francisco accersitus, vbi permulta, ac præclara diuino adiutus auxilio patrauit; nunc præter omnem expectationem ex insula Iappon feliciter est reuersus. Iapponesum aliquot secum abduxit, in Lusitaniam ad te Reuerende in Christo pater primo quoq; tempore mittendos; vt ad eas aliquando regiones maiori cū virtutum incremento, gregi dominico vtiliores reuertantur. Cæterum (R. P.) Licet ego mihi meę imbecillitatis conscius, sciam me viribus meis onus multis partibus impar sustinere: attamē cum certo certius sit, nullum esse Deo acceptius obedientia, suiq; ad alterius arbitrium submissione sacrificium; verbis facile consequi haud possim, quā arden- ti desiderio cupiam me tum Christi obsequio, tum proximorū saluti, cuius quoque nobis mandata est cura, deuouere. Abiit P. M. Franciscus duobus sibi ex no- stræ societatis adiunctis in Chinam re- gionem longè amplissimam, vtpote, quę ex vna parte mari Schytico abluitur, ex altera verò Tartaræ dicitur attingere Maiorem

Iappones in Europā mittuntur.

Nihil Deo acceptius obedientia.

Quā late pateat Chinæ re- gionem.

Maiorem. Duos præterea in Iapponem misit, illius regionis linguæ operam daturus; vt eò accedentes, quos à te mittendos putamus patres, ac fratres possint liberius commodiùsque opera fideli interpretum Euāgelium populis illis annuciare. Magnam spem concepimus fore, quòd propediem, diuina adiuuante misericordia, tum in Iapponem, tum in Chynā nobis accessus patefiet: quo desideriorū nostrorū, solam Christiani nominis propagationem sitientes, facti compotes; vtraq; gens ad veram Dei cognitionem adducta, à dæmonum liberetur cultu. Apud Ormutium subrogatus est Pater Gonsallus, cum alio fratre, qui circa conciones, confessiones, aliq; pietatis opera, magno cum fructu se exercet, vt ex literis, quæ illinc ad te mittentur, prolixius cognosces, in quibus multa etiam de harum regionum situ describuntur. Arcem quæ in Ormutio est, Turcæ hoc anno obsidère, quo tempore nec bene merendi de proximis, nec patientiæ patribus defuit occasio: verum iam obsidio soluta est, quod quemadmodum acciderit, vobis illos significaturos putamus. In arce Baza- ino,

Turcæ Ormutiū obsident.

ino, quæ in finibus regni Cambaiæ sita est, agit Pater Melchior Nunezius cum tribus fratribus, nec mediocres sunt fructus, quos indigenæ, & Lusitani tum ex concionibus, tum ex studio, atq; officio fratrum erga se percipiunt. Ibi Collegium est societatis redditibus annuis, qui in vsus eorum, qui ad fidem Christi quotidie veniunt, infumuntur, magnificentè dotatum. Inter cetera autè, quæ plurima in cõmõnem vtilitatem ordinavit, præcepitq; P. M. Franciscus, nõ postremũ est; vt pueros indigenas in collegiũ nostrum adscisceremus, qui in eo tres, quatuorue annos in Christiana doctrina eruditi, morũmq; honestate formati, ipsi quoq; ad gentiliũ animos à pernicioza superstitione ad Christi fidem traducendos vtilis aliquando esse possint. In Tanana templum habemus satis amplum Deiparæ Virgini sacrum. Est autè Tanana magna vrbs Insulæ Zalzette nuper Maurorũ multitudine frequentissima, ipsaq; & arx Bazain exiguo intervallo dirimuntur: ibi agit P. Franciscus Senquez cum alio quodã socio, quibus hoc studio est; vt ad verũ, ac syncerũ Dei cultũ, & fidẽ barbarorũ animos inducant. In Dio metropoli

Cambaiæ.

Collegium
Societatis
Bazinẽse.Templum
virginis in
Tanana.

Dion.

tropoli regni Cãbaiæ aliud quoq; Lusitanorũ propugnaculũ visitur, in quo degit P. Antonius Gomezius cũ vnico socio, cõcionũ suarũ, qbus plurimũ pollet aculeo í animis auditorũ relicto multis existit ad Deũ verũ posthabito idolorũ cultu cõuertedi occasio. In Cocin ciuitate regni Malauari, quæ Imperatori Cãbaxin pareat, arcem quoq; statuerũt Lusitani, in qua coeptũ est extrui collegiũ Societati nostræ hoc anno Dei gratia pficiendũ, cui præest vnã cũ fratre P. Anthoniº Eredia. Vterq; autè dũ pter ea munia, ad quæ voti sacramẽto obstringũtur, nulli parcũt operẽ in sedula puerorũ institutiõẽ: incredibile est, quàm vberẽ sterile alioqui solium proferat frugum messẽ. Insula Seilã ambitu suo 300. miliaria cõtinet; maxima in ea Cinamomi, malorũ aurorũ, ceterorũmq; copia est: Cælũ tenue, purũmq; ac propterea salubre, & vt vno verbo complectar, tota adeo amœna, & ad voluptates cõparata; vt credant incolę paradysum alibi non fuisse. Habet in ea Rex Lusitaniæ castella complura, præfidiis firmata, in quibus agit Pater Emanuel Moralez, qui Proregis Indiæ paucis ab hinc diebus, literis inuitatus, vnã

Cocinum.

Aliud col
legiũ Soci
etatis Coc
nense.Seilani Ins
sulæ ambia
tus.
Cinamomiũ



vnà cum Legato Regis Seilam viro am-
plissimo, ac in fide Christiana probè à
nobis superiore anno instituto, ed pro-
fectus est, tentaturus animū Regis; num
& ipsum possit Christo lucrifacere. Ve-
rùm quamuis pius P. nullis non se offe-
rat laboribus; vt illius loci barbaro-
rum animos per diligentem Christianæ
fidei inculcationem à demonum cultu
auertat, auersosque eodem relabi prohi-
beat, nec minimam liberis eorundem
instituendis operam impendat, adiutus
à Fratre nostro Diaz: Rex tamen cum
se in hoc vsque tempus (nescio quo ma-
lo genio) difficilem nimis, durūmq; ex-
hibuerit; sedulo conatui non par respō-
dit successus. Reuerendus Pater Nico-
laus Lancilotus agit in arce Caulan-
cum duobus sociis, moderaturque loci
illius Collegium, quod Commorinorū
concurſu est multò celeberrimū. Est autē
Commorin prouincia sinui maris ex-
posita, in qua, ac toto illo tractu maxi-
mus est Christianorum numerus, & (vt
audio) supra 60. millia. Horum Neophy-
torum fidem confirmant; ac cæteris, qui
vel catechumeni sunt, vel nōdum ad fi-
dem animum adiecerunt, operas suas

Arx Cau-
lan.
Collegium
societati
celeberr-
imum.
Comorini.

nauant

nauant P. Enriquez, fratresque alij duo,
quibus vt regioni illi maritimæ cōmo-
dius hac ratione succurratur, alij duo in
auxilium submittentur. Incolis Chiro-
mandel, quæ regni Bisnagæ ciuitas est,
Euangelium annunciauit B. Apostolus
S. Thomas, à quibus extremo quoque
supplicio affectus, martyrij coronā con-
secutus est: contrāq; opinionem eorum,
qui corpus B. Apostoli trāslatum credūt,
totus ferè hic populus illud apud se esse
asserit, cuius rei non obscura argumenta
adferunt. In sepulchro B. Apostoli inuen-
tum corpus satis amplum, ac procerum,
suauissimum de se odorem spargit, quod
magna in hodiernum vsq; diem venera-
tione ab omnibus colitur. Sepulchrum
verò in rupe excisum est, in quo & san-
guineas cernere est maculas, & crucem
in eo exsculptam, quemadmodum vide-
re est in ea, quam ad vos misimus, huius
sepulchri imagine. Huic rei fidem quo-
que faciebat ipse ciuitatis Præfectus, li-
gnum ostendens incredibilis magnitu-
dinis, quod Apostolus, dum viueret, è
longinquis regionibus ad locum, in quo
palatium Regis extruendum erat (Ar-
chio vocant) mari miraculosè aduexisse
ferunt:

Chiroman
delli S. Tho-
mas credi-
tur marty-
rio coron-
atus.

Sepulchrū
S. Thomæ

Monstrō
sum lignū.

ferunt: cuius ligni ea est vastitas; vt ne boum quidem copiosa multitudo loco mouere queant. Ex eo ligno (quod hoc ipsum Indi religiosè admodum conseruent, ac venerentur) fabricatâ ad te crucem ac cistellâ misi. In hac ciuitate agit Pater Cyprianus cum altero quodam è Societatis fratribus, qui ætate iam effeta (60. enim, vt nosti, excedit annum) iuuenilem retinet animum, inuictum se præbens ad omnes labores; vt & Indos ad purum Dei cultum traducat, ac in officio retineat Christianos. Malacca vna est ex ciuitatibus regni Malagiorû, populosa admodum, quæ cum toto regno paret Imperatori Xantane, cuius imperio tria alia quoque subiecta sunt regna, nempe Cyõ, Patanez, & Achenos. In ea arcem habent Lusitani, ad quam è Iapone, China, aliisque maris Scythici circumiacentibus insulis, necnon è Malachis naues commeantes, appellere solent. Ibi collegium est societatis, in quo magno cum incolarum fructu versantur P. Nicolaus, Franciscus Peres, & alter quidam è nostris fratribus. Ea loca superioris anno complures infestabant barbarorum exercitus: qui cum ipsis hoc anno

Malacca
Malagiorû
ciuitas.

Imperator
Xantane.

Mare Scy-
thicum.
Malucca.

Colleg. soci-
etatis Mas-
succense.

anno agatur nondum accepimus. In insulis Maluchi à quibus Garyophillû aduehitur, complura sunt, locisq; munitissimis collocata Christianorum propugnacula, magnûsq; in iis locis Christianorum numerus, apud quos agit P. Ioannes Beyra, cum tribus aliis, quatuorue societatis fratribus, qui se totos iis impendunt. Plurimum eis molestiarû exhibent perpetuæ illius regionis pluuiæ, tum Indorum, Maurorumque conatus impij, quibus fratrum nostrorum cepta subuertere molitûr. Magna sunt, & stupenda, quæ apud illos edit Deus & suam gloriâ mirum in modû commendat, & dæmonis arrogantem impotentiam reuincit. In Amanguci ciuitate clara insule Iapponensis agit P. Cosmas Torrez cum altero quodam è fratribus nostris. Recentius ex ea nihil allatum est, quàm quod à Patre M. Frâncisco accepimus. De habitantibus in Sina tantû id scribo, quod fertur homines esse prudentes, iustitiq; cultores, & qui de veritate, præ cæteris sibi cognita (vt autumant) plurimum glorientur. Certus sum in ea regione urbem esse à Iudeis habitatam

Garyophilla
lum in Ma-
luchû na-
scitur.

Perpetua
pluuie.

Amangucû

Chinenses,
qui & Si-
nenses, nã
prudetes.



China ad Germaniam usque vel saltem Tartaros dicitur pertinere.

tatam: num & alios aduenas habeat mihi adhuc incertum est. Aiunt vna ex parte ad Germaniam vsque pertingere, verum propter frigoris vehementiam ea loca nulli haecenus sunt satis (quod sciam) explorata. Negociandi gratia ad vrbes maritimas sæpè coeunt, reliquarum gentium commercia spernunt. De ceteris à P. M. Francisco certiores siemus, quanquam nihil magni ab eo hoc anno expectamus: quandoquidem (vt taceam longissimam navigationem) sex mensium iter illi terra faciendum est, priusquam ad Regiam imperatoris Chinæ perueniat. Multæ sunt prouinciæ, quæ operarios desiderant, quarum incolis magna possent Societatis Patres vtilitatem, si adessent, adferre; sed desertæ sunt (proh dolor) propter operariorum inopiã. No- uit Deus qui angar, quòd æquissimis plurimorum petitionibus, quibus non raro nos sollicitant, satisfacere non possum, illorù præsertim, apud quos B. Apostoli Thomæ extant haud obscura Christianæ religionis vestigia: multi in defectu euangelizantiu pereerunt, sed postea in insula Cancator, quæ in Angustis maris, quæ Dameca dicitur, sita, versum mare

Velnam nõ idè in Europa accideret. Cancatoris situs.

mare rubrũ procurrit inter Æthiopiã, & Arabiam. Hæc sunt ferè quæ de Patribus Societatis per Indias dispersis scribenda habui, qui aliquot millib⁹ milliariorũ ab inuicè disuncti, nõ aliter quàm literarum beneficio rerũ suarum inter se communicatione habere possunt: verum Dño Deo cura est de nobis, q̄ qua est clemẽtia, animis nostris tantas addit vires; vt labores oēs quantumuis grauēs, eius noie susceptos, pro leuib⁹ ducamus. Goa habet in circuitu 6 miliaria, & qua parte Regnũ Idalsum spectat, continenti coniungitur, varias habet circũ se quib⁹ imperat insulas. Plurimi in ea Christiani noui sunt. Frequens admodũ populo est, totiusq; Indiæ facile præcipua; atq; ideo sedes Proregis, aliorumq; huius regionis administratorum, necnõ ipsius Episcopi. Est in ea Societatis nostrę collegium, in quo 30. ferè scholastici Societatis habitant, ac sacerdotes 4. quorũ duo vnã cum classe Proregis, quam cõtra Turcas Ormutium obidentes instruxerat, profecti sunt non sine maximo fructu, vt ex literis filij Proregis cognoui. Nullũ enim tẽpus à cõcionibus, cõfessionibus, & aliis plurimis, quæ exigebat loc⁹, tẽpusq; piis

Goa desertiõis

Collegium Goense.

Bellum in Turcas.

operibus vacuum illis erat. Præter hoc
30. alios 20. pluresque ad diuersa Colle-
gia dimisimus, post varia humilitatis, &
charitatis ipsorum sumpta experimeta. Sed
pauci cum sint his in regionibus iis in-
genij dotibus præditi, qui ceruicem se-
ueriori Christianæ disciplinæ subdere
velint: non ita numero fecundus est so-
cietatis grex; quod parum idoneos reci-
pi expedire non videtur. Quotquot hic
degunt ex nostris, paratissimi sunt qui-
busuis laboribus, & periculis pro Christi
nomine se opponere, quæ animi ad la-
bores promptitudo, ac alacritas omni-
bus hinc agentibus imprimis est neces-
saria. Continuum nobis cum Turcis,
Mauris, & Indis bellum est, nulla vi-
quant pax, nullæ induciæ. Et quoniam
hæc regio non tyronibus tantum, sed &
veteranis plurimum facessit negotij,
in quo quanta sit cuiusque virtus, illic
claret: idcirco homines impigros, indur-
strios, ac in multis, magnisque rebus ver-
satos, spectatosque desiderat. Habemus
præter collegiū scholas quoque publicas,
ad quas promiscuè quosuis admittimus:
nec minus discipulorum nostrorum mode-
stia, quæ præceptorū doctrina pueros Indi-
iuanari

Promptitu-
do laboris
sibus in vi-
uca Domi-
ni necessa-
ria est.

Scholarum pu-
blicarum.

iuuari experimur: Benedictus sit Domi-
nus Deus. Nam cum videā ex collegio
hoc tanquā ex quodā seminario plurimos,
ac maximè idoneos non ita multo post
tempore prodituros fidei disseminatores:
quæ mea spes est, & fiducia de bonitate
diuina, breui arbitror opus non fore ad
has regiones conuertendas ex Europa
mitti operarios de nostra Societate.
Semper huic Collegio opus est septem,
plurimumque sacerdotum opera, tantum
est Gæ occupationum, confessiones di-
co, conciones, inimicitiarū abolitiones,
aliæque sexcenta id generis opera: quæ res
faciunt, ut incredibilis sit incolarum er-
ga Societatem propensio, & beneuolentia,
summa expectatio, maxima apud omnes pa-
trum, fratrumque autoritas. Vtinā illorum de
nobis opinioni respondeamus, atque tanti
nos faciat Deus, quanti hic populus. Ad
sacerdotiū neminem nostrum promoue-
mus, cuius virtutē, eruditionē, in laboribus
perferendis patientiā perspectā nō habe-
amus. Habitat intra parietes collegij no-
stri quis distincto à fratribus loco, pueri
circiter 100. indigenæ omnes præter paucos
quorundā Lusitanorum filios. Hoc nouum
examē (sic enim appellare lubet) guber-
nat, ac

Seminarium
Indiæ.

Goensium
erga pa-
tres spiritus
uales affe-
ctus.

Nō quibus
ad sacerdo-
tium admitt-
endum.

nat, ac moderatur P. Paulus, homo laborum, ac molestiarum patientissimus; duo illi adiuncti sunt socij, cum quibus hanc provinciam partiatur; curabitur à nobis sedulo, ut perpetuus sit hic puerorum numerus, quibus post triennium, quo legere, scribere, ac pie vivere discet, liberum erit quodcumque vita genus amplecti, illisque de idoneo suscepto vitæ genere magistris à collegij Rectore providebitur, qui non prius illorum curam deponent, paterna interim erga illos in omnibus pietate, ac sollicitudine utentes, quam ad eam aetatem pervenerint, in qua victum ipsi sibi, honesta aliquaratione parare possint. Præterea placet & tertium erigere Collegium, in quo alij 70. pueri, sed orphani alantur, non sine delectu omnes; sed in quibus non obscura virtutis, ingenijque indoles reluceat. Hos omni diligentia, omnique studio, primum virtutis, deinde literarum tam profanarum, quam sacrarum cognitione excolemus; ut his præfidiis instructi, laboranti Societati auxilio sint, vel tanquam socij, vel tanquam subsidiarij: alij ut adversus infideles militent, vel ut alia quavis ratione his regionibus succurrant. Nonnullis etiam ubi sacris initiati fuerint, diuersas p[ro]vincias

Tertium collegium
Collegium
ense.

cias describemus; ut illarum curam agant, idolatriam exterminent, fidem Christianam invehant, stabiliantque, adsignabuntur. Porro ad hoc opus Lusitanorum filios potissimum deligemus, ac Indorum eos, quos cæteris ingenij acrimonia præstare cognoverimus, qui in altero illo collegio, (cuius proximè meminimus) erudietur. Jam 40. summæ spei adolescentes, qui magno ususunt patribus, ac fratribus nostræ Societatis habeo delectos: incedunt candidati, cruce rubea pectus insigniti. Ceterum R. P. ut hæc quidem pro re nata, atque adeo (ut nobis quidem videtur) necessitate excogitavimus: ita quoque sententiæ tuæ expectamus calculum; quo si institutum nostrum probaveris, diligenter id obeamus; sin tanquam minus aptum accommodatius suggesterit aliud, illi incubamus toti. Thesaurum illud indulgentiarum, seu iubilæum, quæ superiori anno à summo Pontifice nobis, atque his regionibus impetraras, Godæ promulgavi; idem ceteri Societatis Patres, ac fratres per Indiæ diæcesim singuli apud suos factitarunt. Nullam partem vniuersi iubilæi promulgationem hac fructuosiorē fuisse. Totam namque civitatem, atque adeo vniuersam Indiæ sequam vitiorum tyrannide oppressam sic excitavit, & erexit; ut perfligatis subla-

Candidati
cruce effigie signati.

Iubilæi fructus maximus.

sublatiſq; grauioribus ſcleribus, noua huius vrbiſ facies videatur; tum quæ ſecutæ ſunt concionēs ad hanc morum emendationem ſtabiliendam plurimum momenti habuerint. Et quanquam non defuerunt, qui operi tam pio ſeſe oppo-
nere auſi ſunt: tamen eorum conatus uſque adeo non obfuit, vt plerorumque piis accenſis deſideriis huius beneficii multò vberri-
mè participes ſint effecti. Scribo ad te R. P. mores, errorēſq; quibus infecti ſunt Æthiopes ij, qui Pretor-
iani imperio parent, omnia quidē quàm fideliffimè, & vt relatu quorundam Luſitanorum, qui hoc ipſo anno inde vene-
rant, ſe habere cognoui. Apud eos noſtrū nomen iam innotuit, per quendam Ale-
xinum, quem ego aliquando in his re-
gionibus commorantem, de rebus fidei pleniffimè inſtruxi, hic Regi à conſiliis eſt. Dedi ad Regem literas, quibus rogo,
vt poteſtatē mihi faciat eundi in Æthi-
opiam; vt Luſitanis, qui in ea verſantur, aliquam præſentia mea opem ferā: quo-
rum, vt eſt, ſi opes ſpectemus, ſplendidiffima conditio; ita ſi animos vitiis irreti-
tos, æterna manet gehēnæ afflictio: quin etiam vtrò illi meam operam obtuli, ad
ipſos

Æthiopia
Rex præ-

ipſos quoq; ſi illi ita videretur, iuandos Æthiopes. Aiunt Regem ſub erroribus, qui partim Ethnici, partim Mahometani, partim Iudaici ſunt, valdè addictum: tametſi animo ſit in Luſitanos propenſo admodum, & beneuolo, ſpero ad voluntatem animi reſponſurum. Ad Luſitanos quoq; inibi habitantes ſcripſi, ſperare me fore, vt liceat cum ipſis reliquum vitæ meæ tranſigere, qua etiam ſola occaſiōe futurum dicunt, vt ſine vlla mora non modò Rex me ſit accerſiturus ad ſe; ſed complures ad montes uſque Æthiopiæ obuiam miſſurus, qui me non procul à Macua ſcilicet ad rubrū mare obiectū Sinai monti expectabunt. Oro te Reuerende in Chriſto P. (niſi aliud in Domino expedire magis videatur) vt mittas mihi ſucceſſorem, liceatque mihi per te in eas regiones proficiſci, ibique reliquū meæ ſenectutis exigere. Video enim mercedem non mediocrem, & præmia ampliffima iis omnibus propoſita, qui circa rem omnium longè difficillimā, ſimul ac laborioſiſſimam (extirpationē dico errorum animis Æthiophum inſi-
torum) deſudabunt. Vitam id genus ho-
minum agit duriffimam, & adſtitioni-
bus

Mixta eſt
opum reli-
gio.

Macua
port' mar-
is rubrio

Cur labor-
ioſſima
i Æthiopia
expeditio

Carnibus erudis vescitur E. Sibiopes.
 bus corporis asperimā, carnibus crudis vescitur, beluarum in vniuersum mores non hominum tenet. Confido tamen vbi semel iis purius Euangelicæ veritatis lumen affulserit: ad vitam humaniorum, Christianisq; dignam traducendos. Et quandoquidem oblata est occasio mihi proficiscendi in Iappon, & Chinam: prælagit mihi animus Dñm Deum, quadragenariā meā ætatē hisce regionibus conseruare, quod ipsum quoque oēs augurantur fore, vt hoc onus humeris meis imponatur. Ipse verò penuriam ibi fidelium operariorum, naufragiæque animarum grauisima mihi proponens: percipio sanè quibusuis laboribus, ac erumnis pro Christi nomine me obicere, det perficere, qui dedit velle: veruntamen in Christo Pater tuum concilium

esto; apud te enim tanquam iumentum factus sum.

Vale. Goæ prid. Id.

Ianua. Anno

1553.

T. P. Filius indignus
 Gaspar.

EX

TEX LITERIS REVERENDI Patris Henrici Henriquez, missis ex vrbe Punicali 8. Id. Nouemb. An. 1550. ad Reuerendum M. P. Ignasium.



Vperioribus annis (Reuerende in Christo Pater) de Christianis in sinu, cui Peshcharia nomen est, degentibus, deq; suscepti negotij successu, multa ad te accuratè perscripti, quæ omnia in hunc vsq; diem Dei beneficio, in suo consistunt vigore, sumutq; indies incrementa maiora prioribus, quæ ad rem mirum in modum quorundam huius regionis hominum diligentia, & probitas conducit, quibus per diuersa loca dispositis, curam exponendæ incolis fidei Christianæ imposueramus. Nec dubito, quin tam multos aliquando huiusmodi viros excitaturus sit Dominus; vt omnibus huius maritimæ oræ angulis abundè prospiciatur, quos non nisi prius omnibus fidei mysteriis abundè institutos, mul-

Sinus Peshcharia.

eos, multiq; in rebus perspectos, solemus
 in hanc arenam producere. Iamque ex-
 perientia didicimus nihil esse, quod so-
 liciti simus de locis his, quibus id ge-
 nus hominum præest. Tam sunt rerum
 diuinarum studiosi, tantamque in-
 formandis ad pietatē Christianorum mo-
 ribus operā conferunt, perficiuntq; dum
 suam ipsorum vitam rectè, atque ordine
 instituunt: vt exemplo magis, quàm ver-
 bis quod volunt persuadeant. Nemo nūc
 est virorum, ac mulierum (senes excipio
 in quibus ætatis vitio, memoriæ vigor
 extinctus est) qui non latinè, ac memo-
 riter Orationē Dominicā, Salutationēq;
 Angelicam pronunciet; præterea Sym-
 bolum Apostolicum Malauarica lingua
 (quæ his vernacula est) expressum pleri-
 que callent omnes, multi etiā plura his
 perceperunt. Ad hæc quotidie de fide
 Christiana patrio ipsorū sermone scri-
 bo, ac cōpono, quæ si quando me abesse
 contingit, vniuersæ concioni viris qui-
 dem die Dominico, sceminis autem die
 Sabbati ex libris recitātur, ne quicquam
 eos lateat, quod non sine fidei, ac bono-
 rum morum detrimento ignoraretur.
 Est in comitatu meo scriba quidam In-
 dus

Panicalen
 sum dili-
 gentia ad
 cōtribulos
 suos cōuer-
 tendos.

Latinas o-
 ratiōes es-
 discunt.

Viri Domi-
 nico, mulie-
 res sabba-
 to docentur

dus à latere meo nunquam discedens,
 cuius præclarū ingenium, ac memoriā
 singularem non possum nō admirari: as-
 fiduā certè mihi præstat operam, siue per
 literas sint admonendi Christiani, siue
 dubiæ quæstiones de quibus nō raro me
 consulunt in alterā partem definiendæ.
 Multi sacramento pœnitentiæ ob inopiā
 sacerdotum destituuntur, solus enim (ta-
 met si nullum tempus à confessionibus
 audiendis vacuum sit) tantæ multitudinī
 nō sufficio, quod sine maximo animi mei
 dolore videre non sustineo. Illi qui ad
 hanc oram mittentur, paruo negotio lin-
 guæ cognitionem assequuntur adiuti tum
 Grammatica arte, tum vocabulario fa-
 tis locuplete à me super hac re edito.
 Disputationes inij hoc anno cum non-
 nullis Indorum, de quorum doctrina in-
 credibilis erat omnium opinio, à quibus
 cum inferiores illi, ac conuicti discessis-
 sent, mirū quantū roboris ex ea re animis
 Christianorū accesserit. Bona spes est po-
 pulum quendam interiora huius regio-
 nis incolentem consanguinitatis vincu-
 lo iam factum Christianis deuinctum ab
 idolorum cultu propediem ad Christi fi-
 dem accessurum; quanquā non sine plu-
 rimis

Gramma-
 tica Mala-
 uarica.

Doctores
 Indi con-
 uicti.

Universitatis de Deusto
Biblioteca
Viginti mi-
lia bapti-
zati.

Gētilis qui
dā vnū esse
Deum ag-
nouit

Collegium
studiorum
Cantaneſe

rimis, ac maximis laboribus eorum con-
uerſio, ac instructio tranſigatur. Summa
oīm plus minus viginti miliū (vt audio)
est. Oro vos per Ieſum Chriſtū, vt cona-
tus vobis veſtris orationib⁹ adiuuetis.
Vnus illorū nos iam ex vrbe Somnucoli
est allocutus, vir profectō oīm, quos ad-
huc his in regionib⁹ videre cōtigit, pru-
dentisſimus. Is antea quoq; vnū se Deum
coluisse memorat, ad cuius nōnullas in-
terrogationes cū appositē (vt illi videba-
tur) respōdissem: corā recepit se Christia-
nū fore. Sub id tempus accersuit me; vt
infantē suū grauiter ægrotantē inuiferē,
quē cū adissem, rogassemq;: vellet ne
animā agentē puerulū sacro baptisimi la-
uacro in vitam æternā renasci? Cur (in-
quit ille) nō fiat tāti beneficij particeps?
Suscepit itaq; sacrum baptisima infantulus,
ac eadem nocte migravit ad Dominum.
Nō ita multō pōst, ipse quoq; cū vxore,
ac altero qui supererat filio, etiā baptis-
mi sacramēto renat⁹ Christianus effect⁹
est, vnāq; mecum hic Punicali docendi
munere strenuē fungitur. Misimus ad
Collegia Societatis nostræ, quæ Goræ, &
Cantani instituta sunt, primariorū huius
maritimæ oræ virorum filios, qui vbi re-
dierint,

dierint, nō parū conatus nostros sua au-
thoritate, integritatēq; promouebunt,
diffeminatores & ipsi doctrinæ Christia-
næ futuri. Circa valetudinarium superio-
ribus annis inchoatū, omnia (laus Deo)
se habent optimē, estq; admirationi nō
Christianis tantum; verum etiam Mau-
ris, ac Indis, qui vno ore omnes tam piū
ac sanctum opus laudibus ad cælum ef-
ferunt. Diligentiam enim, ac pietatem
erga ægros illorum, qui in eo curantur,
priusquam vidissent; ne cogitatiōe qui-
dem assequi poterant. Curam ædium sa-
crarum primoribus vrbiū cōmisimus;
tū etiā in eos animaduertendi, qui gra-
ue aliquid commiserint: quā id rectē,
successus prosperi indicarunt. Equidem
verbis exprimere nō possum, quā mag-
nū experiamur ad quiduis efficiendū ex
fauore procerū præſidiū. Plurimi Christi-
anorū iā eo progressi sunt; vt possint de
fide interrogati, singulorū rationē redde-
re; nōnulli etiā nihil dubitat cū Ethni-
cis disputationes suscipere, victōsq; ad
manus dādas cogere. Gratulor indes
magis, magisq; regionibus istis, de dono
fidei quod Christus Iesus ipsis pro im-
mensa sua bonitate dignatus est largiri.
NON

Valetudin-
nariū ex-
structum.

Pietas in
pauperes
Ethnicos
mouet.

NONNULLA EXCER-
pta ex epistola Reuerendi P. Magistri
Francisci Xauieri Societatis Iesu in In-
dia Præpositi Prouincialis, ad Reuerent-
dum P. nostrum M. Ignatium de
Laiola, Præpositum eiusdem
Societatis generalem.
Anno 1553.

Gratia, & pax. & cæt.



ITERIS mense Febru-
ario à me missis Reuerède
in Christo Pater, certior fa-
ctus es de meo ex Iappo-
nia reditu in Indiam, deq;
relictis Amanguci nobili illius insule ci-
uitate, Patre Cosma Torres, ac altero
quodam fratre nostro in gratiam, tam
eorum qui recenter ad Christi fidem ve-
nerant, quam aliorum plurimorum, qui
ad eandem indies accessuri videbantur.
In ea vrbe quæ à Goa quidē 1400. à Ro-
ma autem amplius 6. millibus leucarum
abest, iam (Dei gratia) domus est Societati
nostræ destinata. Sexto ab hinc die tres
Societatis fratres Goa proficiscentes iter
uersus

Amanguci
cū ab vrbe
Roma dis-
stat sex mi-
llibus leu-
carum.

uersus Sinar, Regiam urbem ingredie-
mur. Regio est amplissima, incolas alit in-
geniosos admodum, literis deditos, & in
his probè (vt accepimus) versatos. Nobili-
tatem doctrina metuntur, qua, qui pluri-
mum pollet, inter eos nobilissimus est,
ac præcipuè apud omnes autoritatis.
Præfagit nobis animus fore, vt Christi
cultus per vniuersam Chinam (sic enim
Sinaram regionem vocant) propagetur,
magnamque omnes de diuina erga huc
populum misericordia spem cœcepimus.
Habe quæso (reuerède Pater) tam in Iap-
pō relictos fratres, quam nos qui in Chi-
nam profectionem parauimus, apud Deum
in tuis orationibus commendatos. Duo
imprimis necessaria sunt patribus qui in
Iappon ad instruendos in fide Christiana
incolas mittentur, ac iis potissimum qui
ad studiorum altrices vrbes ituri sunt:
vnum est vt hominum iniurias negligat,
ad easque perferendas longa patientia
earum animus quasi occaluerit, & in sui
cognitione versati sint: denique in om-
ni virtutum genere excellent. Nam vt
taceam insule frigora, maxima est etiam
frugum, ac aliorum vitæ subsidiorum pe-
nuria. Non consueuerunt in lectis somnū
capere.

Sinar Reg-
gia vrbs
Sinarum.

Quid re-
quiratur
ad Iaponē
sū cōuer-
sionem.

Frigus ins-
gens.
Alimēto-
rum, et lea-
torū ino-
pid.

capere. Alienigenas pro nihilo ducunt, eos præsertim qui pium, ac syncerū Dei cultum inuehunt, idque tantisper dum ex tenebris (quibus inuoluti sunt) emergant. Graues illis suscitabunt molestias, superstitionis, ac idololatriæ propugnatores, quos patrio vocabulo Bonzos vocant. Alterū est, ut sint egregiè eruditi. Sic enim crebris Iapponensium interrogationibus facile satisficient: proderitq; plurimū si in Dialecticorum præceptis sint diligenter versati. Nam Iapponenses nihil ita male habet, nec iniquius ferūt quicquā, q̄ si repugnantia in disputationum congressibus renunciantur admisisse, in quas angustias argumentorum vi facile compellet is, qui mediocriter dūtaxat Dialecticis præceptis est imbutus. Iuuabit etiam Astrologiæ ac naturalis scientiæ partes habere cognitatas. Etenim de cælestium orbium motu, de solis Eclipsi, de incremento ac decremento Lunę, de generatione aquæ, niuis, pluuiæ, grandinis, tonitruū, fulguris, cometarum, multa ex nobis anxie inquirunt, quorum explicatio magnum habet momētum ad animos vulgi conciliandos. Essent meo quidem iudicio regionibus his vtilissimi, tū Flan-

Ronzi.

Dialectica opus est.

Astrologia

dri, tum Germani, quorum in itinere horum esse debet studium, ut Hispanicā linguā seu Lusitanicā ita percipiant, ut rectè pronunciare discant, nec id illis erit difficile, quāquidē ne duorum quidē annorū spatio iter illud cōfecerint. Aiūt & China in Iherusalem pedestri itinere, posse transiri, quod si ita esse comperio, statim perscribam, tēq; accurate, & de itineris lōgitudine, & de tēpore intra quod confici possit, certiore faciam, & c.

Anno 1553.

L ij



Quanto tēpore iter in Iapaniā conficituro

IOANNES DE BEYRA

Sacerdos societatis Iesu ad R. P.

Ignatium Præpositum Ge-

neralem eiusdem

societatis.

Gratia & pax & c.



UPERIORI anno ad te, Reuerende in Christo Pater, ex Malucca litteras dedi: en alias etiam nunc mitto, quibus & beneficiorum Dei multitudinem, ac magnitudinem erga Societatem nostram breuiter exponam, & quid postremis hisce temporibus, orbisque seculi nostra opera uti dignatus, magnam cum testificatione suæ erga hanc gentem seueritatis, ac clementiæ perfecit. Igitur dum totus in hoc sum, ut hisce hominibus errores à tenera a deo ætate infectos euellam, ac sana, rectaq; Evangelij doctrina imbuam, multaq; id genus pietatis Christianæ officia, quæ ad eorum salutem promouendam conducere uidebantur, obo: plurimi sanè, iiq; grauissimi subeundi fuere labores. Interea

men Rex Maluccarum, atque alij tres cum ipso Reges, Giloli, Idori, & Baccani dæmonis instinctu impulsu, nullam non lapidem mouerunt; ut infirmos ad huc in fide, qui que nuper ex Idololatria emerferant, à proposito agent transuerfos. Sed inter eos duos Reges, Maluccarum, inquam, ac Giloli; blanditijs, præstigijs, minis, ac pollicitationibus tantum profecere; ut eas animas, quas P. M. Franciscus, & ego vnà cum meis socijs maximis laboribus, continua cura, ac diligentia Christo lucrifeceramus, seducerent, ac in damnationis barathrum precipitarent. Ego quidem nullis pepercit laboribus, quò filios ad veram, piãmq; religionem amplectendam inducerem, vel initiatos conseruare. Sepe longissimè à se distantia loca per maximos solis ardores adij, non audens me nocti committere propter crebras grassationes, continuasque prædationes infidelium, qui è montibus ad plana noctu descendentes, omnia cædibus replent; adeo ut nec ipsi, qui sub testis agunt, satis sint tuti. Nec mari prohibitus sum, quò minus eos, & alios quosdam, qui insulas vulgò Morotai nominatas incolunt, inuiserem, non

L iij sine

Tres impij Reges christianos nos ad infidelitatem retrahunt.

Diligentiâ hæc pastoribus imitanda.

Insula Morotai.



*Angl's Bey-
ta p' Chri-
sto affia
Cio.*

*Ter nau-
fragiū ses-
cui.*

sine magno valetudinis detrimento. Si-
quidem ex hisce laboribus in grauissi-
mam multorum mensium inualetudi-
nem incurri. Ter naufragium feci, solus
que (cæteris qui vnâ mecum veheban-
tur, pereuntibus) ægrè admodum euasi,
et vix nudus vnicum B. Virginis Mariæ,
quod vocant, Rosarium ab vndis serua-
tum in hostium littus eiectus enataui.
Errabam itaq; nudus noctes, diésq; cir-
cum Barbarorum littora, secreta loca, &
latebras quæritans, propter bella, quæ
tunc inter Mahometanos, ac Lusitanos
feruebant crudelissima; adeo vt tot, &
tam diuturnis calamitatibus, quæ nouis
continuos menses durauerunt, obsessus
inter mortuos potius, quam inter viuos
annumerandus viderer. His accedit, qd
desertoribus fidèi nostræ comprehendit
Mauris venierim, apud quos esurire, &
sitire abundè licebat. Sed & in his misè-
riis cum essem constitutus, non tamen
me tantoperè fortunatissima mea ange-
bant infortunia, quàm iactura eorum ex-
animabat, quos ab ouili Christi abstrac-
ctos, ad Mahometanam superstitionem
lupus infernalis retrahebat. Sed aliquando
tandem & me ex his omnibus benigni-
sumus

*Venditur
Mauris.*

simus Dominus eripuit, ipsosq; cum Mau-
ros, tum Christianos apostatas, pro sum-
ma sua iustitia, nouo, ac stupendo suppli-
cij genere vltus est. Siquidem ex quo à
Christi fide descuerant, tanta subito eo-
rum agros (antea quidem pro harum re-
gionum natura longè feracissimos) steri-
litas inuasit, vt toto defectionis tempore,
quâuis repetita aliquoties satione, nul-
lum fructum proferrent. Oriza, quam ad
sementem repetitam asseruabant, vitiata
computruit; aquæ dulces prius, singulari
quidem, & hætenus in istis partibus in-
audito miraculo, falsæ factæ sunt; adeo
vt deficiētibus alimentis, multi fame in-
terirēt; & quibus fames pepercisset, eos
immissa diuinitus pestis deleret. Nec ta-
men his omnibus fracti sunt, aut emol-
liti duri, obstinatiq; Maurorū animi: sed
inter hæc ipsa, in quibus versabatur, vite,
ac salutis discrimina perseuerabant in-
digenas ad defectionem, & perfidiam so-
licitare. Interea temporis Praefectus ar-
cis Maluccæ me inter apostatas semiui-
uum versantē, ad se accersuit. Qua occa-
sione cœpère Mauri liberius vagari, iun-
ctisq; & auctis copiis terribiliores nostris
esse. Tentarūt etiā noua quadam ratione
aditum

*Nota vlti-
onē quæ
hereses no-
bis quoque
vbiq; inu-
lere.*

*Nec iā fad-
gellis anti-
quati cbrī-
stiani, &
heretici
redduntur
mellores.*

aditū ad se veniendi precludere Lusitanis. Postremò in munitissimum locum sese recepere, vna cum magna incolarū manu, qui ex montibus illis subsidio venerāt. His ita ad bellum comparatis, inexpugnabiles se rati, in sentētia firmiter permanebant: erantque reuera (si vires nostras spectemus) insuperabiles, infra tamē diuinam potentiam, quemadmodū exitus ipse comprobauit, fortes. Praefectus etenim arcis milites aliquot Lusitanos, paucos admodū ad numerosissimū illorū collatos exercitū, eò loci, vbi se continebant expediuit. Cui quum appropinquassent, admonēt illos beneuolē de fide promissa; hortantur idolis nuncium remittāt, ad Christianam religionem redeant, simulque addunt, se quidē paucos numero, ac penē inermes esse; sed fide ac veritate (qui De^o est) armatos aduenisse, de cuius auxilio nihil planē dubitarent. Ad quā illi arrogāter, & insolenter nimis respōdent, nolle se Christianos fieri. His dictis, tantus hostes repente cum timore tremor inuasit; vt de manibus arma excuterentur, & ipsi humi procumberent, nō valentes, etiam si mutuo sese complecterentur, consistere

*Pauci christiani innumera-
biles Mauros aggrediuntur.*

Hæc imitatur milites

Insigne miraculū contra fidei defectores.

recti. Sol ipse, quanuis ferè meridies esset, tam densis (mirabile dictū) circumfusus est tenebris, vt alter alterum non videret. Contremiscere vehementer sub pedibus terra; de cælo autem tanta vis ignitorū lapidum, & cineris in priuata tecta, ac delubra dæmonū decidere cœpit; vt oīa solo æquarētur. Vidisses Reuerende Pater, dissectas, pœnitūsque inuersas arbores ramis quidem in terram demersis, radicibus verò cælum spectantibus; vidisses vias ita tribulis contratas; cineribus etiā, ac lapidibus è sublimi delapsis obrutas ac complanatas, vt Lusitani itinere prohiberētur. Deniq; nihil est quod turbo ille, & horribilis tempesta, impietatis, & nefariæ perfidię vindex solò nō alliserit, humiq; prostrauerit. Vna duntaxat domūcula in mediis ruinis posita, templōq; (quod illi non ita pridem Iesu Christi Domini nostri Cruce euerfa; & diuorum imaginibus abolitis sceleratissimè profanauerant) incolumis permansit, quæ neq; de cælo tacta, neq; eius culmē ex palmarum licet foliis contextum, igne est violatum. Calamitas hæc vbi celsauit, ad propugnaculum properant Lusitani, viam inueniunt planā, ac expedi-

Edicula Christo sacra illæsa in tanta tæpestate permansit.

expeditam, apertis (vt supra diximus) cinerum, lapidumq; ruina, spinis. Ingressi magnam idololatrarum stragē faciunt, nullo interim ex nostris aut caeso, aut vulnerato. Nec ad victoriam quicquam obfuit, quod singuli nostrorum milicum cum plurimis cōstigerent. Nam Deo sic volēte, omnibus planē viribus erant destituti, sic vt & manus ad resistendum essent imbelles, ac ad fugiendum pedes impotentes. Dum hæc circa propugnaculum Mahometarum, apostatarumque geruntur; in alio quodam loco munitissimo, atq; ideo eorum, qui à Christo ad idola transfugiebant, communi receptaculo, ac velut asylo, qui ab hoc (de quo multa retulimus) duodecim passuum millia distat, lacus, qui in conspectu vrbis est, ita intumuit, atq; extra alueum suum eodem hoc tempore exundauit; vt & domus, & ædificia omnia labefactata prostrauerit, ac penè homines ipsos insperata illa eruptione absumpserit. Paucis post diebus quàm Domino Deo pertinaciam huius regionis hominum sic edomare, atq; frangere visum est: solus quadam nocte, omnibus relictis, egressus versus apostatas iter arripui. Hos huc, atque

Hofes omnibus viribus destituti sunt

Aliud prodigium. Lacus intumescens

que illuc dispersos, ac semianimes reperio. Ipse Gubernator comitantibus primatibus, de montibus, in quibus latitabat, latissimus ad me descendit. Nullus mihi datur, neq; noctu, neq; interdiu respirandi locus. Canunt magni, ac parui plena latitiæ carmina. Domum amplissimam in vicina area illius templi quod ab ipsis vastatum, atque euersum supra diximus, mihi erigunt. Itaq; rebus omnibus à summa tempestate in serenissimam tranquillitatem mutatis, & animis à perfidia ad fidem, à superstitione ad religionem conuersis: plurimi ad catholicæ Ecclesiæ gremium, vel noui venerunt, vel desertores redierunt. Erátque Christo conciliari cupientium tantus numerus; vt vno die supra quinque nonnunquam millia: vna hebdomada supra quindecim animarum millia, Christi militiæ nomen darent. Præter hos plurimi quoq; ex variis insulis, nec vnus lingue homines ad me, vt Christiani fieret, conueiebant. Quibus cum solus sufficere non possem: auxilium à quatuor meis sociis in arce relictis petiui, qui statim affuerunt, eodemq; illo ipso in loco (quod nobilissimus sit, ac celeberrimus) sedem fixerunt,

Vno die 5000. fidem amplectuntur.

xerunt, quôdque ex ipso ad circumiacētē
populos (quibus euāgelizandum quoque
est) facilior, breuiorq; sit accessus. Ego
verò Indiam versus iuasū, atque hortatu
Gubernatoris, inde solui, operarios fide-
les (quorum hīc maxima penuria est) e
Societatis fratribus, ad hunc populum
in fide erudiendum, stabiliēdūmq; euo-
caturus. Porro per Malaccam iter fa-
ciens, P. M. Franciscum in Chinam pro-
ficiscentem obuiam habui. Quid ibi re-
rum geratur, superuacaneum foret com-
memorare: quôd te credam de illis tam
à P. Francisco, quàm à Rectore collegij
Malaccensis certiore factum. Tantum
quæso te, atque obsecro R. Pater; vt tuis
orationibus, nouôque ad has regiones
misso fratrum auxilio nos adiuues. Quos
etsi patientia imprimis instructos esse
conuenit: certus tamen sum labores
omnes, præ supernarum consolatio-
num dulcedine, præque vberimo illo,
ac iucundissimo, qui ex laboribus per-
cipitur, fructu, leues fore.

Superest vt quemadmodum hactenus
Dei seueritatem contra respicere no-
lētes declarauimus: ita nunc eiusdē cle-
mentia erga eos, quos peccatorum suo-
rum

P. Francis-
cus in Chi-
nam iēdit.

Deus solus
sursum
in euange-
lio in
labores.

rum postea poenituit, exponamus. Nam *Dei erga*
simulatq; poenitentia ducti, suppliciter *Apostata-*
ad Deū manus sustulere: ille ad se reuer- *tas poenitē-*
sis solita vitæ præsidia liberalissimè lar- *tes facili-*
gitus est. Terræ suam fecunditatē, aquis *tus et mi-*
priorem dulcedinem reddidit. Sub hæc *sericorū.*
tempora multas, ac varias insidias Mau-
ri Lusitanis tetēderūt, quas vt quinquies
deprehendi, ita totiens dissolui, atque
occultè Ducibus (quos hīc habet Rex
Lusitaniæ, rerum suarum administrato-
res) patefeci, simulq; eos ad earum, qui-
bus Mauri fidūt, Arcium demolitionem
induxi. Neque silentio obruendum exi-
stimo, quôd in potestatem Lusitanorum
Regnū Giloli venerit. Laus sit Iesu Chri-
sto, cuius nominis splendor, ac gloria, quā-
tò latius indies per has regiones omnes
spargitur, atque propagatur: tantò Ma-
humericorum deliramentorum insania
obscuratur magis, atq; extinguitur. Mul-
ti præterea nunciis ad nos missis, cupe-
re se Christianam fidem amplecti decla-
rant, miraculorum Dei supra memora-
torum magnitudine excitati: qui quidē
regionem incolunt ab hac longissimè
remotam, totam in quatuor regna lin-
guis indiffecta, distributam. Regionis
cœlum

Regnū Gi-
loli subici-
tur Chris-
tiani.

coelum solubre, salum pingue, ac fecundum. Nulli in ea Mauri viuūt. Ab astris ferè pendent, à quibus & mensium, & annorum rationem petunt, vt prolixius aliquando ad vos perscripsi. Dignetur Dominus Deus regionibus his clarius in vera fide, perfectaque charitate illucescere, vt salutem quæ sine his præstidiis nulla haberi potest, plures consequantur.

AMEN.

Ex Cochín sexto Id. Februarij

Anno 1553.

Tuus in Christo seruus
Ioannes de Beyra.



DESCRIPITIO RITVVM

Et morum quæ in insula nuper inuenta ad septentrionalem plagam Iapan nuncupata seruantur.



D Septentrionalem plagã haud procul à China versus Orientem reperierunt Lusitani mercatores Insulam, cui nomen Iapan, eiusdè prope cū Italia altitudinis finès verò habet amplissimos qui in longitudinem milia passuum 1800. in latitudinem 40. patèt. Qua ex insula Caléd. Maij quidã industrius planè vir, ac prouidentissimi hominis præ se ferens personam, ad nos venit, qui vt erat mysteriorum fidei nostræ cognoscendorū avidissimus: sic quoque breuissimo temporis interiecto spacio tantos fecit progressus; vt non modò fidem amplecteretur Christianam; sed & in S. fidei nostræ collegio Goensi non ita diu agens, legere, ac characteres Occidentalium more, ac formare didicerit, atque nonnulla fidei nostræ præcipua capita in maternã transfuderis

Situs Iapaniæ.

Longitudo, et latitudo Iapaniæ.



fuderit linguam, in quibus perlegendis
 assidue versatur. Orationi, & meditatio-
 ni vacans, Iesum Christum ardentibus
 inuocat suspiriis. Tanta probitate infi-
 gnis est, eaque morum honestate vene-
 randus, ac suspiciendus: quanta pro di-
 gnitate nunquam dici possit. Quo tem-
 pore apud nos fidei rudimenta discebat,
 interrogatus à me mores, ac patrias le-
 ges, vt exponeret; quamuis illorum su-
 perstitionibus non esset imbutus: haud
 grauatim tamen quæ comperta habebat,
 ita mihi reuelabat; vt ex vulgari homi-
 num sententia magis loqui, quam ex il-
 lorum disciplinis, institutæ narrationis
 ordinem sumere videbatur. Quia tamen
 huius narratio multa cognitione di-
 gnissima continet: dabo operam, qualif-
 cunque sit, vt primo quoque tempore ad-
 te mittatur, donec veritate p̄ P. Francis-
 cū Xauier explorata, qui Giapan profe-
 ctus est, certius aliquid scribere valea-
 mus. Imprimis itaque Giapanica Insula,
 eius est quam prædiximus longitudinis,
 vnius Regis imperio tantummodo pa-
 ret, viros principes habet simillimos du-
 cibus, comitibusue 14. quorum vno mo-
 riante, qui primogenitus est, hereditate
 adit

adit cū dignitate: ceteris verò, si qui sunt,
 fratribus tot cedunt oppida, quot ipsis
 honestè alendis sufficiant; ita tamen vt
 semper obedientiam maximo natu præ-
 stent fratri, eumq; velut clientes patro-
 num obseruent. Inter hos principes qui
 minimus est, decem millia hominum
 bellatorum conscribere potest, reliqui
 aut 15. aut 20. aut 30. millia. Rex, illorū
 lingua, Voo dicitur, qui nobilissima om-
 nium familia progenitus, suam stirpem
 cum aliis gentilitatibus non sinit per-
 misceri. Hic Voo, quod nobis Pontifex
 Max. esse videtur: quòd non in religio-
 sos solum, deorumq; ministerio dicatas
 personas, quorum in illis partibus in-
 gens est numerus; verum etiam in po-
 pulares, profanosq; homines potestatem
 exerceat. Quamuis autem absolutam re-
 tineat authoritatē, meròq; polleat im-
 perio: nunquam tamen per se bellum
 gerit, nec in facinorosos alioqui homi-
 nes animaduertit. Omnem rerum eius-
 modi curam Gozo cuidam (sic enim il-
 lis, qui apud nos Imperator est, appella-
 tur) committit, qui totius insulæ guber-
 nacula, & imperium administrat. Dum
 Gozo Regem inuisit, altero in terram

M genu

*Minimus
 principum
 decem mil-
 lia bella-
 torum con-
 scribere
 potest.*

*Voo Rex,
 & Pontifex.*

*Imperator
 Gozo, sub
 est Pontifex.*



genu flexo, caput ad dimidiū tibie Voo
 in signum reuerentię, atque honoris ad-
 mouens submittit. Gozohic, cui & belli
 gerendi, & iustitię administrandę cura
 mandata est, magna nobilium virorum
 turba, ducum exercitus, & armatorum
 multitudine stipatus est. Huius etiã tan-
 ta est potentia; vt Voo tum imperio, ac
 dignitate, tum etiam vita (si facinus ad-
 missum talem mereatur animaduersionem)
 priuari possit. Diligentissimę mi-
 nores obediunt maioribus, eosq; obser-
 uant religiosę ob iusticiam quam summã
 exercent. Peccata æqualia esse opinan-
 tur, pariq; pœna adfligitur is, qui decem
 basaruchos subripuit cū eo qui ducato-
 rum aliquot sublegit millia. Porro quod
 ad potentissimi Regis Voo genus vi-
 uendi pertinet: id ferē sic sese habet. Vni-
 cam matrimonio sibi mulierem iungit,
 crescentisq; lunę initio ab vxore se iun-
 ct^o, cibis abstinere incipit ad quindecim
 continuos dies: semel de die, idq; mode-
 ratē admodum cibū sumit: lectiōni, con-
 templationi, & orationi intentus, vestitu
 albo, ingentiq; corona redimitus, per-
 fectum lunę incrementum operitur. Vbi
 de crescere luna cœperit; ad consuetam
 viuendi

Iniqua
lex.

Vocis mi-
ra viuendi
ratio.

viuendi rationem residuis 15. diebus
 redit, atq; vxori cohabitatur; quo tempo-
 re venationibus, aliisq; voluptatibus va-
 cat. Si verò coniunx antequam 30. ex-
 pleuerit annū, mortē cum vita commu-
 tauerit: aliã in eius locum ducere potest.
 Quod si tricesimum annum excefferit:
 toto reliquo vitę suę tempore castē, ac
 religiosę viuere debet, nec priusquã vxo-
 rem duxerit, aut illa superstite, cum alia
 consuetudinem habet. In illo hominum
 genere præter 14. illos quos dixi princi-
 pes, sunt permulti equestris dignitatis
 viri innumerabiles, quę admodum apud
 nos mercatores, cæterorumque hominū
 multiplices dignitates, & ordines. Vnica
 plerūq; cōtenta sunt vxore, quã si cū al-
 tero deprehēdatur in adulterio: morem
 hunc atque legē mordicus seruant; vter-
 que simul vt perimatur. Nam si alteru-
 tro viuente alter fuerit trucidatus, viro
 in ius vocato, mortis sententiam in illū
 pronunciant. Si neutrum interemerit;
 ignominie sibi maritus notã inurit sem-
 piternam. Præterea mulier si in crimi-
 nis suspicionem veniat, nec tamen rea
 peragi possit; à marito in paternã domū
 remittitur sine vlla viri infamia, qui aliã
 viuendi

Vidualis
castitas gē
tilis ponā
tificis.

Pœna adul-
terij.

deinde ducens, priorem mulierē eā relinquit turpitudinis infamia notatam, nemo ut eam matrimonio velit dignari. Illustres illius insulæ viri, ubi filij ad 7. vel 8. peruenerint suæ ætatis annū, cœnobiis includunt ad septimumdecimum, aut vicesimum vsque annum, quibus in locis legere, characteres formare, atque etiam diuinas res edocentur; vsque sic bonis imbuti artibus, & ad alendam familiam, gubernandamq; rempublicam reddantur aptiores. In illa insula tria religiosorum hominum genera reperiuntur, qui in cœnobiis monachorum nostrorum more habitant, nonnulli in ciuitatibus, alij etiā ruri, aut in pagis. Qui in ciuitatibus versantur, nunquam vxores ducunt, ex elemosinis viuūt, comam, & barbam radunt, vestibus oblongis, amplisq; manicis vtuntur. Hyemis tempore cucullum gestant, reliquo anni spacio nudo capite incedunt, vno in loco omnes comedunt, crebra stataq; per annum habent ieiunia. Religiosi isti animalibus nullis vescuntur, hoc se facere asseuerantes; vt corpore macrescente peccandi volūtatem funditus eradicet: quod abstinentiæ genus religiosorum omnium

*Infamata
ignominia.*

*Illustrium
filij in mo
nasterijs
sitiuūtur.*

*Monachi
Gentiles.*

*Videntur
olim fuisse
christiani.*

Cucullati.

Ieiunia.

*A carnib;
abstinent.*

nium illius insulæ commune est, intempesta nocte somnum abruptentes, ad dimidiatæ horulæ spacium psalmodiæ, ac præcibus incumbunt: quo transactō lectū repetunt, quiescentes vsque ad lunæ horam, tunc iterum de lectulis surgentes varias recitant orationes, quod ipsum etiam oriente sole, & meridie, & vespertino tēpore obseruāt religiosæ, & vt nos ad Angelicā salutationē, dū signū datur, vniuersā multitudo ad genua puoluta leuatis in cœlū manib; (vt etiā apud Christianos fieri cōsuevit) suas preces fundūt. Sēpenumerō ad populū ingēti confluentē multitudine concionantur: quem etiam, sui ploratus exemplo, ad lachrymas prouocat. Vnū Deum creatorē, ac cōseruatore[m] rerum oīum prædicant: Purgatorium quoque, infernū, & paradysum consitentur, aiuntque tam bonos, quàm facinorosos locum penarum, id est purgatorium subire: sic tamen vt ab inuicem seiūctos, bonos quidem locum, vbi Deus sit, petere; malos, ac perditos in tartara demersos cum demone habitare arbitrentur, quem vt in malos animaduerteret, Deus misit in hunc mundum. Huiusmodi religiosi hunc mundum. Huiusmodi religiosi hunc mundum.

*Mediana
sic orant.*

Genua flexio.

*Vnū Deū,
Paradisum
infernū &
purgatoriū
um credūt*

*Demonē
tortores
malorū credunt.*

nestissimè viuere dicuntur, hoc vno dep-
to, quòd ob multos pueros, quos in mo-
nasteriis instituunt, execrandi cuiusdã
vitij insimulentur, quamuis castitatem
publicè summis efferentes laudibus gra-
uissimum illud scelus esse confirment.
Omnes ad talos vsque nigras vestes ha-
bent demissas; nullum admittunt, qui
non vel mediocriter in virtutibus sit
exercitatus. Est & quoddã sacerdotum
genus, quod vestibus cinericiij coloris ar-
mictum, magnis se præcingit funibus,
vxores ducit, quibus etiam veluti mo-
nacharum eodem habitu cœnobìa pa-
rat, contiguus propemodum ædificiis.
Ait plebs istiusmodi sacerdotes monia-
libus istis consuescere, nec tamen pro-
les procreare: quòd remediis cõceptum
impedientibus vtantur. Hi licet imperi-
ti sint, atque à trecētis extiterint annis:
preces tamen fermè cæterorum more
fundunt, nisi quòd mares vnum teneant
templi latus, alterum verò moniales, cœ-
tãque seruant ieiunia.

Tertium genus est eorum qui nigris
induti vestibus, grauissimis pœnis sese
torquent: ter orant, mane, vesperi, & sub
mediam noctem.

Omnes

Castitas.

Aliud ge-
nus sacer-
dotum.Tertium ge-
nus pœni-
gentis de-
bitum.

Omnes istorum omnium religiosorum
preces simillimæ sunt. Idolis vtuntur lig-
neis, ac deauratis, imaginibus quoq; de-
pictis, quas habent in pariete.

Vnum Deum vniuersi adorant, què Do-
niche patrio sermone nuncupant: ali-
quando vnum corpus formantes, tribus
capitibus insigniunt, tunc Cogi nomi-
nant. Non ignorare videntur Doniche,
& Cogi idem esse quod apud Christia-
nos Deum, ac Trinitatem. Narratur insu-
per iucunda de homine, qui apud illos
sanctus habetur, historia. Aiunt enim

trans Chinam Occidētē versus, regio-
nem esse Cegnico vulgò dictam, in qua
Rex erat Gioibondarnus, cui vxor fuit
nomine Magabonina. Regi dormienti,
per somnum visum est, puerum claman-
tem se audire, ac verba hæc sæpius ite-
rantem. Rex vxoris ventrē ingredi de-
bes. Rex vniuersa coniugi prout gesta
fuerant, aperit: mirantur, & obstupent,
quo factum est, vt amplius vnà non ver-
sentur. Circa id ferè temporis Regina
cum nullo mortalium, vt credebatur, re-
habita, grauida sit: post nouem menses
puerum, cui nomen Xagua in hanc lu-
cem edidit, vitalē, sed matri in ipso par-
tu exi-

Imagines.

Vnum De-
um colūt.

Trinitas.

Origo res-
ligionis
Iapanum.

tu exitialem. Quamobrem Rex infantem Reginæ sorori educandum tradit. Postquam infantem Regina enixa fuisset, inusitatae magnitudinis serpentes, ijꝫ; alati, super puerulum volutasse, superq; eum ex ore aquæ magnam vim effudisse ferunt. Post trimestre spacium erigens se puer, & stans, tres passus progressus est, & altera in cælum elata manu, altera ad terrâ depressâ, sic fatus est: Ego vnicus in cœlo, vnicus sum in terra. Hic annum natus 19. cum vel inuitû pater ad matrimonium compellere vellet, humanæ conditionis miseriam perpendens, ac secum diligentius examinans, vxori noluit commisceri, sed clam de nocte arrepta fuga, montem altissimum, desertumq; conscendit. Quo in monte postquam in asperrimo vitæ genere perdurasset sexennium: descendit tandem, & magno animi ardore, nec minore cû eloquetia plurimas ad Ethnicos habuit conciones. Tantæ sibi integritatis, & virtutis breui tempore cõquisuerat nomen: vt & penes ipsum esset abilitas dissuetudine leges reuocare, & nouam adorandi Dei rationem commonstrare. Discipulorum, qui ipsius erant se-

*Xagua no
uas leges
condit.*

ctato-

ctatores doctrinæ, eiusque viuendi institutum sequebantur, ad 8. millia habuit. Horum aliqui Chinam ingressi leges, & colendi Dei modum incolis proponebant, quos & dicto citius propter magistri celebritatem in suam sententiâ pertraxerunt, vt & omnia idola confringerent, & Pagodos (quos vocant) quibus sacrificare consueuerant, contererent prorsus. Inde progressi, postquam in Iapanicam insulam peruenerunt, eadem quæ dixi designât, effectaq; reddunt; vt etiam nûc apud Chinas, & Iapanas videre sit, haud secus quàm Romæ confractorum signorû partes. Xagua iste vnû Deum fabricatorem omnium esse docuit, atque eo quo iam diximus modo exculpfit truncû tribus capitibus insignem. Idem quinque præcepta seruanda præscripsit: Primum, non occidendû: Secundum, non furandum: Tertium, nō fornicadum: Quartum, vt non ijs de rebus solliciti sint, mæstitiæque conficiant, quibus nullum potest remedium adferri: Quintum, iniurias condonandas. Multa alia de virtutibus, & vitijs, atq; moribus, quibus homines cuiuslibet cõditionis præditi esse debent, volumina conscripsit.

*Idola do-
molitur
Xagua.*

*Quinque
præcepta.*

scripsit. Sæpius ieiunandū esse præcepit, multūq; Deo corporis afflictiones gratas esse contendit, & seruādis peccatoribus pernecessarias. Interrogatus, num in eiusmodi prouincia aliquo vterentur baptismatis genere: respondit, infantes vt primū in hanc lucem prodierint, exemplo Xaguē lauari, quem (vt superius diximus) serpētes natū lauerunt. Si quis verò nō lot⁹ decesserit: grauissimè peccasse infantuli parentes credūt. Affirmāt insuper religiosos, quos dixi, viros ægrotantes inuisere, consolari, ac vt testamento extremam voluntatem declarēt hortari. Quòd si periclitari de vita decumbens cœperit, alterius vitæ bona in memoriam reuocant: de terrenis rebus anxius ne sit, monent; quandoquidem vana esse omnia conspiciat. Vbi extremum clausit ægrotus diem, supplicatione instructa, psallentes funus in monasterij cortem deponunt, continenter à Deo, vt peccata ei condonet, precantes. Pauperes, ac diuites sine discrimine gratis & officiosè sepeliunt, imò ignominix sibi notam inureret sempiternam, qui minimum quid acceptaret. Quòd si defunctorum parentes aliquid

*Baptismus
gentilium*

*Ægrotorum
vilitas, & ad
mortē præ
parati mo
dus.*

*Mortui se
peliuntur
gratis.*

eleemosynæ nomine offerant: non recusant. Vsurpant præterea in ista Iapanensium regione afflictionis eiusmodi genus; nimirum quòd post centum dierū a cibis, & re vxoria abstinentiam, vastas sylvas, horridaque nemora ingrediuntur, multis referta Pagodorum delubris religionis causa, quæ ab aliquibus etiam asperrimæ vitæ Eremitis incoluntur. Multi his in locis clamores, multæ voces exaudiuntur, multi quoq; videntur ardentes ignes. In huiusmodi sylua viginti quinque dies commorantur, nec plus orizæ, qua vitam tolerant, sumunt, quàm vola manus continere possint: ter, & quidem aquam bibunt tantummodo. Post 25. dierum spacium, qui per loca deserta magno numero vagantur (vt facile etiam millenariū expleant numerum) vnum in locum conuenientes, coram Pagodo aliquo, totius antea vitæ crimina, alta voce, illorū vnusquisque flexis genibus confitetur, reliquis omnibus miro silentio auscultantibus. Vbi confessiones fecerint, manu Pagodo admota, se omnes sacramēto, & iureiurando astringunt, nulli vnq; mortalium quæ audierint, patefacturos se esse,

*Corporis
afflictio
horrenda.*

*Eremitæ
asperrimæ
vitæ.*

*Demonū
illusiones.*

*Confessio
totius vitæ
publicæ.*

se esse, deserta illa loca cum primum reliquerint. Toto pœnitentiæ tempore, neq; dormiunt, neque vestes exuunt. Lineis autem vestibus asperioribus vtuntur, artius præcincti absq; calceis, nudo capite incedunt, nunquam penè quiescunt, eo quòd totos dies in nemore circū motem oberrantes supplicationis in morè consumunt. Cùm ad destinata sua loca peruenerint: aliquantulū quiescunt, ingentē pyrā cōstruunt corpus calefacturi. Præceptorem habent à quo tum in oratione tum afflictionibus suscipiendis instituantur. Quietis tempore si quis necessitate superatus obdormire cœperit, à magistro bis fuste pertusus excitatur. Si quis languore correptus profequi nequiverit iter cum reliquis: à sociis derelinquitur, omni ope destitutus cæteris peregrinibus, desperare cogitur. Quòd si extremū ante alios diē illorū aliquis clauderit, obruant cadauer lapidibus. Schedulam affigunt baculo in terrā defixo, in qua scriptum est. Hic iacet N. ciuitate vel oppido. N. oriundus. Tabellam vnusquisq; de collo dependentē gestat, in quo nomen tum hominis, tum patriæ exaratum continetur. Dum per ista loca deserta

Doctores
religionis
Castiliæ.

Epitaphia
mortuorum

deserta vagatur: monstra quamplurima; lemuresq; cernunt, suæ peregrinationis comites duntaxat, vt cùm centum sepe numero sint, ducenti interdum videantur, numerenturq;. Tunc eos omnes intuens magister, vt videt nonnullos tabulam è collo dependentem non habere; subsistere omnes continuo iubet, ac ad Doniche, qui ipsis Deus est, orationem conuertens, petit à tali societate se suoque liberari, quam credunt esse demoniorum, qui hominibus se familiariter adiungentes, ita hominis imaginē præse ferunt, vt adolescens vnus, duo appareant, & vnus Petrus, duo, absque vlla vnus ab altero differentia. Postquam verò orare incipiunt iuxta præscriptam sibi à præceptore formam: omnia omnino euanescent dæmonia. Homines isti, postquam tempus afflictionis expleverint, sic macie confecti remanent; vt & propter coloris atrorē mortem ipsam præ se ferant. Quòd verò vestes nō exuant, neq; hoc tempore corpora lauent, pro comperto habetur. Domū, plurimis oppidanis, qui & illorum vestes magna cum veneratione deosculantur, redeunt comitati. Sunt in istis regionibus multi vene-

Demonia
societas.

Doniche
Deus.

Venefici.

venefici, & sagæ, qui licet apud simplices magno sint in præcio: nihilominus tamen apud prudentiores vilissima eorum est existimatio. Maximi quoque inter hos sunt Astrologi, quod plurima re-
 cte prædicunt. Annales more nostro conscribit istud hominum genus, quod vt in moribus, & ingenij acumine quàm simillimum est nobis, sic & nostram in multis viuendi rationem, & consuetudinè imitatur. Vir hic qui mihi harum rerum iam scriptarum est auctor, si quis alius, præstantissimo, acerrimoque est ingenio. Opere, verbisque confirmat se odio habere peccatorum varietatè, quam inter Christianos esse deprehendit. Existimat Iapanenses vniuersos libentissimè Christianam fidem amplexaturos esse, si qui ad illos venirent Christiani: quod scriptû suis in libris habeant, vnam omnium mortalium legem aliquando futuram, quam etiam hoc nomine tanq̃ perfectiorem expectant ad se deferendâ. Cùm autem fide nostra meliorem aliam inuenire possit nemo (vt etiam libenter agnoscit, & constitetur Iapanensis hic) sic vt maxima se affici dicat voluptate, quod arbitretur, in maximis Dei donis illud

re-
po-

reponendum esse, posse videlicet modû excogitari, per quem Christianæ legiæ præcones in Iapaniam transmittantur. Quauis autem vxori alligatus sit: comitem se tamen Patrum, qui eò profecturi sunt, futurum pollicetur ad duos, quatuorue annos: imò eis semper se adfuturû affirmat, donec Christianæ fidei optima iecerint fundamenta in illa prouincia, atq; idioma perdidicerint. Regionem illam saluberrimam esse confirmat, sed ventosam adeo, vt nonnunquam terremotu vehementi concussa, prosternantur in terram homines. Fructibus cuiusuis generis abundat, nec minus auibus, & metallis affluit, quàm Europa. Rari ibi serpentes. Syluestrium animalium ferocissima est natura, cuiusmodi sunt Cerui, apri, Lepores, &c. Vino carent, verum Zitum ex Oriza conficiunt, vt Belge ceruisiam quam vocant. In syluis facile Vux syluestres, & abundè reperiuntur, quibus vesci consueuerunt. Orizam cum brassica comedunt, & pisces: panis vsu habent nullum, sed eius vicè Oriza subit, vt etiam in India. Tritici granû vtcunq; suppetit. Gallinæ non desunt, nullum tamen animal domi enutriunt.

Refert

Tæperies
Iapania.Zitum po-
rus.

Gallinæ



Astrologi

Annales.

Ingenios,
EuropæiProphetia
Iapanen-
sum.

Refert in illa prouincia Ducem quendam esse, in cuius vexillo depicta cernitur ingens crux, & hoc illi, suaque familiaræ peculiare insigne est, quod vsurpanti ab aliis est capitale.

Vniuersum Iapanesum genus antiquo more receptum habet, suas preces fundere, vt pij quidam faciunt Christiani, coronis (quas vocamus) & rosarijs; quique legere norunt, præces horarias secum habent, nostris persimiles. Qui coronam tenentes orant, ad vnumquodque signorum orationem recitant, duplo nostram dominicali prolixior. Illorum corona 108. spherulas continet. Rationem numeri spherularum interrogatus: respondit à doctis viris affirmari, homines centum & octo modis peccare.

Quare ad singulorum expectationem peccatorum orationem quam non intelligant (quod peregrina lingua scripta sit) recitant, vt nos latine oramus. Matutino tempore dum surgunt, nouem proferunt verba, ac duobus dextræ digitis elatis (vt Christiani facere solemus) cum nos signo crucis munire volumus) nouem se crucibus signant, quæ Beati Andree crucis similes sunt, quibus propugnari

Vexillum
crucis habent
Gias
panenses.

Spherullis
precaris
suas preces
numeras
tant.

Ratio precum
huius
modi.

Orant lingua
per peregrina.

Signant se
signo crucis
D. Andree.

propugnari se à dæmonibus credunt. Eorum religiosi castitatem, paupertatē, & obedientiam vouent, ac profitentur, qui antequam recipiantur in familias huiusmodi, in humilioribus officiis, operibusque exercentur. Isti populi, quod sub eodem quo nos constituti sunt terræ quasi cingulo, colore etiā sunt albo, eiusdem nobiscum proceritatis, prudentes, nobiles, virtutis amatores, disciplinarum studiosi, doctos maximopere venerantur, & suscipiunt. Quod ad pacis in reipublica conservandæ, bellique gerendi rationem pertinet, nostri persimiles sunt, & in familia gubernanda: in hoc tamen vno dissimiles, quod ius verbis, non libellis dicant. Itaque expedita apud illos, & seueram est iustitia; adeo vt famulus Dominum efficiens contumelia, vel alia quavis leui iniuriâ lacescens, ab illo possit illico trucidari; nec vicissim vlla ratione in herum animaduertetur. Amplissimum verò dignitatis gradum, primogenitus hereditario iure sibi vëdicat. Si liberis ex uxore non susceperit: proximus succedit agnatus, quod ceteri quoque; istius prouinciæ principes facere consueuerunt. Tyrannidem in subditos principes non exer-

Vouent religiosi castitatem, paupertatem & obedientiam.

Humilitas

Natura est mores legesque Iapanesum.

Ius scriptum reijciunt.

Ius iniquum in famulos

Primogeniti ius.

cēt. Quod si bello inuicē contēdere cō-
perint, nec in gratiam mutuam spontē
redierint: Gozo auctoritatem suam in-
terponit, pacēmq; conciliat. Si verō per-
tinax aliquis iubēti Gozone nō obedie-
rit: conscripto milite eiusmodi, principē
aggreditur, priuat imperio, atque inter-
dum etiam vita: non tamen ob id illius
sibi dignitatem vel bona vsurpat, quin
potius illi cōcedit, cui iure obtigissent, si
princeps ille communi morte defunctus
fuisset. Infamis est, qui cū vxorem ha-
beat, ad aliam quamuis mulierem acce-
dit. Orant Iapanenses, eleemosynas ero-
gant, peregrinantur, à cibis abstinēt vt
veniam peccatorū cū viuis tum mor-
tuis cōsequantur, idq; in anno sepius: de-
die prædent circa meridiē, vt nos, quorū
tamen abstinentia multò est nostra gra-
uior. In istius insule monte 5. millia re-
ligiosorū virorum habitant, qui & disci-
puli sunt, & famulis abundant, optimis-
que domibus, ac indumentis. Castimon-
iam sic tuentur, vt ad tertium lapidem
nec mulier, nec aliud feminini generis
possit accedere. Mulier vbi peperit, die-
rum 15. spacio neminē attingit: 40. verò
diebus abstinēt à templis. Ancillæ par-
turien-

Adulter.
Orationes
*Eleemosy-
nae.*
*Peregrina-
tiones.*
*Preces p
defunctis.*
*Religioso-
rum opes,*
et mores.
*Mulier ad
tria milli-
aria a sep-
tis monas-
terij arce-
tur.*
*Mulier a
partu im-
munda*

turientes, ab aliis alia in domo seiunctæ
habitant, quod etiam faciunt menstrui
tempore. Qui illas toto illo tempore cō-
tigerit, immūsus creditur, debētq; lauari
iuxta leges Mosaicis contentam libris. *Immensa
crudelitas
in propri-
os infantes.*
Mulieres tenuioris fortunæ, si multos
procreauerint ex se filios: occidere con-
sueuerunt natu posteriores, ne calami-
tosam eos vitam ducere videant, quod
scelus animaduersione apud illos caret.
Aiebat ante quingentos annos (alij plu-
res etiam addebant) idola fuisse com-
minuta, cū in regno Cegnicensi, ex
quo per Chinam, & Tartaum Iapaniam
venitur, tum in insula ipsa Iapanensi, id-
que doctrina Xaguē illius præseribente.
Infernum esse credunt, quo impiæ per-
uenientes animæ variis cruciatibus, vt
perpetuo igne, aliisque tormentorum
generibus torquētur, excrucianturque:
hoc etiam illis qui in purgatorio consti-
tuti sunt vsu venire contendunt, quòd
in hac vita dignam sceleribus pœnitenti-
am non egerint, nec inde exituras ad-
sueuerant, quoadusque ab omnibus ma-
culis expurgatæ subuolent in cœlum. *Cœlum
Angelorū
materiam*
Cœlorum indigenas Angelos esse volūt,
qui ex alia quadam elementorum ma-
teriz



Angeli De
um conies
plantur.

Angeli cu
stodes.

Contem
platiui.

Altaria
Câpana.

Candelarū
vsus in cus
tatio su
uere.

Thuris in
censum.

Tēpla
solum.

teria constantes diuinæ maiestatis con-
templationi vacent, quos insuper homi-
num custodes esse affirmant, cuius in rei
testimonium depictas Angelorum ima-
gines de collo appensas gestant. Prolixas
in Dei laudem præces fundunt, cō-
templationis omnes, sed præcipuè Re-
ligiosi auidi sunt, qui toto quo Dei lau-
des cantant tempore, altare circumēūt,
câmpanis populum conuocāt ad cōcio-
nes audiendas, peragenda sacra, com-
munes præces fundendas. Aliquo ex hac
vita migrante, funus candelis accensis
comitantur, donec aut sepeliant, aut in-
rogum coniciant. Leges ac libri pere-
grina lingua, & à communi multū dil-
crepante, conscripti sunt, vt latino apud
nos. Interrogatus num sacrificiis vterē-
tur, respondit, certis quibusdam diebus
sacerdotes sacris operari, præsertim ta-
men illorum præfulem, qui certis vesti-
bus indutus templum petit, ac tum præ-
sente vniuersa multitudine thus adorit
super aram, cum foliis, è quibus suaui-
odor exhalat, atque simul orationes de-
cantat. Horum templa criminis alicui-
ius reus si salutis causâ ingrediatur, inde
à lictoribus extrahi non potest, quantū
cunque

cunque graue sit ac execrandum admis-
sum facinus: fures tamen nequaquam
ibi sunt tuti. Multis sanctorum, sancta-
rumque imaginibus sculptis, depictisque
diademate superposito, atque micanti-
bus radiis eorum abundant tēpla. Quā-
uis autem vnum Deum adorent omniū,
quæ extant, rerum fabricatorem, sanctos
nihilominus deprecantur, qui pro sua sa-
lute intercedant. Mulierem insuper de-
pingere solent infantulum intra brachia
tenentem, quam vocant Quaneuoa: ad
hanc tanquam patronam communem in
omnibus calamitatibus, confugiunt, quo
pacto Christiani B. V. auxilium inuocāt.
Nullam historiarum, aut vitæ huius suæ san-
ctæ mulieris rationem reddere hic ho-
mo potuit. Cibis quibuslibet hoc genus
hominum vescitur, nec circumciditur.
Quare verisimile est illi regioni Euan-
gelicæ veritatis lumen olim affulxisse,
& vel propter peccatorum tenebras ex-
tinctū esse, vel per impostorē aliquē, qua-
lis Mahometus veritati tenebras esse of-
fusas. Porrò dū huic exarandæ epistolæ
intētus sum, venit ad me Episcop⁹ quidā
Armeniorum, qui his in regionibus 40.
annis versatus est, ac retulit Armenos in
N iij ipsi

Pœna suo-
rum.

Imagines
sanctorū.

Vnū Des-
um colūt,
sanctos ho-
norant &
inuocant,

Imago vir-
ginis.

Patrona
peccanti-
um.

Peccata, lu-
mē Euan-
gelij in his
regionib⁹
deleuisse vi-
dētur, im-
postorem
que aliquē
meruisse.

ipsis nascentis Ecclesiæ primordiis dif-
feminatos Euangelicam fidem, Chinã
ingressos fuisse, ac ad Christum conuer-
tisse. Quantò præclarius mererentur illi
de Ecclesia Dei, qui pro hominum salu-
tæ nullos refugientes labores, vastam in
hanc plagam fidei lumē inferrent, quàm
qui per vniuersam Europam in sacerdo-
tiis (vt metuendū est) luxuriantes talen-
to quod à Christo acceperunt, in terram
defosso, neq; suæ, neq; aliorū consulūt sa-
luti. Melsis sanè copiosissima est, sed ido-
neis destituta operariis. Neminè terrere
debeat distātia, qui etiã sibi mandatã esse
proximi curã, & salutē intelligit. Quãuis
enim Romã Iapanã vsq; iter sit 8. milliũ
leucarũ; salutis tñ animarũ gratia labo-
res, & pericula p̄ Ecclesia Dei adita qui-
uis delicias esse p̄suasũ habere debet. Si
Deus voluerit, Franciscus vnã cū Paulo
huius narrationis authore, aliisque duo-
bus Iapanensibus Christianis, & tribus
Societatis nostræ fratribus, circa Aprilis
initiũ se ad Iapanensem nauigationē ac-
cingēt. Post bienniũ intelliget R. T. oĩa
quæ in ea insula ad gloriã Dei perfici po-
terūt, fauete Christo Dño nostro, qui est
benedictus in secula seculorũ. Amen.

P. IGNA-

Multis in
Europã
lata sua in
terra do-
fodiunt.

Paulus Sã
fidius huius
narrationis
authore.

P. IGNATIO A LA-
iola, Generali Societatis Iesu,
Melchior Nunes
zius.

Pax Christi. & c.



UPERIORI mense Ia-
nuario anni Domini 1554.
de statu rerum Indicarum,
item quid diuina bonitas,
per societatis alumnos, his
in locis operata sit, ad T.R. dedi literas:
nunc verò ex multis pauca perstringam,
quæ inspiratione Dei singulari contige-
runt Indis, ex quo tempore M. Gaspari,
piæ memoriæ loco, Indiæ partem admi-
nistro. Sed priusquam institutam nar-
rationem aggrediar, facturus mihi ope-
reprecium videor, si prius nonnulla de
præclaro M. Francisci obitu describam.
Cum igitur esset in portu quodam, cui
nomen San Choam, conuenit cū quodã
nauta Chinesi, vt nauigio in ciuitatem
Canthanam veheretur, qui trecentorum
aureorum piper, quòd eleemosynã no-
mine acceperat, pro nauulo erat numera-
tus. Fecit id quidẽ libenter, atq; mer-
catori duso.

Follet B.
P. Francis-
ci mortem
narrat ep̄i
iola hac.

P. Francis-
ci 300. au-
reos nume-
rat p̄ nau-
ulo ad Sin-
nas vehe-
duso.



catori vniuersum piper transcripsit, ob
 præsentissimum in quo ambo versaban-
 tur, cuiq; sese obiiciebant, vitæ discreme.
 Lege enim apud illos cautum est, vt
 hominum quisquis inuexisset externû,
 mulctaretur morte. Verùm tanta erat
 huius Patris charitas, ac pius animarum
 zelus; vt tametsi compertissimum ha-
 beret sibi subeundos esse vel perpetuos
 carceres, erumnas, captiuitates, vel ex-
 quisita demû mortis supplicia: tamē hæc
 ipsa pro nihilo duceret, modò destinato
 sibi frui posset sine, & ex amplissimo
 Chinesi regno nonnullos ex tyrannide
 diaboli Christianę posset adserere libera-
 tati. Neq; diuina illi defuit bonitas. Nā
 pro ingenti quem gerebat spiritu, per
 mille pericula, & labores progressum de-
 dit Deus Opt. Max. vt vel nonnulla fru-
 menti grana Chinæ solo commissa tan-
 dem aliquando, qui ipsum essent secu-
 turi, patribus fructû darent centesimum
 & millesimum: neq; minus ipsius mors
 fuit clara, glorięq; plena, quàm fuit ipsius
 vita propter raram pietatē suspicienda.
 Etenim in portu adhuc, & nauis exi-
 stens, cùm intelligeret resolutionis iam
 suæ instare tempus: in cubiculum sece-
 dens,

claramors
 Francisci
 Xauier.

Dira Si-
 naxū lex
 in exter-
 nos.

dens, tota se ibi die, ac nocte precibus
 duntaxat intentus continuit. Crebra e-
 rant suspiria, vocalēq; (quas vocāt) ora-
 tiones assidue ab iis, qui ante fores præ-
 stolabantur, audire. Torum hunc in mo-
 dum, solus cum Deo solo diē, noctēq;
 cōsumens. Postero die affectū se admo-
 dum valetudine esse declarauit, & nec
 tum quicquam sumere volebat cibi aut
 potus. Tertio à morbo die, cū & ad-
 modum ingrauesceret, nihil præter pia
 ad Deum colloquia, & vota licebat au-
 dire: sub mediam noctem ipso Diuę Bi-
 bianæ festo, quod 2. Decembris incide-
 rat, post legitimum vsq; ad finem certa-
 men beatū creatori suo reddidit spiritū.
 Lusitani autem, qui tunc aderāt, corpus
 opertū calce plurima feretro imposue-
 runt, & non procul à mari vestitum, at-
 que ornatum superpellitio, & stola ma-
 nibus in crucis formam compositis se-
 pelierunt. Exacto verò trimestri, dua-
 busque hebdomadis, cū nauis eadem
 Maluccam rediret, Lusitani pro pio in
 eum affectu captantes consilium, sepul-
 chrum inuisere, ac corpus, si grauis non
 obstaret odor, Maluccam trasportare cō-
 stituerunt; vt in Christianorum templo

Calce ope-
 tus sepelias-
 tur.

sepe-

sepeliretur: visunt igitur sepulchrum, atque corpus ab omni corruptione adeo integrum inuenerunt, ut etiam ipsa facie præ se haud obscura ferret vitæ signa, atque olfactui gratum spiraret odorem, tantum abest, ut quicquam vel arrosum sit de corpore, vel (quod præ cæteris humanis vsu venire solet corporibus) vllâ redderet graeolentiam, præter eam quæ naturalis est calci. Si quis odor afflabat, foli⁹ calcis is erat. Verum, ut certius adhuc illis de rei euentu constaret, vlnusculum brachio quod instar viuētis carnis, quod-que grati sit odoris, infligunt: quin & vestes quibus S. P. inuolutus erat, ne tantillum quidem senserunt corruptionis. Spectatores igitur, inter quos nonnulli erant Christiani, ipsique fauētes impēsē, ppter nouitatem miraculi inter admirationē, & gaudium suspēsī, tandem vnanimi cōsensu decreuerunt corp⁹ Maluccę inhumandum esse, verum quod illustrius cōstaret oībus illi⁹ loci hominibus sanctissimi huius Patris *αποστόλου* atque præ cæteris qui eius summus aduersarius habebatur, Præfecto vrbis: permisit Dominus Deus, ut priusquam iusta catholico celebrarentur more, Malaccensium sæua consuetudine exanimum

Corp⁹ gratum spirat odorem. vestes, nec caro sentire calcis vim.

num corpus in perexiguum tumulum coniectum pistillo contunderetur, cuius etiamnum hodie nonnulla cernere est vestigia. Sed in eum locum cum Societatis nostrę quidam Emanuel de Thauora, venisset, cui præceptum erat, ut priusquam in Indiam rediret, tum Chineses, tum Iappanenses visiteret: hortatu quorundam amicorum corpus è sepulchro eduxit, omni ex parte planè integrum; tamen si contusionis vulneribus confauciatum, etiã suo cruore locum conspersisset, ac si recens planè foret sanguis. Magna ergo (ut par erat) veneratione, adiuncto sibi quodam ex nostris socio, qui quindecim antè diebus è Iappania (quod amandatus fuerat propagata iam sibi Christianitatis cognoscendę causa) redierat Goam, in loco quem legatus Proregis Indiæ ad Regem Chinæ missus, fieri pro suo quo erga P. F. ferebatur studio, mandarat. Loculus verò erat tum intus, tum foris purpurea obtectus, peristroma quoque addiderat aureum, eiusdemque materię puluinar capiti subiectum. Mox vbi intelleximus nauem quæ corpus ipsum deferret Goæ proximam esse, in lembum deponi iussi; ut eò citius, quod tardiusculè ferretur nauis

Honor. S. corpori exhibitus.

navis ad littus appelleret, id ipsum exemplo Thomæ Apostoli prouocatus, vt & viderem, & palparem, contractarémq; manibus, quod in vulgus de ipso ferebatur. Nam si nos in admirationem duxit id quod passim spargebatur, an non longè amplius nos id commouit quod vidimus? Quamuis autem menses quindécim mortuum fuerat corpus calce operatum, & in terra defossum, tamen perseverabat adhuc delicata, ac mollis caro, eodémq; vigore citra omnem corruptionem, qua vel à calce, terra, aut etiã vermibus nunquam non contrahitur permanens, odorem spirabat suavissimum. Demum die Veneris ante Dominicam Oliuarum, qui fuit 16. Martij, Goam apulimus, vbi in littore Prorex cum tota Indiæ nobilitate, clero, societate, quam vocant misericordix, ac vniuerso populo, nostrum expectabat aduentum. Postquam autem è naui depositum est, nos, qui è societate eramus sacerdotes, humeris subeùtes in eodem loculo ad monumentum à nostris ad id comparatum sublimiori in loco, quo omnibus magis esset conspicuum, deportabamus: vbi verò ad templum ventum esset, Prorex ad genua

Corp^o sub terra calce operu^m 25. mēsb^{us} incorruptum gratiæ & permansit odoris.

Veneratio sancti corporis.

Prorex genua pronus se deuoluit, & loculū osculatus est; deinde eodem venerationis officio totus populus corpus sanctū est prosequutus. Quantum mihi coniectura consequi licebat, videbatur esse in templo supra quinq; aut sex hominum millia, qui ita pio adsciebantur desyderio; vt relicto templo nō prius se auelli paterentur à sepulchro, quàm ipsis corpus spectandum proposuissemus. Necessitati igitur cedentes ostensum est corpus: tanta verò extitit deuotio, religioq; huius populi, & admiratio, vt nihil vnquam me vidisse meminerim, quod tantopere ad gratiarū actionem nos inflammaret. Alij flebant, alij pectus tundeant à Deo veniam peccatorum postulant, alij tantò molimine nitebantur suis rosariis corpus contingere, vt etiam templi cancellos frangerent, nullum pedes ipsius osculandi finē facientes. Sanè eò spectare populi pietas videbatur, vt nisi in re presenti nos adfuissemus, metuendum foret, ne corpore in minutissimas particulas discerpto, sibi quisque aliquid raperet; quod reliquiarum loco asseruaret: neque ante diei Dominicæ noctem mediam, præ nimia populi frequentia, in mo-

Prorex corpus B. flexis genibus honorato.

Populi erga s. corp^o pietas.



in momento illo potuit collocari, aut templum claudi. Die sabbati religiosi duo Franciscani templum nostrum adeunt, & sacrificium Misæ, non tanquam defuncto Requiem præcaturi, sed honorem exhibituri, gratiasq; acturi Domino Deo, de beata Virgine cecinerunt. Die porro Veneris, qui hoc sabbatum proxime antecedebat, summi templi Canonici de sancta Cruce solènia fecerant Misæ, suo testimonio comprobantes, quod quidem M. Franciscus his in locis illustria crucis statuerat trophæa, ita per eandem cælos conscendisset, unde sacræ cruci meritos etiam deferebant honores. Neque miror populum vna voce sanctum corpus conclamasse, quia et si vita, virtutumque magnitudo argumentum spiritus sancti gratiæ in eo abundantis ostenderent, viderè tamen humanum corpus, naturæ suæ præ reliquis animatibus obnoxium corruptioni immersum calci, quæ carnem exedit, & ossa vi sua comminuit, non labefactum esse, non conuultum, aut dissipatum: neque vel tantillum odoris contriti totis quindecim mensibus contraxisse, vniuersum proculdubio naturæ ordinem

Canonis eorum de defuncto testimonium.

nem, & vires superabat. Plurima de eo post mortem innotuerunt, quæ dum viueret, occulta manebant. Religiosus quidam instituti D. Francisci, P. Ioannes Derius, vir integerrimæ vitæ, qui nonnunquam P. Franciscum comitatus fuerat, antequam religioni se mancipasset: vbi tâta gloria fulgere ipsius corpus vidit, dicere cœpit: Quandoquidem diuina bonitas M. Francisci sanctitatem palam mundo ostendit, volo & ipse aperire, quæ nulli vnquam mortaliû communicauit. Erat (inquit) piæ memoriæ Franciscus dono prophetiæ donatus: nam cum aliquando piis cogitationibus quibusdam immersus essem, easque ne illi quidem reuelarem; omnes mihi sigillatim per occultam Dei inspirationem cum lachrymis religiosus P. edissererebat. Vicarius item S. Thomæ, apud quem M. Franciscus hyemauerat, mihi, & cunctis aliis dixit se id certò scire, virginitatis dono ornatum eum esse, quod cum ipsi à confessionibus fuisset, potuit asseuerare: mulati quoque eum constanti sermone affirmabant in Cômorin promontorio mortuum quendam ad vitam excitasse. Ad hæc frater Paulus sanctæ fidei Iappanensis

Sæpi post mortem clarent.

P. Ioannis Derij Franciscani de P. Francisco testimonium.

Vaticinandi spiritus præditus esse videtur pater Franciscus.

Mortuum ad vitam excitatur reuocasse pater Franciscus.

sis mihi pro re verissima adfirmavit, qui sæpius patri comes itineris fuit, quod cœco lumen restituisse; reliqua breuitatis studio prolixius scribere superfedendum duco: quod Proregis consilium sit ipsius gesta integræ seruare historiæ, atque ad Regem mittere, cuius rei negotium, Vicario generali commissum est. O beatum patrem, & benedicta vestigia itineris, periculatorum, laborum, quæ subiit: quandoquidem non solum id est promeritus, ut animus gloriæ æternæ felicitatē cōsequeretur; sed etiā in corpore idem elucescat; tot signis antea vitæ integritatē, & innocentiam comprobantibus. Speramus, quod tamen ille dux noster, & antesignanus in Chinæ ingressu obierit: non tamen futurum ob hoc, ut pedem inde referamus; quin potius nos suo exemplo eriget, & animabit, ac diuino iuuante numine, si R. T. in hanc prouinciam operarios nonnullos ad eam rem perficiendam accommodos mittat, nos quoque, Deo dante, pari animi robore rem ut difficillimam: ita & præclarissimam prosequamur. Etenim si Dominus tanto præmio affectit eum, qui tenebatur solum ingrediendi Chinam desyderio, cum non sit ingressus

ingressus: non minori eos successu, præmiisque dignabitur, qui penetrarunt, modo digna exciterint diuinæ bonitatis instrumenta. Quapropter necesse est, ut huc veniant aliqui spiritu magno præditi, qui perruptis regni repagulis, nobis sint adiutores, ad subiugandum fidei Euangelio agrestem planem, ac ferocem inimicorum fidei Christianæ, refertam regionem. Spes est ut fructus amplissimi: ita labores periculis coniuncti subeundi sunt plurimi, siquidem his in locis conuersionis principium multis est difficultatibus obnoxium, quod ante nos M. Franc. in Iapania expertus est, qui, quæ erat eius humilitas, hæc pericula semper cœlauit. Iste ager adeo est ad cultum aptus, ut potius ad colligendos ipsius fructus, quam nostra industria parandos, videamur. Rex etenim Amagnicensis apud quem est P. Cosmas Torres, & Duardus Syluius: item Rex Bögësis, cui ut fidem persuadeat, operam dat P. Baltazar Gagus, & Ioanes Fernades: item Dux Firandësis ad Dominum Alphosum Proregem præterito mense Aprilis literas dederunt, se iam demum veritatem agnoscere, & probare, legem scilicet conditoris vniuersi, quam nostri ex

Reges, principesque ad fidem nostram prouerserunt.

ultimis terræ finibus aduenientes ipsi denunciârunt. Rex autem Bonganus facile Regum Iapaniæ opulentissimus ad Proregem legatum cum literis, & muneribus misit, quibus declarauit se teneri desiderio, tum vt Christianus efficiatur, tum vt amicitia cum Rege Lusitanie potentissimo iungatur. Arbitratur enim nullius gentis adeo esse nobilem Regem, ac Christianorum, vt qui & virtutibus sit illustrissimus, & opes si spectemus, longè potentissimus. Quamobrè & se beatum sperabat fore, si cum eo sibi fœdera amicitia constarent. Fatetur se non longè abesse à regno Dei, ac se vno tantū impedimento retineri, scilicet timoris humani, què subiecta sibi incurrit nobilitas, quæ suo absque consensu fas non esse arbitratur Regi nouam admittere religionem; recipit in se nullam fore morâ simulatq; Principum aliqui Christianorum sacris fuerint initiati. Iapanenses adeo sunt bona indole, & ingenio præditi, vt nonnunquã audierim ex M. Franc. se in toto orbe nusquã inuenisse homines magis rationi obsequentes: Qui ad Christianismū sese cōferunt, quorum supra quadraginta millia existit numerus, neque

*Iapanēses
rationi ob
sequentiſſi-
ſſimi*

neque vllius compendij ratione, neque vt militiæ præfectis sint cōmendatiores inducuntur, multò minus vi aliqua cōpelluntur: sed vtrò, & cum recto ratiōis iudicio, ad veram cognitionē legis Domini nostri Iesu Christi veniūt, quorū animos gratia sua Dominus ornat, vt verbum suum audiant, & Dei sapientiam quæ illis nunciatur per Patres Societatis intelligant. Rationes, & argumenta rerum optimè capiunt, & respondent interrogationibus sibi propositis ingeniose; si qua de re addubitent, cum modestia rationibus additis institui se desyderant. Iam verò postquam euidētibus argumentis edocti sunt, falsas esse opiniones, & errores diabolicos, in quibus hætenus versati sunt, & contrà legem Christi esse conformē omnino legi naturali, haud inuitos patiūtur se ad Christi fidem traduci. Cùm verò sacro ablatis sunt baptismate: ita gratia Christi in eis redundat; vt maximo seruore aduersus Ethnicos parentes suos, & familiaritate iunctos disputent, euincantque ipsorum fidem falsam esse, & fictam; nostram verò veram, & synceram. Sunt nulli qui cùm non possint nostram fi-

*Ingeniosſi
Iapanēſes*

*Feruoſiſſi-
ſſorum, &
ſtudiū in
christianis*

dē rationibus tueri, ab armis (nisi à nostris prohiberentur) non abstinerēt. Audiui sapenūm ex M. Francisco eo se nomine solari, & plurimum se operæ precij percipere, quod nouorum in Iapania Christianorum is sit fidei feruor, vt si res ita postulet; citius certè occumberent morti, quàm Christi legem desererent. Nobiles plerique, & omnino ex primariis plurimū fidem Christianā suscipiūt, & quò quisq; est maiori intelligentiæ acumine præditus: hoc ad fidē (quòd ea gens sit doceri cupidissima, ac libenter bonis cedat rationibus) conuertitur facilius. Rex, qui in Bungis imperat, Societati arē assignauit amplissimā planè edificandis domibus, Ecclesia, hortis, aliisq; rebus necessariis accommodatissimā, cui & id cōcessit priuilegij, vt null⁹ eo in loco capite plecti, nec quidē in vinculis cōiici possit. Præterea liberā fecit oibus citra noxā ad nostrā religionem cōuolandi potestātē, seueras addēs cōminationes suppliciorū iis, qui patribus nostris legē veritatis nunciantibus perrexerint esse molesti: vel qui sua ipōte ad Christianismū sese conferunt, sint impedimento. Eadem priuilegia

Rex

Constātia
Christiana

Rex Bungs
gi in Soci
etatem li
beralitas,
de pietas.

Priuilegia
cōcedit col
legijs Soc
iet.

Rex Amalucensis iā cōmemorati Regis frater, cōcessit, quibus, q̄ latè suum patet regnum, vt amur. His, ac aliis de causis sunt quidā ex nostris Sacerdotes in Iapaniam profecti, vt his de rebus certius aliquid cognoscerent: & si quis defectus esset operariorum in tam ampla mensis copia, suam quoque ibi operam nauarēt, id quod nos, cum plerisque rebus aliis, quas breuitatis studio prætermitto, incredibile est quantum nos ad profectiōnem in Iapaniam suscipiendam inflābat, eoque magis, quòd paulò antè inuulgari cōceptum fuerat propter inspectam M. Francisci mortem, de feruore populi, necnon Ethnicorum conuersione plurimum remitti. Sed alia ex parte me interitus M. Gasparis, & Emanuelis Moralis, & P. Urbani detinebat; cum fidem in India iam florescentem necesse quoque erat ad maturitatē perducere. Præterea, quamuis non longius abeundum esse videbatur, quoad diuina clementia suę volūtatis aperiret sententiā de profectiōne in Iapaniā instituenda; & vbinā locorū maior fructus sperandus esset, aliquot tñ rationes euāgelizādi Iapanēsis me ad illud iter ingrediendū incitārūt.

O iij Patrum

Regis Mā
lucensis in
religionē
animus.



Patrum omnium mens, & voluntas M. Francisci nostri Prouincialis ea erat; vt ego in Iapaniam concederem, existimantis in literis eruditionem plus adiumenti, & vtilitatis Iapanensibus, quàm Goanis allaturam; quòd talis sit populus, qui de rebus singulis rationes poscat.

Otiū fugiēdū, labor vero crucis amplectendū est.

Deinde exemplum Ducis præeuntis, & superioris nostri M. Francisci me quoddammodò ad id impulit; qui cum potuisset Goæ cum fauore, & beneuolentia Principum in otio quiescere: fugit tamē, labores potius, quàm quietem: pericula, quàm securitatem: & crucem quàm delicias amplexans, inuisendo 12. annorū spatio, quibus in India fuit, Comorinum, S. Thomam, Maluccum, Amboinum, insulas Diomorinas, Iapaniam, Chinam; mihi verò cui (tametsi inutili, & indigno suum onus imposuit) cum non viderer officio meo satisfacere, quo erga diuinum honorem quærendum, & pro Societatis nostrę instituto, ad salutem proximorum promouēdam, obstrictus sum, si Goæ manerem maximè, cum illi sit ita prospectum, vt mihi persuadeam neminem illic salutis suæ (cum per præconum

num Euangelij istic locorum abundantiam populus non infeliciter sit institutus) iacturam facere posse. Veruntamē licet me occultis quibusdam stimulis à Deo illic vocari sentiebam: attamen nō nimium mihi sumēs, aut plus æquo confidens; quò maiori securitate, animique tranquillitate negotium à me attentari posset, quid fieri conueniret. Iudicio P. Pauli, & M. Baltazaris Diazij, & quorundam aliorum cōmisi, per quos mihi Dominus (vt speraueram) suam declarauit voluntatem, dum meum propositū ab omnibus, etiam Prorege, qui mihi vitaticum subministravit, vnanimi probatur consensu. In Iapaniam igitur læto animo, populo Goēnsi profectiōe comprobante, quòd sperarent ei genti in magnū salutis commodum cessuram, me accingo. Accedit eò quòd Dominus Deus animum impulit familiaris cuiusdam M. Francisci, qui Ferdinandus Mōtis maioris dicitur. Is quum in bonis decem aureorum millia haberet; die Dominico, quo Euāgelium est de bono pastore, diebus octo ante nostrum in Iapaniam discessum, cum fortè fortuna ad heremitorium quoddam properarem B. Virgini

Nemo sibi fidat facile

Contēptus diuitiarū ppter euāgelium.



Virgini à gratiis vocantem, consecratū, se mihi comitem adiunxit; B. Virgini 50. aureos oblaturus in erectionem ædis sacræ. Virgo autem sacratissima, veluti mater misericordiæ, tam vberem à filio suo illi gratiam impetrauit; quum de Deo, rebūq; spiritualibus, mira deuotionis, charitatisque feruore vnā colloqueremur: vt voto se ibidē obstringeret, (quantumuis temeritatem veritus, ne curatione faceret, prohiberem) ad corpus, animam, fortunāsq; omnes, ipsam denique vitam in Dei gloriā, proximorūq; salutem libenter impendenda. Vir est submissi admodum animi, & cui, vti confidimus, diuina bonitas amplissima gratiarū dona tribuet. De rebus suis ita disposuit; vt sororibus, fratribusque germanis in Lusitania commorantibus duo aureorum millia miserit; reliquam pecunie summam in eleemosynas erogauit. Existimo enim eum in Iapaniæ professionem amplius 4. millibus expendisse, tum vt munera quædam emeret, quibus beneuolentiam, & amicitiam Regū ac Principum aucuparemur; tum vt in præcipua Iapaniæ ciuitate templum, in quo honor, & amplitudo diuinæ ma-

iesta-

iestatis in sublime tollatur, & crescat, erigamus. Cūque in notitiam Regis Iapaniæ peruenerit, eò quòd in ipsius ditione, & China 14. annis mercaturæ operam dederit: legationem Proregis Indiæ nomine ad Regem Bungensem obit: ad quem & præciosissima munera habet nomine Regis Lusitaniæ, qui nō parum, vt speramus, erit adiumento in professione ista suscepta. Ferdinandum hunc Mendezium nobilium adhuc in morem purpuratum, quòd legatione fugatur ad Iapaniæ Reges, quibuscum ipsi de grauissimis rebus tractandi incūbit cura, R. tua Christo Domino cōmendare non cessabit, etiam hoc nomine, quòd in sodalitiū nostrum, ac inter fratres Societatis sit admissus. Admirationi profectò futurus est multis, quando non solum verbo, sed etiam exemplo vitæ, cernent eum, quē aliquando beatū propter opes prædicauerant, contemptum mūdi ostēdere, ac nudū Christum nudē sequi, qui paulò antè mollibus vestiebatur, vt vel sic intelligāt maleuoli, nos nihil præter Dei honorem, ac lucrum animarum querere. Qui in Iapaniam proficiscimur, sumus duo sacerdotes, P. Gasparus Vilella,

Regis Lusitaniæ legatus ad reges Iapaniæ



Vilella, & ego: item quinque studiosi, Melchior Diaz, Antonius Diaz, Ludovicus Fruys, Stephanus Gois, & frater noster Ferdinandus Mendezius. Hos enim elegimus, qui ut virtute maiori ceteris præstant, ita magis idonei ad discendam linguam Iapanensem videbantur. Abducimus quoque quinque ex iis orphanis, qui Goæ curæ nostræ subsunt: commodum enim videbatur, Proregi, & Patribus nostris; ut edocti linguam Iapanensem possent esse loco interpretum nostris, qui Roma ad Gætium conversionem, & amplissimorum Iapaniæ regnorum sunt aduenturi. Patet verò in longum uniuersa Iapania 600. miliaria. Ex his adolescentibus delectum quoque fecimus talè, ut eos potissimum adsumeremus administratos, qui virtutù iudiciisq; naturalis præsidio ad recipièda diuina charismata specimen præ reliquis illustrius præ se ferrent, & ad institutù quod aggredimur, magis idonei viderentur. Illud profectò admiratiõe dignù, quòdque homines ad Deum laudandù prouocet, cernere scilicet alacritatè, & promptitudinè horum oim, quos nobiscum abducimus, & alia ex parte eorum qui in nostro

Vastitas
Iapaniæ.

stro, & orphanorù Collegio relinquuntur, lachrymas intueri, quòd laborum, & discriminum non possent esse socij. Ex primariis quoque ciuibus plurimi vnà congrederi expetebant, mundi delicias, seruire Christo, posthabentes. Atque adeo tantus erat eorum feruor, ut tantum non viillata, nos compellerent, ipsos in Euangelij expeditionem admitti. Quidam soluisse nos aduertens, ac celeri vestigio cõsequens, cum in nauim cõscendisset, summis contèdebat ne à nobis in continentè remitteretur. Nonnullæ præterea antiquæ matronæ virtute, & generis nobilitate clarè: mihi ante discessum supra modum importunè extiterunt, ut finere & ipsas nobiscum in Iapaniam nauigare, suam optantes operam mulieribus in Iapaniam conuertendis impendere. Ex Goa præcipui nobiles cum cernerent planè sibi per nostros in Iapaniam traiciendi negatam iri potestatem, muneribus expugnare nos attentabant, quibus Regum, Dominorumque gratiam tum nobis, tum nouis ad fidem nostram cõuersis demereremur; ut vel beneuolentiæ signis minus auersarentur fidè Christianam. Deus Opt. Max. verum illis lumen

Laboris,
et discrimi-
nis pro no-
mine Chri-
sti deside-
rium.

Matronarum
animus ad
euangeli-
zandam suam
sexui.

lumen cōcedat, vt impuro Deorū cultu repudiato, veritatē agnoscētes in Iesum Christū Dei filiū credāt. Cēterū (quod fortē prius dictū oportuit) cū Goꝝ nos ad portū conferremus; pleriq; ciues omnes nos deduxerunt, quibus simul cum valedictione mutua, ingens obortus est lachrymarum imber; sed priusquā conscenderemus ad Beatam Virginis Choanam ibamus omnes: vbi sacris peractis, cum inuouatione votorum Deo ab omnibus agebatur gratiæ, ac prosperitas in suscepta iam peregrinatione petebatur. Porro quemadmodum hoc primo die diuina ipsius bonitas nos haud vulgari suauitate consolationis, & spei refecit; ita speramus futurum deinceps;

*Quid sibi
proponere
debet eū
zelizans.*

*Vbi verū
Christi ob
sequium.*

vt ad maius meritum multis nos obiciat difficultatibus, ferrēque pro suo nomine labores plurimos, ac sub iunipero sanctæ Crucis tribuat quietem: nam in periculis securitas, in laboribus quies, in miseris gloria, in conuersione infidelium verum Christi obsequium inuenitur, idque citra omnem inanem gloriam, fauorem, lucrūque humanū. Etenim hīc purus diuini honoris amor, & salutis animarum desyderium exercetur.

tur. Hīc tribulationes, & labores non permittunt in obliuionē venire iustitię, bonitatisq; diuinę; hīc infidelium contradictiones, fidei, spei, & zeli diuini faciunt incrementum: hīc certa spes præmij, & coronę, & vberimus animarum fructus: hīc postremò quò magis desunt humanę consolationes, & præsidia; hoc copiosius ille nobis adest consolator sanctissimus. Ac demum si his in locis Deus martyrij gloriā non querentibus tribuit, quantò magis expetentibus eam est concessurus. Germanum fratrem nostri fratris Ferdinandi Mendez, cū cepissent Mauri regni Burḡani, quod est vltra Malaccam, neq; possent blāditiis, & pollicitationibus inducere, vt Maurus fieret, variis tormentorum pœnis attentarunt, si quid haberent virium compellendi. Principio alligatū arbori tormēta bellica ter, aut 4. in eum exonerauerūt frustra, cū illū ne attingerent quidem. Neque idcirco finem fecerunt suę crudelitatis, quin potius in eum B. Virginis præsidium inclamantem, non antè destiterunt sæuire donec machina bellica medium traicerent, gloriosumque martyrem propter constantem fidei professionem

*Martyriū
Mendezij.*

fessionem constituerent. Iam verò in
 Tantana, quæ est ultra Malaccam, quæ
 etiam nobis iter faciendum est, cùm
 Mauri Lusitanum cepissent, neque eorū
 hortatu, ac impulsu vellet Christi reli-
 gionem abnegare, eligens potius mori,
 quàm propriam salutem cum fide dese-
 rere: illi amplissimos obtulerunt hono-
 res, & copias; si Maurorum sequax esset
 religionis. Quem cùm viderunt ea esse
 animi constantia; vt non posset istis ho-
 norū, & fortunæ ludibriis cōmoueri, ne-
 que latū quidē vnguē à sua sentētia trās-
 uersim agi: illum ex arbore in quosdam
 palos acutos, humi defixos præcipitem
 dederunt, quibus infixus nomen Iesu
 continenter inuocabat. Impij verò à cō-
 fossi facie pellem detraxerunt, manus,
 pedesque vnguibus spoliarunt: neque ea
 crudelitate exatiati, gladio quoq; illi vi-
 scera aperuerunt, & eduxerunt, quibus
 tormenti generibus tridui spacio cruder-
 les recreati carnifices, Lusitanus nihil
 præter suauissimum nomē Iesu ingemi-
 nabat. Erubescite Sîdō, ait, mare. Alij sunt
 etiam plurimi hîc martyres, qui fortē
 dū nō martyriū querūt, tñ dignatur Deus.
 Quid igitur agimus, quid moramur? ve-
 niunt

*Aliud mar-
 tyriū cru-
 delissimū.*

*Alij plures
 martyres.*

nūt ab Oriente, & Occidente, & sedent
 in regno Dei cum Abraham. Quid nos
 detinet, quamobrem tam illustres victo-
 rias, atque triumphos nobis eripi patia-
 mur. Hîc oves Iesu Christi vagæ ferū-
 tur, quòd non sunt pastores, qui in vnū
 ouile cogant. Venite Patres, & fratres
 charissimi, vel tanquam pastores, vel tā-
 quam mercenarij: quia merces amplif-
 sima est iis proposita, qui aucto ouium
 grege, sic in vnum ouile compellunt, vt
 vnum eundemq; cognoscant pastorem.
 Expendite quæso quàm vasta sint Ia-
 pania regna. Considerate quàm ampla
 sit Chinenfis ditio, vt quæ amplitudine
 Christianum superet orbem. Hanc me-
 ritorum in eos coronā benignus Deus
 Societatis nostræ Patribus videtur re-
 seruasse: vt qui obedientiæ sacramento
 eò missi fuerunt, illos in fidei explica-
 tione erudiant, atque iis de rebus, quas
 humana mens neq; intelligere, neq; cō-
 prehendere potest, informet, vt verbū
 vitæ æternæ audientes, in Christum cre-
 dant, & credentes gloriam æternam si-
 nem nostræ creationis consequantur.
 Verendum patres, & fratres mei, ne se-
 nerè hac de re sit Deus à nobis exactu-

*Exhortatū
 o ad mar-
 tyrium.*

*China reg-
 num am-
 plissimū.*



rus rationem, nisi magna diligentia succurratur illis animis pereuntibus, quos CHRISTVS suo sanguine redemit, præsertim cum nobis nulla non offeratur bene merendi de illis occasio.

Cauete igitur vobis vera desit charitas quæ ad id salutis negotium cumprimis est necessaria. Evoluite animo, fratres mei, quale officium Deus nobis in terrâ degentibus cõmisit; cõtẽ augustinissimum: quid enim esse potest augustius, atq; illustrius, quàm animas Christo lucrificare, & aberrantes oves ad suum pastore reducere; cum de hoc genere officij gaudio incredibile Angeli afficiantur in cœlo. Certè lege Christianæ charitatis obstricti sumus iis opẽ ferre, quos sibi Dominus in his Iapaniæ, Chinæq; finibus delegit. In Iapania verò, & China nulla memoria, nulla extat cognitio Domini nostri IESV Christi. Offeramus nos ipsi Iesu instrumẽta diuini sui obsequij, vt tandem sua dignatione sonus, & Iapanensium eat, & feratur. At necesse est vt insignes eò milites concedamus; vbi à victoria degeneres repellamur. Ab v-

Officium
Societatis
aliorumque
et cetera.

Franciscus
Xavierus
euangelizã
tium in In
dia antesi
gnatus.

be Roma, atq; etiam ex Lusitania opus est veniant milites ad spiritualem pugnam ita instructi, vt post præclaras victorias illustria quoq; statuere possint trophæa. Tales eos esse opto, quales extiterunt Gedeonis milites, vt pauci sint, sed fortes, & in bello acres, atque ex alto stantes bibant quantum satis est, ne animi affectum in res fluxas, & caducas, terramq; abiciant; neque etiam vereatur sua vasa fictilia ad terram illidere, nõ magni hanc vitam ducentes pro salute proximi. Militia autẽ, quia nocturno fit tempore lucernæ accendendæ sunt fidei, & charitatis, quòd periculo non careat bellũ, citra lucem suscipere. Asserant turbas sapiẽtię, verbisq; diuini; vt ante ipsos cuncti hostes visibiles, atque inuisibiles, procumbant; & comminuantur idola, & idololatriæ superstitiones euerentur; nomen verò Domini nostri Iesu Christi illustre fiet, honori ducetur, ac in sublimẽ tolletur, cui soli honor, & gloria per secula seculorum A M E N.

Iudicũ. 73

Anno. 1554.

Filius indignus Melchior.

P LITERÆ

¶ LITERÆ PATRIS AN-
tonij Quadra ad Patrem Ma-
gistrum Mironem.

Gratia, & pax Christi. & cæt.



HX literis ad Coimbricen-
ses missis T. R. facile in-
telliget nostri itineris ra-
tionem. Nunc iis de rebus
te certiolem faciam, quæ,
ni vehementer errem, cum propter vo-
luptatem quam adferunt multiplicem,
tum etiam consolationem, quam afflictis
animis subministrant incredibile, dig-
nissima erunt cognitione. Igitur cum
Præfesto classis eadem vehebamur nauis,
in Goensem urbem 9. Nouemb. appuli-
mus: quæ res ciuibus tantæ fuit lætitiæ,
vt nos non secus, quàm salutis suæ acci-
perent authores, & studio, obseruantiaq;
prosequerentur singulari. Sanè (vt inge-
nuè fatear) adeo corroboratur in fide hic
populus, ex Patrum Societatis laboribus
qui huc commigrarunt; vt mirari desi-
nam, si quæ de nobis habetur opinio, &
existimatio, tantum eam vincat, &
rètq; quæ alibi est, quantum labores, &
difi-

difficultates his in locis maiori cum fru-
ctu existunt, quibus desudantur, gratio-
res. Nam hic beatus M. Franciscus in
hac prouincia moratus est, cuius virtus,
& opera tâta, & etiam labores quos per-
tulit, tanti extiterunt, vt sim nescius, pos-
sitne quispiã labefactare, & euertere, qd
Deus Op. Ma. per ipsum statuit, ac erexit.
Nam beati P. Francisci tanta in hisce
partibus viguit virtutum omnium præ-
stantia, tamque præclara operum me-
rita, laborumque exantlatorum sudores;
vt nescius sim planè de ipsius in Deû pie-
tate, atque religione, quæ mihi comper-
ta sunt, sicut & varij, multitudinèque
innumerabiles labores si inuulgarentur,
non dubitem complures in summum
stuporem conuicièdos. Etenim pedibus
in Iapaniam cum iter faceret, atque me-
ditationibus mente in Deum adeo ele-
uata: vt haud infrequenter contingeret
in truncos grauitè impingere, sic vt
etiam vestium suarum partes laceratæ
adhærerent. Semel in horto nostro dum
inambulare, atque à fratre quodam
domestico, quid rerum ageret obserua-
tus, in Deum esse deprehendebatur ra-
ptus: sed ad se rediens veritus ne à quo-
quam

B. P. Frã
cisci Xap
uierij laz
bores exi
mij, & vir
tutes.

Raptus in
Deum.

quàm cerneretur, manu admota pectori dicebat: Domine sit satis, nihil quæso amplius. Constat etiam multorum fide dignorum sermone, qui que domesticam cum eo habuerunt consuetudinem, eum etiam somni tempore, cui parum tribuebat, crebra erat edere suspiria eiusmodi: O bone Iesu, ô Domine, ô Creator mi: ac eius generis pia, variâque vota. Quanto tempore in nostro versatus est collegio, se tota nocte in secretiorem locum oraturus recipere solebat, ex quo venerabile sacramentum cōspici poterat. Interdum cum nobiscum versaretur, sepe numero diuino gratiæ sensu abundare visus est, & cœlitus demissa recreari cōsolatione; vt secedere interdum, ne id fratres perciperent, cogeretur. Ab oratione semel egressus, latus fratribus quibusdam vaticinando dixit: anno sequenti tristitia ad nos è Lusitania adferetur nuntia, quemadmodum & euētus cōprobauit. Tantoperè animo collectus, & apud se erat, vt etiamsi cū hominibus familiariter admodum versaretur, deq; rebus humanis promiscuè sæpè tractaret: nihilominus in eo tantam inesse spiritus vim sentiebat; vix vt vllus in faciē eius oculos

*Eucharistie veneratio.
Diuina cōsolatio.*

Primi fundatoris societatis Ignatii mortem prædicat.

los conicere obseruationis ergo, qua eū prosequeretur, auderet. Germanus frater meus mihi nūciauit, qui frequēter terra, mariq; cū eo longissima emensus est itinera, se vidisse in naui ab hora noctis prima, vsq; ad diei crepusculū semper ipsum orationi institisse. In eade D. Thome cui addictissimus erat, certò scimus eū diuino numine afflatū totas noctes nunquam insomnes duxisse. De mon pro sua petulantia, cum semel in illum irruens fistibus percussisset: haud tamen valuit abrumpere ipsius orationē, quoniam diuina frueretur consolatione; demum verò superatus turpiter abiret. Demum tantam in oratione munere, ac concessu diuino cœlestis gratiæ letitiam sensit; vt non infrequenter exclamaret: Domine plus satis animi voluptatum. Neq; enim in carne consolationes expe tebat diuinas; sed malebat in futuram vitam eas prorogari. Erumnas, & labores tam vehementi affectabat desiderio; vt predicaret se nunquam maiora dulcedinis experimenta percepisse, quàm Malucci, vbi humano, diuinèq; destitutus erat subsidio. In difficultatibus verò cōstitutus cum esset, vnicè à Deo cōtendere solebat,

Pernoctauit in oratione.

A demone impugnat.

Laboris et afflictionis desiderium.

solebat ne iis eriperetur, nisi se forte in maiores, & grauiores transférre dignaretur. Sed & diuina bonitas pio eius morem gerens desyderio, eum in graues multiplicésq; passus est venire calamitates, quæ si accuratè scribendæ forent omnes, dies, chartaq; me citius, quàm materia destituat scribendi. Quo tempore ad Comorinum promontorium sese cõferebat, assiduis affligebatur pœnis.

Siquidem ex itineris, quem habebat, comite, certo mihi constat certius, quòd interdum, noctuque minimum temporis quieti, somnòq; tribuebat, cum ab occupationibus, laboribùsq; præter duas, tresue horas nihil temporis superesset. Quod ad victum pertinet, bidui spacio vix duorum denariorum consumebat panem. In mediis versabatur periculis mortis propter gentiles, qui eum ad necem exquirebant: verùm nocturnis Christianorum excubiis plerumq; fuit seruatus. Quid? quòd semel totam noctem in arbore confidens, cum iugulum ipsius peterent, ac minimo minus confodissent, ipsorum tyrannidem effugit? Grauibusetiam, & permultis cumulatus fuit laboribus, quos Malaccæ (quò quater conce-

Vigilia.

Abstinentia.

Pericula mortis.

fit) Amboini item, & Malucci, & in Morinis insulis Christi nomine pertulit, dum promiscuè adultos, imò & pueros, quos aris sonitu quotidie conuocabat, partim concionibus, partim doctrina Christiana instituit. Audiendis insuper confessionibus, colloquio à peccato auocandis; infirmis in xenodochio curandis, tum spiritali colloquio eos solans, aut iis opem ferens, qui in extrema cum morte versentur lueta, incredibile dictu est, quàm illi laborum omnium molestiæ citra defatigationem fuerint iucundæ. Et in hunc modum toto die laboribus infumpto, sub vesperam ad xenodochia iterum suam impensurus operam, se conferre solebat, vbi multa obseruatione compertum est, non antè eum ab oratione destitisse, quàm obrepente somno, terræ allideretur, sicque humistratus, paululum somno indulsisse, qui etiam cum ea erat leuitate, vt vel ad minimum ægrotantium excitaretur, eis opem laturus, gemitum.

In nauigationibus, terrestribùsq; itineribus ab eo emensis, graues, & permultos labores non absque periculis, ex inclementia cœli, tempestatum procel-

lis abortis,

Exercitia spiritalia eiusdè in populo conuertendo.



lis obortis, sustinuit, cum etiam semel propter longissimam, tenuemque maris profunditatem vadū ad tria prope miliaria naui adfricaretur clauo, donec in portum subiret. Ter in mari Maluccensi naufragium fecit, tridua in tabula natatione euasit: sed in terram cum appulisset; certius etiam mortis imminēbat à Mauris, qui ipsi insidias tendebāt, discrimen, nisi se in palustribus locis abdens, Maurorum sanguinarias manus declinasset. Ad hæc multis sæpe diebus in summa rerum omniū periclitabatur egestate; aut si quid fortè contingeret, nihil erat securum à suspicione veneni, vel à grauisimis, quæ apud Iapanenses plurima sunt, tortorum generibus. His tamen non deterritus, quocumque tendebat locorum, tamen plerumque vti poterit equorū opera: nudis pedibus quamuis frigore tumore contraxerint, incedere gaudebat. Illud fortasse etiam scriptura non fuerit indignum, quod in Iapaniam cum nauigaret, Deus illum non absque singulari miraculo à telis quibus aliquoties ab infidelibus impetebatur, incolumem seruauit. Tandem omnium suorum laborum finis extitit mors felicissima,

*Ter nauis
fragiū pal-
sus.*

*Egestas
te magna
pressus.*

*Telis impe-
titur.*

cissima, quæ Cantanæ, quæ Chinenſium est ciuitas, contigit. Ante mortem verò Deus ita ipsum solatus est, tantumque æternæ beatitudinis, Deiq; videndi desiderium immisit; vt paululū ante mortē scriberet: quāuis hætenus me vite lōgioris tenuerit cupiditas, tū vt Christo seruire, nomēq; suum apud infideles illustrius redderem, tū hos ipsos ad veri Dei cognitionē traducerem: tamen Christi desiderio ardētī huiusmodi affectus iam emortui sunt, & extincti. Dominabatur enim in B. P. illi, quibus in Deū, vt corā tandem aliquando cerneret, ferebatur. Paupertatē semper studiosissimè est sequutus, cum & in collegio adhuc agēs, non secus atq; mendicus cibi paululum sibi dati rogaret. Neque vnquam nauim alio apparatu instructus conscendit, quā veste, breuiario, & pio libello quodā contentus. Quod cum cernerēt milites (durū alioqui genus hoīum) Christi amore cōmiseratione permoti, & indusiū, & calceos, aliāq; id genus necessaria suppeditabāt. Neq; adeo abiectū illud paupertatis specimen ipsum viliorē, contemptibiliorēq; vectorib⁹ effecit; vt ab oībus maiori reuerētia, obseruationēq; coleretur, ac optimus

*Cantanæ
moritur
P. Frācis-
cus.*

*Paupertatis
amor.*

*Honorata
paupertas
bonorum.*

timus, primusq; locus illi decerneretur. Ut aut superioribus suis fuit semper obsequētissimus: ita etiā pari religiōis submissiōe nō solū Episcopos, suosq; Vicarios summē etiā ad terrā prouolutus, ueneratus est; uerūmetiā pietate cōspiciuos viros, ac aliorū ordinū religiosos obseruauit: quod & ab aliis nostræ Societatis hoībus obseruari uoluit. Erga plebē sic sese cōparauit, Christi insitens uestigii; ut proximorum saluti concionando totum diem; nocte uerò orationibus uacans tribueret omnipotenti Deo. Id sanē ut gloriosissimē, ita & uerissimē prædicari potest, eum in rebus agendis cum hominibus, concionibūque ita ualuisse, ut in altero horum plus ualuerit ad profligandas peccatorum consuetudines haud facile sit periudicare. Receptum etiā consuetudine, cum in hac urbe moraretur, habebat, ut pueros, & utriusque sexus captiuos magno numero in templum nolæ pulsu conuocatos, Christianæ religionis imbueret rudimentis. Porro quod ad Lusitanos, Indolque pertinet; multarum concubinarum (quas libidinis explendæ gratia alebat) nomine suspectos, hunc ferè in modum ad sa-

Obedientia
Episcopis
debetur.

Dies integros
proximo, nos
dies orationi
impendit.

ad saniores studebat reuocare mentē. Nam quos rescuerat tres, aut quatuor alere, eos orabat, obsecrabatque, ut uel vnam saltem relinquerent: quod reliquæ uoluptati explendæ sufficerent abundē. Qua re non difficulter impetrata, post decem, aut duodecim dierum interiectum spacium, rursus eos conuenit, ut vna adhuc repudiata, saltem periculum facerent, paucioribūse consuecere possent. Id quod toties cum illis tentauit, dum exosi turpem, illicitamq; omnem immundiciam, remotis à se concubinis omnibus, castam planè ducerent vitam: in quorum numero vnus erat Lusitanus, qui se plus minus nouem obletabat concubinis. Cū deprehendisset quempiam enormi peccato esse inuolutum, & immersum, ut illius saluti consuleret, se primum illi consuetudine admodum facili, & domestica, nihil diuinarum rerum attingens, coniungebat. At uerò ubi parta erat amicitia, & quæ nonnullius patiens foret admonitionis, tunc oportunè, & importunè à scelere, & turpitudine uitæ abducere, & ad meliorem uiuendi rationem reuocare con-

Graves
peccato-
res con-
uertendi
modus op-
timus.

uerissimè

verissimè quadrare: omnibus omnia factus sum: militibus miles. Ea valebat dexteritate cuiusvis sese accommodas ingenio, citra pietatis, & religionis iacturam in conuertendis enormibus peccatoribus. De perpetratis per eum diuina gratia miraculis constanti spectatorum virorum sermone ferebatur, qui cū eo ad Comorinum promontorium nauigabāt, quā plurimos pristinae sanitati restituerit; depulerit item ab obsessis demones, quodq; rarè admodū orationē dñicam supra agrū orārit, quin eū quoq; eadē oratione curārit. Malacē cū egrotus decumberet, vaticinādi spiritu afflatus Lusitanos de infidelibus victoria potituros prenūciauit, priusquā tñ militū aduentu, pugnāque felici quicquam esset intellectum. Præterea quendam sibi amicum quo die in insula Amboina apud superstitēs esse desierat, in nostro templo precibus auditorū animē ipsi salutē cōmendauit. Iā etiā illud cōstat, q, mortuū ad vitam excitārit. Accepi & à viro Iapanēsi oculato teste, q, ediderit tria miracula admodū celebria. Vnū erat, q, mutō, & paralytico loquēdi, & gradiēdi facultatē cū virium integritate restituerit. Alterū, quod

Qui omnibus omnia factus sit.

Donū sanandi ex gros.

Vaticinatur.

Mortuum suscitauit

Paralyticum, surdumq; sanauit.

q, surdo auditū reddiderit; tertium quòd mutō linguæ vsum donarit. Idēque affirmabat eum hoc nomine in Iapania pluris fieri, quā totius Europæ quēquam. De ipso & illud ferebatur, non esse reliquos Societatis Patres huic similes, ac pares; sed longo post illum interuallo relinqui: cæteri enim vnus tantum interrogationi respondere poterāt: hic vero etiam 10. vel 12. diuersa interrim quærentibus vna cum ratione satisfaciebat. Atque illi hoc genus respondendi non erat infrequens, & inusitātū, quod proculdubio Dei munus erat amplissimū. Ad hæc vir quidam cū exularet, prauisque conscientia stimulis in varia impelleretur facinora, mihi narrauit se ad P. Franciscū tandē concessisse, cui cū suas miseras detexisset, suamque salutē cōmendasset: in Xenodochio à P. excipitur hospitio, vbi persuasus, vt octauo quoque die confiteretur, & sacrameretur Eucharistiam, dicto citius ad meliorem vitæ normam, & frugem peruenit, pacē inter ipsum, partesq; aduersas composuit: postea verò suasis, in Lusitanā proficisceretur, illud vnum enixè cōmendans, vt frequētī cōfessione tantam

Donū illius Zaurum.

quàm amoris erga se argumento conscientia maculis elueretur, idq; sibi pro impenso pietatis officio abundè satisfere. Is quidem omnino se id facturum recepit, sed promissorum securus in Indiã post biennio omni confessionis vsu posthabito P. N. Francisco in Bassano degens salutandi gratia occurrit, cui mox obiecit eum nihil minus quàm fidem præstitisse, imò ne semel quidè ex quo discessisset, sacramentali confessione conscientiam exonerasse. Hæc sanè P. Franciscus nulla potuit humana ratione, sed inspiratione duntaxat diuina cognoscere: quòd toto biennio longo admodum locorum interuallo disiuncti fuissent, cū & salutandi gratia P. Franciscum adisset: nulla, inquit, constabit mihi tecum consuetudo, ni prius peccatorū confessione irato tibi Deo reconcilies. Paruit ilicò salubriter monèti, ac etiã sequèti die venerabili cōmunicauit corpori Dominico, nec sine magno scelerum suorum dolore. Sed quorsum hæc? Sanè, vt intelligas hæc ad maiestatem diuinam celebrandam, quæ omnium bonorum est author, & conseruator, plurimum pertinere. Ad hæc M. Franc. dum viueret, vir in-

vir insigni sanctitate clarus cū fuerit, quiq; temper sui cōtemptū, laborésq; magno studio consecraretur; in primis verò diuini nominis celebritatem, amplitudinèque quærebat. Voluit etiam Deus vicissim gratiæ, & honoris aliquid ei in terris tribuere, absentiumq; facta etiã secreta pandere; vt omittam, quòd licet in terra longo tempore cum calce humanus fuerit (quòd industria quorundam amicorum factum est, statim vt caro exesa, ipsiusque ossa possent commodius eruta asseruari) non fuit tamen Deus, vt vel minima circa corpus facta commutatione, pars eius aliqua à calce arrosa confumeretur; vt vel ad eum modum corporis integritatem præmio quodam ante tempus contra ordinem nature ornaret. Cū autem in hanc urbem delatus esset, quantumuis iam diu vita defūctus, adeo tñ recens apparuit, & viuus, succoque plenus; ac si iam primū obisset. Quare biduo sic postulante populo in templo iacuit, quò factus est longè maximus pietatis ergo concursus, quò contestabantur, dum nullum finem eius corpori rosaria sua admoendo, pedes exosculando, faciebant. Tantæque fuit Eccle-

*Cur in calce sepultus
Xavier.*

*15. Mēse
a morte P.
Fran. viui
da, succo-
que plena
caro per-
durauit.*

Ecclesia consolatione perfusa; vt nullus
sive sacerdos, sive religiosus, sive etiam
plebeius potuerit lachrymas tempera-
re. Et quod propè præterieram. Contigit
navigiū, quo corp⁹ Malacca veheretur, in
vada impactū adeo hæsisse, substitisseque;
vt nulla humana vi vel latum quidem
vnguem loco dimoueri posset. Quod vbi
nautæ persenserunt, neque ad eam rem
vllum subsidium agnoscerent: implo-
rato sancti, cuius corpus vehebant, au-
xilium, se, nauimque ei commendârunt,
vnde consecutum est: vt confestim post
vota, precésque nautarum cum omnium
admiratione naui se vadoso tollente lo-
co ad optatum traiecerint portum.
Ceterum si omnia pro dignitate, quæ ad
huius viri mortem, vitamque, pertinent,
stilo exaranda forent: in immensum ci-
tius crescat opus. Sanè ea morum pro-
bitate illustre fuit omnibus exemplum,
& declinandi peccata, & faciendi bona;
vt mirandum non sit magnoperè Socie-
tatem nostram hic locorum præcipua
quadam veneratione coli, obseruarique.
Sunt & alij Patres ac fratres in India,
quos pro virili Patris huius vestigiis hæ-
sisse possim confirmare. Etenim M. Gas-
pa-

Miraculū.

parus Flander vir cum priscis etiam san-
ctis committendus, perpetua laude vel
hoc nomine dignissimus est; quòd qua-
dam sancta, & facili conuersatione, &
morum suauitate immensum populū
ad Deum pertraxit. Ad hæc laborū eius,
quos hîc breui quidem, quo vixit, tem-
pore, pertulit, tantus est numerus, eaque
magnitudo; vt illud Salomonis ei planè
competere videatur: Consummatus in
breui, expleuit tēpora multa. Sex enim
vel septē annos duntaxat in India vixit,
tres in insula Ormuzina, quæ ita torretur
solis ardoribus; vt necesse habeant
homines in aquis viuere, seseque non-
nihil refocillare. Bis nihilominus, vel ter
hebdomadis singulis, estibus non obstan-
tibus concionabatur, nec non quotidie
pueros, & captiuos in doctrina Christi-
ana edocebat. Mercatores verò nō pige-
bat etiam indies in casibus, quique nunq̄
non occurrunt cōscientiæ diligenter in-
formare; vt hac ratione in contractibus,
& communi vita iustitiæ, æquitatisque
essent obseruatiores. Nullam prætermi-
tebat hebdomadam, quin cum Mauris,
& infidelibus disputaret. In confessioni-
bus potissimum Lusitanorum audiendis
Q. assiduus

*M. Gaspar,
Flander.*

*6. annis in
India enā
gelizauit
Gaspar.*

*Ingētes ar-
dore Or-
muzii.*

*Gasparis
ingētes lab-
bores.*



asidius erat. Quin etiam hoc commemorant, quod toto illo tempore, quo apud eos fuit, propter frequentem sacramenti pœnitentiæ iterationem tempus ipsis quadragesimale videbatur.

Multas lites composuit, plurimos à sceleribus ad piam vitam abduxit.

Inuisere quoque pro sua consuetudine pauperes in xenodochio degentes non obliuiscatur, iis suam impendens operam. Veruntamen licet se totum

proximorum saluti deuouisse se omnibus videri poterat, haud paruum tamen suæ in pietatis profectu habuit rationem, quippe qui orationibus instaret, variis pœnitentiæ operibus, quæ

lia sunt ieiunia, flagellationes, humi cubationes, aliæque id genus adfligendæ carnis operibus vacaret.

Tres duntaxat horas plerumque dormiebat, & quod per naturam vix possibile est, duobus integris mensibus per singulos dies horam tantum somno tribuebat. Dies etiam integros absque cibo nonnunquam traxit; ut

confessionibus excipiendis, quæ tum fiebant creberrimè, accurrente magna Lusitanorum militum frequentia, qui

subdit

paulò

paulò post bellum cōtra infideles commissuri erant, liberius vacaret.

Refertur & inter ipsius industriæ officia, quod occupationibus compulsus, eodem ex loco duo pietatis opera perfecit: dum vnus confessionem audiendo, eadem opera alterum agentem animam, adhortationibus adiuuit, ut facilius ex hac vita migraret.

His misericordiæ operibus, quibus & summos, & infimos sibi demerebatur, tantam contraxit apud omnes gratiam, & fauorem, ut ab omnibus patris loco, quod ipsius opera, ministerioque diuina benignitas ac clementia eos de peccatorum cœno eduxisset, coleretur, ac

obseruaretur. Usurarios, plurimòsque alios in distrahendis mercibus ad restitutionem triginta millium aureorum induxit, quæ pecuniæ tum in nuptias pauperularum virginum, tum in subleuanda priuatorum, seu domesticorum pauperum egestate, tum in Ecclesiæ vsus cesserunt.

Miro zelo, & ardore salutem proximis sitiebat: vnde factum est, ut munere, & concessu diuino ea polleret gratia, qua paruo admodum negotio, quod vix

Q ij alij

plurimè
& ingites
restitutiones



Donū con-
uertēdi p-
ximosexi-
mium.

Notatu di-
gna indu-
stria ad cō-
uertēdum
proximū.

alij magno perficiunt molimine, homi-
nes planè perditos, deploratōsq; in viā
reuocaret Christianè viuendi.
Sed & si quis vitio alicui ita implicitus
erat; vt nullas audiret admonitiōes: pecu-
nia eos ad saniorē mentem traducere
studebat. Etenim cū semel quidam
planè obstinato perseveraret animo, nec
vllis parēre vellet bonis rationibus ad
deferendum peccatum: illi plus minus
20. aureis datis (quas eleemosynę no-
mine receperat) hominem perduxit in
odium, fugamq; peccati. Euenit etiam
fortè fortuna, cū quendam confessio-
nem refugientem, ad eam obeundam
studeret inducere, neque tantillum qui-
dem proficeret: vt sancto quodam astu
hominem circumueniret, ac quod vo-
lebat impetraret. Nam cū verborum
blanditiis hominem in domum suam
pertraxisset, eiq; ingresso ostium occlu-
dens dixisset, se nequaquam permisso-
rum domo egrediatur, nisi peccatorum
omniū fecerit exomologesin: ille quasi
ineuitabilis foret necessitas, ita se com-
posuit; vt & libenter, & syncerè vulnera
detegeret conscientię, ac gremio resti-
tueretur Ecclesię, quod illi comprimis
salutare

salutare fuit, nām paucis post diebus in
militiam profectus occubuit. Videri nō
immeritō poterat Dominus Deus per
huius Patris solertiam, militi vim ad-
ferre voluisse, ad leuandum ipsum pec-
catorum mole, quem sciebat non lon-
ga huius lucis vsura fruiturum.

Dum Goæ ageret, plurimum suo ex-
emplo ciues instruxit, quia tam sacra-
rum, quàm prophanarum rerum mira-
cum dexteritate gerebat. In templo
nostro hebdomadis singulis semel, in
aliis verò quinquies, interdum septies
concionabatur, quod munus tanta ho-
minum frequentia, deuotionēque obi-
bat; vt res sanè digna videretur, quam
omnes admirarentur. His accedit, quòd
in audiendis confessionibus, atque mi-
sericordię impendendis operibus tam
erat assiduus; vt de die sumendi cibi fa-
cultas esset adempta. Hinc fiebat, vt
media plerunque de nocte cibum su-
meret, & in lætalem incideret mor-
bum, cuius alia non extitit causa, quàm
quòd supra humanas vires immētos for-
ti, infra tōq; aīo sustineret labores. Tan-
ta aut fuit penè ciuiū omniū mœstitia ex
huius Patris decessu: vt eum planctu, &
Q iij lachry-

Labores
graves, &
continui
mortē ata-
tulere Gas-
paro.

lachrymis tanquam optimum, pientissimumque parentem omnium prosequerentur.

Sunt etiam in Amboina insula ex nostris aliqui, quos Magister Franciscus ad Magistrum Christophorum Riberum eodem amandarat, qui postquam in ea Insula plurimos ad fidem Christianam converterat, solus ipse inter eos cum Lusitano quodam remansit, qui sua ipsius devotione incitatus voluit Patri nostro adesse, cum tamen non esset illic alia vivendi ratio, quæ eius regionis incolis verna-

Vnde & humi cubare necessum illi erat, ac tam dura, acerbâque pati, ut propter laborum pondera pedibus vix consisteret. Et quod raræ charitatis exemplum est, in ea corporis infirmitate iubebat se in stragulo ad Christianorum pedes deferri; ut vel moribundus illos visitaret, erigeret, & doctrina catholica iuaret. Atque in hac sancta functione, legitimoque certamine tandem animi perstitit constantia, quoad animam, à quo acceperat, Deo redderet omnipotenti.

Malacca;

Malacca est Pater Alphonsus à Castro,

stro, cuius vita, cum propter integritatē sanctitatis, tum propter morum innocentiam, qui velut deliciae sunt illi populo, existit gratissima. In Morinis insulis, in quibus multi sunt nostrorum Christiani, P. Ioannes Beira cum tribus fratribus habitat, qui oēs vehementer affliguntur propter loci nimiam sterilitatem. Quare & Magister Franciscus pia amœnitate spiritus, qua abundabat, gratia Dei ex re nata, quæ ibi est corpori ingrata, spiritui verò vegeta, eas potius nuncupandas dicebat esse insulas diuinæ gratiæ, & sperandi in Deum, quàm Morinās. Etenim cum præter labores graues, & pericula plurima, etiam rerum temporalium, & victus necessarii summa ibi viguerat egestas: maxima sese offert in Deum, conuertendi occasio, cuius in obliuionem deliciae, rerumque affluentia inducit.

Hinc pro more habebat M. Franciscus eos laudibus efferre, qui tum Malucci, tum in Morinis insulis morabatur, propter asperrimum, quod ibi tolerandum erat, vitæ genus. Inter cæteros, qui Malaccæ habitauerunt, ac exemplo vitæ, insignes athletæ fuerunt, haud postremo

Morinæ insularū sterilitas.



mus extitit P. Franciscus Perezus, qui magnoperè illius loci incolas vita sua instruxit, confirmauitque, ac propter perpetuos exantlatos labores iam ferè exhaustus est, quos cum in plures potuisset distribuere vnus studio salutis proximorum constanter obiuit. Habitauit annos tres Cocini, vbi bis, terue hebdomadis singulis concionem ad populum habebat; vt alia pietatis officia quæ, vt erat mira dulcedine, & morù suauitate præditus, quibus erudiebat populū, omittā.

In promōtorio Commorino plurima, præstantissimāque opera Deus effecit, estq; ibidē frequentior, quàm alibi Christianorum numerus. Ferunt enim hic esse vltra trecenta Christianorum millia, quanquam non sine difficultatibus ad Christianismum fuerunt perducti, conseruatique. Primus omnium hoc opus adgressus est M. Franciscus, quem postea 6. vel 7. secuti sunt, in quorum humeros totam illam prouinciam M. Franciscus sic distribuit; vt cuilibet certa quædam oppida, & vrbes conuertendas assignaret. P. verò Criminalis mensibus singulis totam prouinciam percurrerebat, considerando, & rationem exigendo quid quisque

In Cōmori
no ter cen
tū, aut eo
ampli⁹ ho
minū mil
lia Christi
induerūt.

quisq; in promouenda, & administranda Christiana fide profecisset.

Cuius mors, quàm fuerit voluntaria, atque ideo gloriosa, quantaque charitate ornata, nisi vestrum plerisque constare arbitrarer, prolixius de ea non pigeret exarare. Nam cum posset mortem effugere (iam enim aduentantibus hostibus nauim conscenderat) non pouit tamen non ad suas oues redire, metuens ne pueri, reliquique homines magno numero in littore sine duce, & pastore consistētes, si in Maurorum excidissent manus, Christi Domini fidem abnegarent.

Primū charitate incensus è nauī profiliit, quoscunque potuit ad naues adducens, mori potius eligens, & lanceis cōfodi (vt paulò post accidit) quàm teneros illos, ac rudes Christianorum animos in salutis discrimine deserere: satius ducēs salutem corporis perdere, quàm tot animas in dispendiū salutis venire. Tandē enim occurrētibus in via militibus lancea cōfix⁹, dein ad templū vt erat Iesus, vbi multi Christiani supererāt, se cōtulit, vbi ante altare orans capite truncatus martyrij optata laurea promeruit post tot labores coronari. Cuius sanè vita digna

Criminalis
martyrii.

ta digna fuit tā foelici exitu, q̄ præ reli-
 quis Societatis Patribus, qui in his locis
 egerūt, admodū in pietate effulserit. Qui
 tamen plurimis virtutū generibus esse
 ornatus: hæc tñ vna in eo elucebat ma-
 ximè, q̄ diebus singulis se ad orationem
 trigies ad genua puolueret, secutus in
 eo D. Bartholomeū, qui ceteris quotidie
 orabat. Reliqui eius collegæ, q̄ & laborū
 socij, & profectiōnū comites fuerūt, nō-
 nulli vinculis detenti, alij infidelibus
 venūdati, alij verbera ab iisdē experti fu-
 erūt. E sociis quos B. M. Frācis^o habuit,
 vnus fuit Héricus Hériquez egregia ad-
 modū virtute, qui in huius Patris demo-
 nstratiōe oīum in promontorio Cōmorino
 Christianorū gerēs. Quantū porrò ipsius
 charitas, prudētia, māsuetudo, atq; labo-
 res in ea Christianitate effecerint: testa-
 tur abūdè amplissimus Christianorū nu-
 merus, qui ipsi^o curę subsunt. Aduersa ab
 infidelibus plurima expertus est, propter
 eos, quos recēs à tenebris, ad fidei lumen
 traduxit. Sociū habuit P. Paulū Valleū, q̄
 etiā egregiè suā operā illi Christianitati
 impēdit, linguæ patriæ cognitionē breui
 tēpore cōsequutus, De quo etiā M. Fran-
 ciscus

Trigies
 in die ora-
 bat.

B. Frācisⁱ
 discipuli.

ciscus affirmabat virū esse magnæ perfe-
 ctionis, & sanctimonix, qd̄ ex eo etiā li-
 queat, q̄ ab infidelib^o captus, & carceri-
 bus totū mēsem mancipatus, cōpedibūf-
 que vinctus nihil aliud edit, nec deside-
 ravit, q̄ Orizam aridā, purūq; fontem: qui
 tandē confectus ætate, post plenitudinē
 honorū operum, & laborum, in Domino
 obdormiuit. Rex quidā gentilis alium
 è nostro sodalitiō ad suppliciū rapuit; q̄
 diem Dominicum celebrari curaret: at-
 que infideles, qui inter Christianos ad-
 huc versabantur, ad fidem nostram am-
 plectendam sollicitaret. Sed hic tandem
 Deo volente liber euasit, & alius è fra-
 tribus eadē scilicet de causa, quōd Chri-
 stianos erudiret, ab infidelib^o qui vene-
 rāt bellū illaturi Christianis, occisus est.
 Demum cūctis pro Christi vinea exco-
 lenda his in locis absumptis, remansit
 præter P. Henricū Henriquez, & alium
 fratrem, nemo qui feris obliteret: qui
 tandem & ipsi capti, & vinculis arctē
 adeo constricti sunt, vt Patri manus ac
 pedes intumescerēt; ipsū tñ in honore ha-
 birū ob sanctitatis opinionē audiuius,
 tandēq; fuit redēpt^o: alter verò ad quasdā
 naues nostrates ad 3. mil. distātes effugit.
 Itaque

Alius in-
 edia con-
 sumptus.

Ali^o mar-
 tyrio affir-
 citur.

Alij incare-
 cerati.



Itaque labores, angustia, mors denique ipsa Patrum, & Fratrum nostrorum magnos fructus his in locis peperere.

Pater Nicolaus Lancilottus Italus, cui propter singularem virtutem, & prudentiam M. Franciscus summam curam Comorini promontorii commisit: tametsi admodum sit debilis, & imbecillis, nihilominus eius opera Dominus in administratione collegij Caulanensis vitur, quod P. Francisci studio, & diligentia erectum est, in quo sunt 40. vel 50. pueri Christiani Primatum Comorianensis promontorii, quos fidei rudimenta, bonosque mores edocet, & in literis humanioribus institui curat.

M. Paulus duos annos Mozambique non sine fruge illius populi, eoque amplissimo famaque vitæ ad Indiam usque delata, exegit. Iam annus est decimus, vel duodecimus, quod Goæ habitat, spirituales curam Christianorum eiusdem urbis, & potissimum catechumenorum gerens, ut in fide catholica bene instructi, postmodum baptizentur. Valetudinarium, quod hodie appellamus, in gratiam infirmorum erexit, ubi iisdem magna cum charitate inseruit. Ac præter hæc munia illi etiam

Collegium
Caulanense.

Pauli curam
in ista studium
et labores.

Valetudinario erecto
aegris inseruit.

incumbit centum puerorum ad fidem conuersorum institutio, qui quidem sunt in collegio, sed à nostris seiuncti.

Neque ob hæc omisit confessiones admodum frequentes excipere. Verè strenuus est, ac illustris Dei operarius.

Pater Emanuel Ceilan, & Goæ: Pater Anthonius Eredia Cochinchinæ: M. Gonsalvus Ormuzij, & Bazaini: Pater Balthazar Diaz Goæ vineam Domini egregiam operam impendunt, magno populi applausu his in locis, imprimis quod patres nostri tanta cum alacritate in exteras has, & longè semotas, barbarasque terras, veluti Ormuzium proficiscantur: quo in loco cum quis nostrum quinque, sexue annos in soliciis, qui ibi summi esse solent, laboribus vixerit, naturaliter diutius protrahere vitam posse negant. His accedit, quod qui in India est populus, vno ore affirmet, nunquam frenum potuisse Christianis, qui ex Europa aduenerunt, iniicere, & rectam viuendi normam dari, nisi postquam Societas in has partes aduenit. Ad nos proinde superioribus diebus venit quidam Religiosus Pater instituti D. Francisci (qui ordo his in locis nobis est coniunctissimus, & familiarissimus) referens

Franciscanus
in India societati
maxime fauent.

referens, ea de causa se ad nos amandū impelli; quod videret nusquā ita nomen Iesu coli, & in veneratione haberi, quē admodum iis in locis in quibus Societas vigeret. Quis autē fructus, & honor diuinus ex hoc puerorum collegio manat, qui nostræ curæ, & institutioni parent, ex parte hinc cognoscetur; quod quidā puerorū ē collegio hoc fuga elapsi cum in infidelium potestatem venissent, cogerentq; ad fidem Christianā abnegandam, & Maurorū impietate amplectendam; idq; intentata morte: nihil tamen promouerunt, quamobrem Iesu Christi fidem deserendam putarēt. Verū ipsi licet captiui tenerentur: quę res ipsorum poterat labefactare animos à fidei constantia: tamen vincētos tam infideles, q̄ reliquos Christianos hortabantur, ne Mauris vnquam fide iungerentur, adeo vt in pueris, & adolescentibus firmiter fidei donum impressum videatur, quā adultis, & iam ætate prouectis.

Annus est, & amplius, quod nauim quandam Turcæ deprædati sunt, in qua permultos Lusitanos in captiuitatem abduxerunt, cum triginta adolescentibus Indis; quorum qui minimus erat, nouem

*Puzi bene
istituti ma
iores in si.
de firmat.*

*39. Ado
lescētes ca
pti a Turc
cis.*

nouem annos habebat: maximus natu decimum sextum nondum excefferat: quos importunè, vt Turcicam legem susciperent, nunc blanditiis, nunc minis, flagellisq; adhibitis sollicitarunt. Neque tamen, cum exquisitis suppliciis, crudelitatemque summa in quorundam vibices laridum accēsum guttatim instillasset, (quod vstitutum est apud eos genus tormenti) quenquam à fide Iesu Christi potuerūt dimouere. Quare indignati Mauri, vi eorum vnum circunciderunt, cui cum Maurorum pueruli acclamarent, eum tandem Maurum esse; quod circūcisus esset: illis iste respondit, se cum vi circūcisus sit, non voluntate: Christianum se verè adhuc esse.

In quadam insula Chiora nuncupata, quæ à Goa ciuitate sesquimiliari distat, multi ad Christianam se conuertunt fidem, Patrum huius collegij Societatis ministerio: quia templum ibidem erexerunt, vbi quidam insigni probitate, & virtute habitat, institutioni Christianorum vacans. Eò Dominicis, festisq; diebus, Goa sacerdos vnus proficiscitur, tum vt sacrum faciat, tum vt concionem ad populum habeat.

Vt au-

*Adolescē
tum In do
rum inter
tormenta
in fide con
stantis.*

*Chiora sto
tus.*



Vt autem vnum in locum cogi possint, qui ibidem agunt, festis, Dominicisque diebus, ac aliis ad doctrinæ Christianæ explicationem, quæ fit in templo; conductus est quidam veluti præco mercede, cuius opera in euocandis, cogenendisque in vnum hominibus vtimur. Est & alius vir insigni probitate venerandus, qui illis omnibus præest, veluti Christianorum eo in loco degentium pater, gubernator, & iudex in controuersis componendis, aliisque in rebus, dum res ita postulare videtur.

Præco ad doctrinam christianam plebæ conuocat.

Petrus Mazcarenas Prorex.

Dominica xi. Franciscana.

Prorex D. Petrus Mazcarenas ad obsequium amplexandum diuinum, voluit tres in partes Goensem insulam distribuere, sic vt pars vna religionis viris instituti D. Dominici, altera Patribus D. Francisci, tertia nostris assignaretur. In qualibet autem parte vnus est protector constitutus, qui incolas tueatur, ac iisdem de rebus necessariis prospiciat. Cuius etiam officium est, vt iudicet, & corrigat, cum ratio id ipsum exigit. In ista vrbe Goensi non paruus fructus ex doctrinæ Christianæ apud pueros expositione colligitur, qui Dei beneficio summa deuotione, & studio sum & me-

& memoriæ cõmendatam pronunciat. Sub nocte domi eam alta voce recitantes, domesticos docent. Quæ res adeo Proregem erexit, consolataque est, cum id audiret, vt aperto capite, iunctisque, & in cælum leuatis manibus, Deo gratias ageret, quòd ipsius nomen tantoperè apud infideles clarum, & illustre fieret. Quamuis autem doctrina Christiana diebus singulis privatim doceatur: publicè tamè Dominicis, ac festis diebus primò in templo nostro, deinde in carceribus, tùm aliis in locis huius vrbis explicatur.

Confessionum occupationes sunt admodum frequentes, ac inter Patres reliquos M. Ioannes Flander plus cæteris in ea functione versatur, quippe qui de more habet ab aurora vsque ad vesperam vacare hominum confessionibus audiendis, ne ocio quidem cibi sumendi relicto. Pater Emanuel ad infirmos, qui sunt in diuersis ædibus plurimi, solet se conferre: tum vt quosdam soletur; tum vt alios qui moriuntur, iuuat: nonnunquam etiam concionatur. Alius verò Patrum dum præsens est, quatuor horis diebus singulis docet: concionatur item Dominicis festisque diebus: vacat etiam confessionibus

Pueri domesticos suos docent doctrinam Christianam

Confessio admodum frequens. Ioannes Flander.

R fessionibus

fefsionibus audiendis, atque ita neque huic defunt occupatiões, quibus aliquid conferat in cōmunem vtilitatem proximorum. Tandem, Dei Opt. Max. munere, omnes vt rectè valemus, ita quisque habet etiam plus satis in quibus occupetur. Optaremus nobis plures adesse cooperarios, quò messi, quę apud nos est copiosissima, paulò cōmodius sufficiat colligendæ. Nam ex defectu Patrum societatis nostræ obtigit cuiusdam negotij iactura, quod ad diuinum honorem, & multorum in populo Chinesis amplissimo conuersionem spectabat. Dum enim ad regem Chinesem nepotem suū veluti legatum ablegaret D. Petrus Prorex, simulq; expeteret; vt de nostris vnus comes congregaretur itineris, non factū est ipsius desiderio satis, quòd nullus superesset, quo absq; aliquo huius gentes dispendio carere possimus.

Præterea nō ita pridem de iis, qui in sinu Persico versantur, quendam nunciū accepimus, quemadmodum Christianā fidem profiteantur, quam D. Ioanni Euangelistæ ferunt acceptam, qui ibidem Christi fidem promulgauit. Deus nos sua gratia dignetur, vt & horum quoq; desi-

*Christiani
a D. Ioanis
Euan-
gelistæ
poribus.*

desideriis satisfacere possimus. Mihi enim nunciatum est, eos vehementer expetere rectam in Christianismo informationem, atque à viris probis, & religiosis visitari. In continentis vrbibus, quæ iam imperio Regis Lusitaniæ subduntur (quod velit Deus sua pace firmare) poterit quoq; non exiguus percipi fructus. Tantū illud reliquū est, vt T. R. ad nos homines industrios, & his obeundis muneribus accommodos, necnon ad diuinum Iesu Christi honorem amplificandum oportunos mittat, qui pro sua bonitate, ac in has gentes misericordia nobis etiam largiatur gratiam; vt hīc ipsius voluntatem sanctissimam intelligentes, eandem perfectè exequamur.

Goę 8. Decemb. Anno 1555.

Seruus in Christo

Antonius Quadrus.

R ij EX



JEX EPISTOLA PA-
tris Antonij Quadri, An-
no 1559. missa.

Pax Christi. & cetera.

Tractat
de copiosa
ad fidē cō-
uenientib⁹
multitudi-
ne.



Goæ am-
pla Chris-
tianorum
seges.

Oratiōes
pro infide-
liū ad fidē
conuersio-
ne.

Vperioribus literis Pa-
tres charissimi, consue-
tudinē nostram vobis
significauī, in vocandis,
alliciendisque ad fidem ca-
tholicam Ethnicis, iis-
demq; postea conseruandis, ac promo-
uendis. Nunc verò Christianorum mirā
frequentiam in hac Goensi peninsula
(quos indies suprā quā dīci posset, mul-
tiplicari animaduertimus) describam, ex
quibus magnum gaudium, & in Domi-
no consolationem percipietis; cūm pre-
sertim hoc anno copiosiorē Christia-
norum segetem, quam superioribus in
horreum Dominicum reposuerimus.
Præcipua verò huius mēsis causa post
diuinum, vt intelligo, auxilium, illibata
fuere sacrificia, ac ardentes illæ oratiōes,
quas hac potissimum ratione fundi per-
omnia Europæ collegia certò mihi per-
suadeo.

suadeo. Accedit huc fauor, & amor quo
Prorex nouorum Christianorum causas
est amplexus. Argumentū certè constan-
tiæ, & desiderij, quo Christiani nominis
propagationem in hisce nouis mundi
partibus vehementer exoptat, vel hoc
est certissimum, quòd nec ob murmura-
tionibus, nec quærelis à tam honesto
studio, nec vasis dæmonum machinati-
onibus, quæ in ipso statim principio per
suos ministros moliri satagebat, pium
illud animi propositū abiiceret; sed ne
tantillum quidē de eo remitteret: quin
etiam cūm à præcipuis regni admini-
stratoribus, suisq; consiliariis admonere-
tur, quòd Regia vectigalia (quæ ipsi di-
uino honore, & gloria habebant cha-
riora) non paruam iacturam aliquando
acceptura essent; si tantis impensis Chri-
stianorum conuersioni intēdere vellet:
ille, vt Principem Christianum decebat,
respondit: Plus ad Regni statum ampli-
ficandum, ac Regis mei splendorē con-
ducit, vel vnius abiectissimi mancipij
in hac insula conuersio, quā diuitiarū
immensa copia, vel naues pipere, aliisque
aromatū generibus plenissimæ. Firmi-
ter enim hoc apud se statuerat, omnia
sua

Proregis
in promos-
uenda con-
uersione gē-
tiliū con-
stantis.

Anarithia
idolorum
seruitus.

vere Chri-
stiani prī-
cipis re-
spōso imo-
pectore re-
ponenda.

Diuinū in
Principe
animi pro
positum.

sua in discrimen adducturum, pro vniū
animæ conuersione, & incolumitate. Et
quamuis alia huiusmodi illius animi
proposito contraria penè indies obiice-
rentur: nō ille tamen vel consilium mu-
tare, vel de sententia potuit dimoueri.
Tandem intellexere, ni aduersariū Pro-
regem experiri vellent, sibi idem circa
gentilium conuersionē esse nitendū, iis-
demq; studiis cum eo inuigilandū, quod
(Deo laus) fieri videmus. Nā cū antea
Brachmanibus, aliisq; Ethnicis non ad-
modum reluctarētur: nunc manibus, pe-
dibusq; adnituntur, vt eos conuertāt, ac
in fide constabulant. Et si fortè nō nulli
sint qui huic operi minus fauere vidētur,
cauent tamen ne aliqua ratione Prorex
resciscat. His accessit & aliud multis
laudibus efferendum Proregis facinus:
quod Brachmanes oēs, ceterosq; Ethni-
cos ab aula sua repulerit, etiam eos qui
antea ipsis ciuitatibus primariis famili-
ariore esse solebant: in eorum verò locū
Christianos substituit, quos etiā arcibus
variis in locis præfecit, munera ciuilia,
& dignitates, quibus antea Ethnici fun-
gebantur, Christianis cōmisit. Bonā dici
partē cū Mauris, Ethnicisq; cōsumit ad
se ob

Erasmus
nes bono-
ribus solis
tis, ciuili-
busq; ad-
ministra-
tionibus
priuatur.

se ob varia negocia cōsuētib⁹, quibuscū
de diuinis, & sacrā nostram fidē concer-
nentibus capitibus agit: nec facile eius
labor, & zelus frustratur, cū haud infre-
quenter nullo ferè negocio qd̄ intēdit,
obtineat. Quibus rebus pro voto gestis, fa-
mulum aliquē ad nos mittit; vt à nostris
fidei rudimenta percipiāt, donec solēni
baptismate cū aliis abluatur, cui plerūq;
solet adesse, necnō sine magna animi le-
ticia Patris initialis vt plurimū fungitur
vice. Non æstus, nō imbres illū deterrēt,
quò minus in Chioranam insulam, aut
ad trium Magorum templum (quod o-
ctauo hinc distat miliari) proficiscatur,
vbi Franciscani habitant: aut ad Diuæ
Barbaræ, vbi Dominicani commoran-
tur: præsertim si ibi celebrandum Bap-
tisma intellexerit. Brachmanes isti, ac
nobiles Ethnici antea in aula Indica,
ac Proregis domo primum dignitatis
gradum obtinebant: Christiani verò no-
ui in abiectis, sordidisque versabantur
operibus, & tanquàm infames, abiectis-
simiq; serui in stabulis nunq̄ nō herebāt;
vt sæpè necesse fuerit Ethnicorū auxiliū
implorare, & illos sibi tanquā patronos
assciscere ad sua conficienda negotia.

Prorex
euangeli-
zat.

Pater ini-
tialis.

Chiora in-
sula.
Franciscani
Dominica-
ni.

Misera oīū
conditio
Christianorū.

Nunc

Nunc verò Dei miserantis benignitate, & clementia effectum est; vt Brachmanes ipsi, ceteriq; infideles si Proregi loqui velint, & fortè in porticu ad mare spectante obambulet, in littore sese constituant, æstui, imbribusq; expositi, attente obseruantes, donec in illos oculos conuertat. Quod vbi animaduersum est, in obedientiæ, honorisq; testimonium, supplices libellos offerentes genua flectunt, donec signo dato ad se venire iusserit. At noui Christiani, vt animati in spem erigantur, per amplas aulas, spaciosaque atria, nobilium more, obambulât, magni beneficij loco ducentes, comedenti Proregi astare posse, holoserico, purpurâque ornari, & gladii deauratis accingi, ac per se negocia cum Prorege tractare. Interdum P. Petrum Dalmeida, quem tenerrimè diligit, quòd ardeat Christianitatis promouendæ desiderio, ad se vocare solet, & vt est faceti ingenij, quiddam muneris pro læto nuncio sibi pollicetur, interrogat: si qui de nobilitate Christiani fieri velint: nec rarò ad eaque Ethnicorum conuersionem cõcerunt, illum accendit. Pater verò vt parè Proregi vicem rependat, vbi ipse in fide Christi-

Nullã præmittit occasionem Prorex, quæ ad fidem alitè re possit.

Christiana aliquos informauit, hos ex Patris Prouincialis mandato ad ipsam adducit; vt eius erga se amoris argumeta certissima initiandi intelligant. Nam omnes amplectitur, omnes sub suo patrocinio, & defensione suscipit, omnem denique illis beneuolentiæ significatione exhibet, omnemq; operam promittit. Ex hisce iactis fundamentis facile coniectura colligi licebit huius tam diuini negotij conuersionis animarum sacrosancto Christi sanguine redemptarum successu, quas nunc in sanctæ matris Ecclesiæ sinum; vt Christum creatorè, redemptorèmq; venerentur, & adorent, traditas cernimus.

Cùm igitur immèso Christi beneficio in ipso iam limine tam copiosa, & frequens sit Christianorum conuersio; non est iam sicut antea fuerat, necessarium remotiora loca petere, vel ad ea nimis anxie aspirare. Etenim singulis penè diebus ad Superiorem Collegij festinat ianitor idem illi semper nuncios, nimirum iam 8. deinde 10. interdum 30. nonnunquam 60. (vt tunc accidit, cum integra oppida ad fidem nostram Christianam amplectendam conuertuntur) esse præforibus,

Integra oppida ad fidem conuertuntur

foribus, qui sacrū baptisma petant, quos omnes pro nostra facultate benignè suscipimus. Viros quidē, vt in nostro Collegio fidei percipiant rudimēta; mulieres verò cum paruulis ad huius ciuitatis xenodochium remittimus, ibidem instituendas. Si quæ verò sint nobiliores: honestioribus cohabitant matronis, à quibus in baptismate suscipiuntur. Nolim tamē vos arbitrari, temerè nos, aut indiscreta facilitate omnes ad tam excelsa mysteria admittere, nedum cogere: antequam satis exploratum sit, longāq; mora discussum firmum, & constans animi propositum: atq; adeo multos bis, tēque in suam patriam remeare iubemus, meditatēq; considerare, quod suscepturi sunt vitæ sanctioris institutum: iubentes, vt post diligentem voluntatis suæ explorationem redeant; quò hac ratione nobis certius constet de illorum serua, constantiq; baptismatis petitione. Alia ratione fidei differimus sacramentum, nimium datur eis id negocij, vt propinquo, & familiarioribus suos huc adducant, qui pro illis spondeant: interea temporis catechismum addiscunt. Si verò interim solenne baptisma celebretur, mœrore

mœrore vultus quàm auidè baptisma appetat, haud obscurè declarat. Hęc scribo, vt intelligatis, charissimi Fratres, ad eū finē nobis cōparandum, quem proposuimus, conuersionis scilicet, & salutis animarum, cōmodiorem locū reperiri non posse, in quo frequētior Christianorum existat numerus, quàm hic noster est: intra domesticos enim parietes id quod cupimus, obtinemus. Nam Frater ipse qui operibus præest, & cū ipsis fabris lignariis versatur, sic de diuinis rebus illos alloquitur, vt tandē argumētis superati Christiani fiāt. Quid multa? null⁹ domi nostrę tā abiectę cōditionis, sordidq; officij est minister, qui nō familiaribus colloquiis suę artis hoīes ad syncerā fidē à Paganismo reuocet: nō faber, nō sartor, non coqu⁹, nō lotor: oēs deniq; Christū, quē intus cōceperūt, spirāt, & pariūt. Ij autē q ad fidē cōuersi sunt, ne soli ipsi gemmā quā reperere, possidere videantur, vxores, liberos, & agnatos Deo lucrātur, & ad nos deducūt. Alij honore, q nouis Christianis desertur, capti, seipfos nobis cōmittunt, variis modis, Deo quos sibi elegit inescante. Itaq; hęc frequēs, et cōtinua videri potest spiritalis animarum venatio.

Vtinam

Fabri, sartores, lotores & cæ. euangelizant suæ sortis hominibus.



Vtinam eundem Euangelij cursum, atq; successum mundus videret in tot provinciis, & regnis, quæ crudelissimæ tyrannidi antiqui serpentis, omnis boni exosoris, subiacent; ad maiorem diuinæ maiestatis gloriâ, totiûsq; inferni luctû.

Brachmanes olim Satrapæ, & regniis Domini.

Brachmanes hi antiqui Satrapæ, & regionis huius olim Domini, tantum animi dolorem concipiunt, quod hoc D. Pauli collegium eorum ritibus, & ceremoniis vehementer aduersetur; vt vix oratione explicari queat: hinc enim idola contrita dolent, solemnia festa abrogari lugent, corruptionem morum suorum exterminari, peruersitatem omnem, & diabolicam abominationem funditus extirpari frustra lamentantur. Nostri enim Sacerdotes medullitus illorum penetraverunt superstitiones, nequitiasq; neque diutius eorum versutas calliditates Deus passus est latere. Vix animo aliquid concipiunt contra Christianos ad idololatriam tuendam, quin consilio dictum factum patefacto, non solum quod cupierat, non perficiunt; sed potius in illos, si res exigit, grauiter animaduertetur, quâuis dissimulatores sint astutissimi. Iam eò tandem miseri deuenere; vt festorum, & voluptatum

voluptatum celebritatem, quam media luce peragebant antea, in tenebras, & noctis obscuritatem transtulerint. Nam si conuiuia paranda, vxores ducendæ, & idolorum dies festi celebrandi: non nisi intempesta nocte, ne ab aliis deprehendantur, tale quippiam aggrediuntur.

Quod si fortè vicini Christiani, vel affines id intellexerint, festinantes ad Collegium eos deferunt; vt ipsorum solennitates impediuntur. Tum Fratres nonnulli cum nouis quibusdam Christianis illos accedentes, nefandas ceremonias ipsorum violant, idola (si quæ sint) comminuunt; ita vt sæpè extrema gaudij luctus occupet. Verùm ne singulis cõemorandis immorer, ad alia me grauiora conferam. Et primò quidem solennia baptismata quo ordine in nostris ædib; sint celebrata, quàm potero paucissimis recensebo. Et ne cæremoniarum solènia in singulis repetere cogar: modum què in omnibus baptismatibus tenemus, explicabo; vt ex vnius ordine, & celebritate reliqua æstimentur.

Imprimis iustû colligimus catechumenorum numerum, qui baptismati solenni sufficiat, qui posteaquam in mysteriis

De baptismatum solennitate

Primo cætechisatur

steris nostræ fidei satis foeliciter fuerint instructi; tum Pater Petrus Dalmeida, ex Prouincialis mandato, vestes pro cuiusque dignitate confici curat; certusq; baptisimatis dies (per concionatorem) indicitur; vt quisq; quando oporteat conuenire, sciat: & qui catechumenos domi habent, eodem deducant. Templū preciosis peristromatis, aliisque ornamentis adornatur, reliqua omnia virentibus ramis, herbisque redolentibus sternuntur. Iuxta sacrum Baptisimi fontem, altare, insigni ad pietatem prouocante imagine adornatum erigitur, candelabris argenteis, sacroq; Chrisimatis oleo superposito. Præ foribus templi hinc inde pulcherrimæ humi figuntur arbores, palmis ferè similes, & frondosæ, gratissimoque virore miro modo recreant spectantium oculos. Viæ præterea variis asperguntur frondibus, vexillis, Ducumq; insignis expâsis, crucis effigies iuxta scholas collocata, decoratur. Quoniam autem frequenter ex ciuis alicuius domo supplicatio procedit: ille fenestras preciosis pannis, vexillisq; exornat; ædium verò limina, & viâ floribus, virëtibusq; ramis, iuncisq; sternit. Quæ omnia Proregi significant, quo in loco

Vestes cã
didatorū.

Templi or
natus.

Platearū
apparatus

Ediū vnde
baptizandi
procedūt
cultus.

in loco ipsi sit sistendum. In quem vbi venerit cum reliqua nobilium multitudinem sistens, supplicationem expectat. Cùm primum omnia scitè parata videntur, pueri è collegio nostro prodeunt, vexillo Crucis præeunte, albaque manica insigniti, & sertis circum tempora cincti, ramos manibus gestantes, ad campanæ sonitum procedunt, tintinnabulis item, tubisque, & variis Musices instrumentis perstreperantibus. In primo autem supplicationis loco Pater Patriarcha, cum Patre Prouinciali, reliquisque Societatis Fratribus procedit. Vbi autem ad locum ventum est, in quo hærent baptizandi, non nihil supplicatio subsistit, donec alij Christiani, Christianæque domo egressi pulchro ordine supplicationem instruunt, magnæque animi consolatione, & lætitia templum adeunt, pueris semper præcedentibus, & psalmodos modulantibus. Simulatque in templum ventum est; è sacrario prodeunt Patres, qui eos baptizare debent, Fratribus comitati, qui sacrum oleum in magnis argenteis lancibus ad altare portant,

Prorex bæ
ptisadoriū
chorū suū
presentiā
ornat.

Patriar
cha cū fra
tribus So
cietatis.

Toto

Toto illo tempore quo cæremonia ante templi ingressum fieri solent, cum Patriarcha Prorex erecto semper astat corpore. Templum deinde ingresi, iuxta sacrum fontem ambo sedent: eo autem ex loco Prorex permultos è sacro fonte leuat, quibus nomina imponit; idem faciunt nobiles Proregi astantes. Toto illo baptismatis tempore Musicè pijs quâdam cantiones ex superiori chori parte decantant pueri; quibus tubæ, tympana, cytharæ, cornua, aliâque Musices instrumenta alternatim respondent. Duo autem Fratres eorum qui baptizati sunt, nomina in tabulas referunt; quò baptizatorum numerus sciri possit. Vbi viros, puerosq; baptizauerimus (mulieres enim cum infantibus ob maiores commoditates pleurumq; vltimæ sunt) signum crucis cum pueris præcedit, & versus Collegiũ lætissimi Christiani, vtpote in Christo regenerati, accensas candelas manibus gestantes progrediuntur, quos Patriarcha cum Prorege, & reliqua populi cæterua subsequitur, & cum in Collegio Deo omnipotenti voce, variisq; Musices instrumentis gratias egerunt, ad templum reditur, & ibi corâ venerabili Eucharistia-

Musici.

Varia musica instrumenta.

In catalogo referuntur baptizati.

Baptizati ad collegiũ reuerenti Deo gratias agunt.

Alla in templo gratiarũ actio.

sacramento, flexis humi genibus, gratiæ Christo Opt. Max. ob tam singularem clementiam, plurimâq; beneficia collata agantur. Cum iam Prorex Patriarchæ, aliisque Patribus valedixisset: nos Christianos novos in Collegij hortum ducimus, stratisque accumbunt mensis, quibus Fratres in Domino lætissimi quæ possunt maxima amoris significatione ministrant. Interim in templo baptizantur mulieres, quæ res in multâ nocte vsque, vt plerumq; cõtingit, extenditur, ac tũ in huius ciuitatis xenodochium sese nouæ Christianæ recipiunt, quibus ibidem lætissimæ quædã mulieres, & gaudentes, dũ accubunt, sedulo inseruiunt. Proxima inde luce, ad sacrum audiendum, in Ecclesiam nostram neophyti conueniunt; quo audito, tum multis amplexibus, aliisq; benevolentia, & amoris signis, ex sincera charitate procedentibus discedendi ipsis, patriamq; repetendi faciunt potestatem. Horum plurimi adeo sunt accensi, & feruore pleni; vt nullam vnam partem capiant quietis, donec in eum statum alios pertraxerint, in quo se diuina bonitate, & misericordia constitutos esse gaudent. Nos enim priusquam

Epule in struuntur

Mulieres in xenodochiũ se recipiunt.

Vere conuersiois signum est, alios studiose conuertere.

recedant, hoc muneris illi iniungimus, ut ad vitæ æternæ spem, eundemque in quo ipsi sunt, statum, quantum in se erit, alios adducere nitatur. Hoc ordine descripto, quæ ut plurimum in solennibus baptismatis obseruare consueuimus. Iam ad Christianorum numerum explicandum me accingam.

Numerus baptizatorum anno 1558.
Vndecima Decembris, superioris anni qui fuit 1558. in hoc Diui Pauli collegio 125. baptizauimus.

Prima Ianuarij, anni sequentis, 50.

Vigesimaquinta eiusdem 129.

Vigesima septima Februarij 132.

Secundo Aprilis cum ex oppugnatione Damani rediisset Prorex, 214.

Quarto Maij ipso die Ascensionis, 120. 14. eiusdem mensis ipso Pentecostes, aliud hoc quo iam dicam non baptismata celebrauimus.

Consueuere Mauri, Ethnicique in singulis opificiorum tribubus, vnum aliquem delectum virum præficere, quæ Macadanum vocant, nos Superintendentem, vel Præfectum diceremus: cui reliqui eiusdem

Macadanus qui dicitur.

Celeberrimi pictoris ad fidem nostram conuersio.

artis parere debet. Ex his vno qui pictoribus præerat, conuersus est Goë, quæ oes tam gubernatores Goensis Reipublicæ, quam Indiæ Proreges multis modis sepe

sepe ad fidem adducere conati fuerant; tum quod esset in sua arte excellentissimus, præsertim in picturis iis, quæ vultus liniameta ad viuū exprimūt: tum quod Indicæ ferè omnia templa venustissimis imaginibus rari cuiusdam artificij exornasset. Res certè hæc admiratione, pariterque dolore erat dignissima, tam piæ, tamque excellentis imagines ab impio, & idololatra, atque à vero Dei cultu alieno videre formatas. Sepe huius conuersionem tentare nostri: imò verò assidue (quod vicinus noster esset) oportune, importune insistere, si qua ratione mitescere posset ipsius animus, inflectique ad agnitionem Christi: durus tamen semper, & obstinatus agens permansit, licet alioqui animo demisso, mansuetoque ingenio, & facili præditus esset, adeo; ut sine magno labore quiduis illi præter fidem nostram, veritatemque Euangelicam persuaderi potuisset.

Is tandem (Deo Opt. Max. sic volente) cum ex graui decumberet morbo, Patrem Ioannem Brauum Ecclesiæ Præfectum, qui illi erat familiarissimus, accersiri iubet, & quæ ipsi in somnis apparuerant, enarrat.

Quæ cum Pater audisset, statim intellexit hominem à Deo intus esse commotum, eumq; hortari cœpit, ne diuinis inspirationibus vel vtrò resisteret, vel surdas aures præberet: præcipuè cum de re non exigui momenti, sed quæ æternam salutem attingeret, tota deliberatio in eunda foret. Placuit itaq; Deo tantum verbis serui sui addere virum; vt durities cordis statim in eo subsideret, & emolliretur, fidemq; nostrâ amplecti proponeret, atq; in eius rei signum annulû Patri dedit. Quæ subita commutatio tantoperè nos exhilarauit (q; magni præsidij huius esset futura conuersio) vt diuinæ bonitati gratias agendi vix vlla nos caperet satietas; præsertim cum ex huius salute aliorum multorum dependeret incolumitas, quos huius exemplo, & opera Dominico gregi adiunctû iri speramus: statim igitur Proregem certiorè fecimus, tunc temporis in Damana commorantem: is re noua lætus, præcepit nostris, ne vlla ratione, se absente baptizaretur: cupere enim se in sacro fonte eius esse onomastam, & baptismatis pompam instruere, quod & ipso Pentecostes die perfecit, tâta rerum omnium applau-

applausu, & exornatione, vt inter alia quæ per nostros celebrata fuerât hoc in Collegio Baptismata, hoc ipsum arbitrer fuisse celeberrimum, maximòque apparatu cōfectum: vnum illud excipio, quo Mealij filia Christo nomen dedit, quod vel eo nomine hoc magnificentius fuit, quoniam à Patre Patriarcha, qui alteri non interfuit, peractum fuit.

Prorex autem Patri Consaluo nunciavit sibi gratissimum fore, si qua ratione fieri posset, vt omnia denuò, quæ ipso Resurrectionis die facta fuissent, in hoc baptismorenouaret. Quare triumphales arcus in ipsa via ereximus ita collocatos, vt ex aduerso haberent valuas tēpli, per quas erat ingressus, quas & celebri artificio incisa charta ornauimus, apposuimusq; hinc inde virentes arbores, palmis nō absimiles: ad hæc multis insignibus, figuris, ac tabulis, quæ non tã arte, q̄ variis coloribus erant gratissimæ, vias, ac templum decorauimus.

Huius senis cōuersio in summo templo, aliisq; omnibus in quibus Societatis Iesu Patres concionari solent, publicè proclamata est in eum finem, vt omnes post versperinas preces ad Collegium nostrum

Celeberrimum fuit huius pictoris baptismata.

Arcus triumphales.



confluens ipsam supplicationem, quæ ad eum cum vxore, liberisque excipientem à nobis prodibat, celebriorem redderent: cui Patriarcha quoque cum Prorege, multisque Indiæ magnatibus, ac turba plurima, sua præsentia multum honorem addiderunt. Spectaculo huic Mauri plurimi interfuerunt, item ethnici, ac pictoris huius cõsanguinei nõ pauca: processit ipse tandem ex vicini nostri domo vestem sericã indutus, quæ gallico more (nam sic Prorex eum vestiri iusserat) confecta erat, torquem aureũ habens è collo, tibiãsq; croceis ocreis euinctas, cui hic omnis ornatus, mirũ dictu, q̃ venustè, & splendide quadraret: nam corpore erat bene constituto, & facie liberali. Prorex ad latus ingrediebatur, iuxta quem vxor erat in preciosissimis vestibus, Lusitanum morem exprimentibus, ei nobilis, ac primaria quædam matrona iungebatur, à qua in baptismo suscepta est. Cingebant hinc inde filij, quorum natu maximus nouem, aut decem annorum, ob elegantem formam omnium in se oculos, ac amorem conuerterat. In ipsa supplicatione sex vel septem choreæ dicebantur: has mixtim

mixtim interpositi pueri nobiles auro, & argento supra modum ornati honestabant. Nullum deerat instrumenti Musici genus, quod ad aures demulcendas faceret: omnia tantam harmoniam, campanarumque concentum tam egregium suis numeris explebant, vt lætitiã adferrent maximã, & animos ad omnem pietatem excitarent.

Prorex viro Constantini de Breganza, vxori Eugeniæ nomen imposuit.

Natu maximum filium Theotonium, reliquos verò Fulgentium, Ioannem, & Vincentium appellauit.

Baptismo absoluto, matrimonium ex integro solenni ritu, vt fieri solet, renouarunt, ipseque Prorex, alique nobiles qui aderant, vsque ad lectissimæ mulieris eides, quæ istos in baptismo susceperat, totam familiam profecuti sunt. In quibus cum biduum hæssent, domũ suam repetierunt. De donis autem, & muneribus vtrò liberaliter oblatis quid attinet dicere? quæ & plurima erant, & maximi sumptus. Arcis Sofalę Præfectus, sericos pannos, vndulatosq; & alij generis, ac coloris varij dedit, ex quibus sibi, coniugi, liberisque vestes conficeret.

Huius

Huius nunc peculiarem nos curam gerimus, nec immeritò, nam si eum, cum adhuc Ethnicus esset, propter honestatem, gravitatemq; morum, & familiaritatem quam nobiscum habebat, amavimus: nunc profectò, cum se pium, probumque Christianum re ipsa profiteatur, longè debet esse cõmendatissimus, fit enim vt eius exemplo commoti, eiusdem artis homines sese Christo non solum dedere familiarius incipiãt, verum etiam iam minimè pauci in matris Ecclesiæ gremium se sua sponte transtulerint. Octauo baptisinate quod celebratum fuit,

28. Mai, 85. baptizauimus.

29. Iunij, 198.

Nobilis Vigesima octaua Iulij, Brachmanum quendam baptizauimus nobilè virum, & prædiuitem, cum coniuge, liberis, & domesticis, eo (quo iam dictum est) ordine: quem Prorex in baptisinate suscipiens, Theodosium de Breganza nuncupauit. Huius deinde opera multi Ethnici sunt conuersi, quòd eos ad hoc sedulo hortari non destiterit.

6. Augusti, baptizauimus 315.

Decima verò septima eiusdem mensis, in hoc

In hoc eodem collegio magnis cõmuniis, & solenni pōpa baptizauimus Macadanū aurificē, qui præ ceteris suę artis longè nobilissimus esse, ingenioq; mirabili præditus existimatur. Placuit autē Deo Opt. Max. vt eo die, quo baptizandus erat, eius patruelis vnà ad fidē Christianam accederet: ipse verò Macadanus quàm potuit amplissimè vestitus, ad domus limen cum peruenisset, vnde à supplicatione excipiendus erat, chartam foliis aureis, & argenteis plenam, vt lætitiã animi, auriq; contemptum ostenderet, quod tãto studio pleriq; querunt, in altantem populum effudit. Mox cum vxore, aliisq; quatuor baptismum accepit. Perstrepebat eo tempore aurificum vicus, quem peculiarem, propriumq; possident, ingenti hominum multitudine, obumbratus multis diuersarum arborum ramis, ac frondibus, vexillis item, & trophæis vt variis, ita aspectu iucundis, quibus suum Macadanum honorabant.

Accidit post huius conuersionem, vt alij eiusdem artis magistri non pauci nomina Christo dederint.

Est insula quædam Ciorana, quæ duobus hinc distat miliaribus, in qua templum

*Aurificū
præfectus
fonte baptis.
abluitur.*

Auri contemptus.

*Aurifices
suū imitā
tur anteq̃
gnauum.*



plum etiam habemus, nomen ei impositum est Beatæ Mariæ Virginis à Gratiis. Hæc insula, vt credibile est, eiusdem Deiparæ Virginis precibus, vberimam, & foelicissimam messem dedit, & salutari fonte baptismatis multos è suis ablui vidit. Nolebat enim pia virgo inter tot vrbes Euâgelij fecundissimas hanc vnam sterilem, & infrugiferam permanere, in qua magna cum religioe ipsa præsideret, quin potius tristitiam, & ploratum (nam hoc Cioran insulæ nomen significat) in læticiam, & interiorem spiritus consolationem conuerti voluit. Res autem sic se habet: nam cum Ethnici de factis, nefcio quibus cæremoniis contra edictum Regium, præscriptaque viuendi consuetudine violata accusarentur, idque ipse Prorex agrè tulisset: visum est Patribus nostris tentare, si timore poenæ quam incurrerant, in commissi contra Deum sceleris dolorè, & cognitionem venire possent. Erant 300. vel 400. forsatis, qui in castello quodâ satis amplo, quod inter palmas non longè ab æde sacra B. Virginis situm est, habitabant. Ad hoc igitur explorandum cum Patre Dalmeida

Ciorã triste significat.

Dalmeida, & Amato Corea accedit Ioannes Ferdinandus, qui & à rationibus in ciuitate erat, & eiusdè Palmeri dominus: hic statim quos reos maxime esse iudicauit, comprehendit, & in vincula conici iussit: hac seueritate, qui in castro erant, attoniti, quâ se poterant, abdebant. Sed ipse, priusquam in carcerem detruderentur, singulatim vnumquemque interrogabat, num Christiani fieri vellent. Ex quorum cumulo proceræ stature senex quidam, & inter eos facile primus, diuino spiritu afflatus, inter ceteros exurgens, & silentium manu petens, clara voce ad eum qui à rationibus erat: deinde ad suos orationem conuertit. Quorsum, inquit, ô socij, vincula, & custodiè? Me suafore Christianam fidem si omnes amplectimur, res omnis, & vjta extra periculum erit. Vix hæc verba protulerat: & ecce vna omnium vox fuit, Christianos se fieri velle. P. Dalmeida cum Fratibus interim in Ecclesia expectas euentû rei, festinus accurrit, salutat oes, & magna animi lætitia quos potest, amplectitur: idè faciunt Fratres. Fit ingens exultatio, & clamor, cadentibus præ gaudio lachrymis.

Quid

Admirans hic modus ad fidem veniendi potest quâ carcerendi.

*Vere con-
uersionis
signa.*

Quid quæritis? Accendebatur indies ma-
gis, ac magis fides, & Spiritus sanctus,
benignus animum illustrator ignem
diuini amoris, notionemque fidei latius
exerere cœpit. Summa enim, & admi-
rabili iucunditate hinc inde vidisses eos
turmatim prodire, & quos quisq; pote-
rat adducere, conniti, facere denique vt
fidei participes essent. Ducebat ipse pa-
ter filios, filiam mater, frater consobri-
num, ille auunculum, alius alium: tandē
amicus amicum euocabat: erant etiam
qui non vocati vltro sese ingererent, &
captiuos darent in salutem animarum.
Itaq; factum est breuissimo temporis spa-
tio, vt cum octo reos, aut vt plurimum,
decem conuertendos putaremus, præter
omnem spem, & expectationem ita nu-
merus excreuerit eius beneficio, qui
quinque panes, & duos pisces diuinos
multiplicauit, vt essent trecenti, & eo
amplius, qui omnes vna voce, constan-
tiaq; pari sacro baptismatis fonte ablu-
se petebant. Huius tanti beneficii, quod
operata est diuina misericordia, cum pri-
mum per Fratres hic Goæ certiores fa-
cti sumus, tantum gaudium accepimus,
quantū verbis exprimere nemo posset.

Pater

*Trecenti
conuersi.*

P. Antonius Quadros re intellecta, spiri-
tu exultans, statim nauigio insulā adit,
cum paulò post P. Franciscus Rhoderic^o
subsequitur, numerumq; eorū, qui Chri-
stiani fieri vellēt, 150. prioribus adiectis,
iam quadringentesimum supra quin-
quagesimum attigisse nunciant. Interim
Pater Gonsalus, cum Patre Petro Dal-
meida exponunt rem hanc Proregi vt
acta erat, qui mirificè exhilaratus, diu
baptisma prorogari noluit. Paratur igitur
interea tēporis Deiparæ Virgini Sacellū
tumultuario opere, & dies eligitur De-
collationis S. Ioannis Baptistæ, in quo
baptisma diu cupitum nouo huic popu-
lo Christi ibidem conferatur: Prorex,
quæ solet esse cōsuetudo illius, & sum-
ma benignitas, ipsemet interesse voluit.
Intererant etiam non pauci Brachma-
nes, qui & in Insulæ parte alia separatim
vitam degunt, & cum ceteris accusati
non erant: sed tamen conscientia scele-
rum perstricti, consciq; sibi malarū re-
rum, cum vererentur, ne Proregis in in-
sulam aduentus post baptismata in ipsorū
perniciem redundaret; plurimi ex iis
clam noctu propriis adibus, omnibūsq;
p̄ derelicto habitis ex insula in cōtinen-
tem

*150. alij ad
cessere pri-
oribus.*



tem fugere decreuerant; quod fecissent, nisi quorundā diligenti studio preuenti, Regio insuper edicto prohibiti fuissent, ne quoq̄ extra insulā pedē efferrēt, alioqui copias, & opes vniuersas perdituros esse. Placuit tandē diuinæ bonitati, vt 30. ferē ex his fidem nostrā amplecterentur, quos cū aliis baptizauimus. Rebus igitur ad eum modū bene compositis, venit Prorex magna suorū multitudine stipatus, huic in littore gratulabundi occurrere debebant, qui paulō post ad baptismum accederent, numero ferē 507. quos P. Antonius Quadros cū aliis nōnullis Fratribus in ordinem, & modum concinnē digesserat. Tandē erecto crucis vexillo, vt sit Christiano more, tympanoq̄ue pulsato, viam qua Prorex venturus erat, ingrediuntur, vt illi obsequiū, & honorē pro merito deferrent. Viros mulieres subsequuntur, proles queq; suas aut sinu gestantes, aut ducētes manibus. Vbi ad Proregē oēs peruenissent, ad eius se genua puoluūt, & vt quisq; nouerat, ac poterat, Proregem officiosissimē salutant. Manus cū lachrymis extēdunt, amplecti, & hērere eius vestigiis, amorē, & beneuolētiā ostēdere, deniq; facere cun-

30. Præchamantes baptismum perzunt.

Quingen-
ti & 7. ba-
ptisma am-
biunt.

ta qb̄ aī lætitiā immodicā declararēt. Ille humaniter ac benignē oēs vnīs amplexus patrio, ac pari amore (vt charitas, Christianaq; religio suadebat) erexit, ac consolatus est. Ex illo loco simili deinde ordine in templū itū est, aderat cū Prorege Vicari⁹, & Prior Dominicanorū, ac P. Cōsaluus, nōnulliq; alii Collegij nostri Fratres, qui quod in mandatis habebāt, vt viros induerēt nouis vestibus, ilicō q̄ diligentissimē perficiūt. Postea mulieres eodē quo diximus, ordine iter ad templū capiunt. Hic igitur oībus in vnū confluentibus, & monticulū quendā exiguum q̄ ex aduerso obiacet tēplo, cōfertim vt sit, ascēdētibus, ibi demū exoritur incredibilis quædā musicorū harmonia, tubis, ac cornib⁹, citharisq; & variis instrumentis iucundē modulantiū, aduentumq̄ue gratulantiū, tanto cū fragore, & applausu, vt totā urbē impleri, & tremere quis existimaret. Prorex audito tā suauī cōcentu, fenestris eidiū innix⁹, vbi tū se cū suis collegerat, adiunctis S. Dominici, & Societatis nostrę Patrib⁹, & tantā multitudinē alacriter, & iucundē p̄spectās; quantas potuit, diuinę bonitati gratias egit, q̄ tātis hāc insulam beneficiis cumulasset.

Baptif-

Baptismate celebrato, viri, & pueri collegium ingressi conuiuio excipiuntur: interea Prorex cum religiosis, ceterisque magnatibus aream ingressus, quasi ministrorum vnus, mensas circuibat, & virgâ manu tenens, curabat ne quid omnino cuiquâ deesset. Multis illos officijs prosequens, excitansque colloquiis, & piis adhortationibus, quæ res non mediocriter omnes affecit: vnice id studebat, vt nouam fidem vitæ puritate cohonestarent. A cœna in eundem finem mensæ accumbentibus adhuc omnibus concionem egregiam habuit, adhortatusque est, vt beneficij à Deo accepti memores non solum in Christiana fide ad extremum vsque constantissimè persisterent, verum etiam piis operibus se Christianos esse declarent, faciântque vt vitam cum nomine coniungant, & appellationi honorificentissimæ non dissimiles actiões respondeant; sic enim futurum, vt eorū viuendi ratio in posterū, reliquos in suis erroribus adhuc miserè iacentes, ad Christianam vitam amplectendam moueat, & confirmet. Absoluta hac Proregis adhortatione, Frater noster Emanuel Theseira alta voce Orationem Dominicam,

Dominicam, & Salutationem Angelicâ pronunciauit, Christianis magna alacritate, & lætitia eadem verba repetētib; atque hoc modo sub occasum solis cœna absoluta dimissi sunt. Prorex Goam cum his qui eum secuti fuerāt, rediit, gaudio, spirituque plenus. Mulierum baptisma, plurimæ essent, in bonam partem noctis protractum est. Hæc erant, quæ præcipue mihi ad vos scribenda occurrebant, reliquum est aliud nihil, dilectissimi Patres, ac Fratres, quàm vt omnium bonorum auctori Deo ob tam singularem in suos bonitatem, & clementiam, gratias quàm possumus maximas agamus, deprecemurque, vt his nouis suis tyronibus vires, spiritumque suggerat: atque animi nobis fortitudinem addat, vt in hac vberissima, copiosissimâque Christianorum segete strenui operarij simus, administratoresque; mysteriorum Dei fideles: vt Christianæ fidei propagatio se in hac tam misera, perditâque mundi parte, plena densissimis errorum nebulis, ac Mahometica peste infecta, quotidie longius ac latius extēdat. Addam vnū adhuc, quod non ingratum vobis futurum arbitror: His diebus cum sacrum missæ officium perage-

T
teur,

geretur, cui multi qui prodibant ex baptismo, intererant, accidit ut eo perfecto præter omnem spem, magna Patrum ac Fratrum lætitia, 10. Christiani effecti fuerint ob unius conversionem, ipsos etiam Brachmanes durissimos animi pertinacia longè superantis: per quem; ut res ipsa docuit, plurimos alios conuertendos speraueramus. Hunc autem cum coniuge ac liberis baptizauimus.

Addam & aliud: decimo septimo Septembris, trecentos quinquaginta baptizauimus. Fuit enim hic mensis mirè foelix, in quem præter reliqua, tria celeberrima baptismata inciderunt. Ad hæc Patris nostri Præpositi literas nobis attulit, quibus oratum esse cognouimus communibus precibus Romæ, pro iis qui in Orientis partibus versantur: idemque à nostris in Lusitania factitatum esse per omnia quæ in eo regno sunt collegia lubenter accepimus. Primum igitur ex his de quibus dixi, baptismata 291. habuit. Secundum verò 200. Tertium 66. Qui verò reliqui erant, neque eo baptismate participes voti fieri poterant, numero 202. hos decimo quarto Octob. ad salutarem ablutionem admisimus.

Quinta

Quinta Nouembris, 150.

Duodecima eiusdem mensis sex baptizauimus.

Inter hos erat Macadani cuiusdam consobrinus, præ cæteris maximè desideratus. In penultimo verò baptismate, quod factum fuit quinta Nouembris, eiusdem Macadani consanguinei nonnulli baptismata susceperunt, pingendi artis peritissimi. Vir item alius inter suos apertè nobilis, & in hac insula cuiusdam oppidi Princeps, Christo militaturus, cum tredecim, quos secum adduxerat, nomen dedit, adiecitque curaturum se, ut paucis post diebus centum, & eo amplius ad fidem adducat.

Quare ut rem in pauca conferam, numerum nunc adscribam eorum qui hoc anno per viginti baptismata Christi fidem suis erroribus reiectis secuti, nostrorumque opera in hoc Goensi collegio baptismatis vnda abluti sunt: ut habeatis, quamobrem maiore animi lætitia in conuersione tam multorum hominum exultetis: fuerunt autem in uniuersum amplius quam tria millia ducenti, & triginta, plurimis omisissis infantibus, infirmisque, qui cum hisce

T ij solenni-



Alij decem
baptizantur
cuiusmodi
famoso
Brachmanis.

Alij 30.
iniciantur

492. Baptizati.
Item alij
268.

Alij 316

Princeps
quidam cum
23. ad baptismata
venit.

*Monacho.
rū in con-
uertendis
gentilibus
studium.*

solennibus baptismatis interesse non possent, separatim à nostris baptizati supra centum fuerunt. Non possum facere, quin hic adiiciam, quanta charitas sit eorum qui de Sancti Dominici, & D. Francisci familia sunt, in his ethnicis ad fidem conuertendis. Nam vt sollicitos æterni Patris familias seruos decet, strenuam operam ipsi quoq; nauant, quò ad cœnam gloriosam agni, atq; cœlestem Hierusalem ij demum qui vocati sunt, perducantur: non solum in hac Goensi ciuitate, in qua multos ipsi baptizauerunt; verum etiam in remotioribus, & ab hac longè distantibus terræ partibus, in quibus & Euangelicam veritatem sedulo promulgârunt, & plurimos æternæ salutis, catholicæque fidei participes fecerunt. Adiiciam nunc pro coronide celebriora quædam facinora, quæ in horum, aliorumque conuersione accidere, nec omnia tamen sigillatim perscribam, ne longior quàm par sit, illustretur narratio.

*De pre-
clarissimo
Brachma-
num con-
uersione.*

Erat in hac Goensi insula quidam adulescens Brachmanis, in lege eorum verissimus, & inter cæteros ingeniosissimus, quem frequenter P. Melchior Carnerus

nerus adibat, idem faciebant voti sacramento initiati, hominis conuersionem auidissimè sitientes. Nam præterquam quòd Lusitanicum idioma probè callebat, aliis multis à natura donis præditus erat, nimia tñ diligentia, & sollicitudine circa rituum, & cæremoniarum suarum cognitionem anxius videbatur. Quocirca hoc sibi de eo pollicebantur Patres, quòd si aliquando Christi fidem acciperet, futurum vt magnum certè fructum religiõis nostræ percepturus ab eo Christianus populus esset. Itaq; quo tempore parentes cum tribus, aut quatuor eius fratribus, ad baptismum se præparabant; quamuis bonam iam de seipse spem dedisset, nescio tamen qua causa ex Goa clam aufugit. Paucis verò post diebus, iam ipsius parentibus Christianis effectis, nulla adhibita à nobis, vel aliis diligentia, tantum Deo Opt. Max. operante, ad nos in Collegium spontè venit: quæ res Deo gratias agendi, ac diuinæ bonitatis, prouidentiaeq; collaudandæ materiam suppeditauit maximam; præsertim cum certum haberemus hunc esse dexterum (quod aiunt) oculum inter suos, & cui præ cæteris Brachmanes plurimū

T iij tribu-

tribuebant. Hoc vnum rarum, & peregrinum in illo fuit, quod citra pompam baptizari, & ab ipso Prorege suscipi noluit, neque id coram omnibus in templo, sed in collegij secretiori parte vbi sacellum nouitiorum est, illic duobus ducta xat honestis viris, cum quibus magna illi fuerat familiaritas, vt in baptismo praesto essent, adhibitis, Christo se, ac fidei catholicae consecrauit. Inditum illi nomen est Emanuelis ab Oliuera: domi nostrae per aliquot dies doctrinae Christianae ita sedulo incubuit, vt nullo negotio bonam partem memoriae subito mandarit. Aliquantulum temporis per omnes dies Pater Dominus Franciscus Rhoderiques ei conferebat, in quo de creatione mundi, redemptione humani generis iuxta sacras licentias breuiter iuxta ac aperte instruxit: interrogationibus, & dubitationibus, quas adferebat plurimas, per omnia dissolutis. Post susceptam fidem deprehensum est, aliquid semper illum dignum admiratione parere, proferreque in medium, quod ad Dei Optimi Maximi honorem faceret, & daemones ignominiam, daemonesque cultoribus

Emanuel
Oliuera
Brachmanis.

Humilitas
magna in
Brachmanis.

ribus Brachmanis suis ingens dedecus inureret. Inter cetera illud praecipue nota fuit; nam cum intellectum esset ab hoc nostro in continente de Brachmanis quendam patriae perfidiae studiosissimum agere, qui octo iam annos in transcribendis libris, variorumque authorum operibus in vnum confarcinandis nequiter, & laboriose prodegisset, versantem autem potissimum in libris nescio cuius Veaci, quem tanquam principem, & coripheum aestimant, quique 18. commentariorum volumina in patrias leges, aliasque constitutiones variorum doctorum suo tempore reliquit. Adolescens hac re cognita: cum facultate à Prorege prius accepisset, 3. adiunctis Comitibus viris grauissimis, ad eum locum vbi alterum habitacionem habere cognouerat, iter arripit: & noctu bibliotheca illi omni ablata ad nostrum Collegium tanquam opimis spoliis ab hoste relatis triumphati similis reportauit: sciebat enim quati momenti id esset ad summam ignominiam inferendam Brachmanis, si foedis ipsorum abominationibus, & fraudibus detectis praecipua quoque in linguam maternam transfunderet, id quod etiam fecit: nam bonam partem in Collegio nostro ex iis libris inter-

dedecus.

Ingens ardor in iuuenili.

interpretatus, atq; in lucem venire passus est, reliqua paulò pòst transtulit in D. Francisci monasterio, ab alio quodam religioso, tanquam Thesoro suo, familiariter adiutus, ea se deferre velle dicitur in regnum Ceilanum, in quo copiosum, & frequens est hoc genus hominum, & qui legis suæ eximij doctores habentur. Hac occasiõe tam oportunè data, visum est Vicario Dominicanorum, Patribusq; nostris, vt cum Prorege de publicis contra eos instituendis disputationibus agerent, vt singulis diebus Dominicis iuxta Paræchiarum, quas vocant, partitionem, Brachmanes alios in S. Francisci, alios in S. Dominici monasterium, alios item in hoc nostrum D. Pauli collegiũ acciri iuberet, quibus cum nostri de lege, cæremoniisq; gentilitiis conferrent, quo vel hac ratione ignorancem hebetem exuerèt, scèdamq; illuuiem errorum, quibus miserè immergi sunt, intelligerent: sed dictu mirum est, quantopere displicuit illis Proregis in ea re mandatum, quanquam obnixè omnem lapidem mouerint, & dæmonis arte nihil nõ molliti fuerint, vt à tam pio animi proposito Proregè auerterent: sed plus apud illum

Disputati
ones insti-
tuuntur cū
Brachma-
nis.

illũ diuini honoris, & fidei zelus, quàm omnes dæmonis fraudes valuerunt. Primum electus est P. D. Consaluis, qui verba cum illis facere, concionariq; inciperet: quem P. Franciscus Rhodericus secutus, in hunc vsq; diem ita vt inceptũ est, diligenter prosequitur: modus autem quem obseruare solet, hic ferè est. Proponitur in initio caput aliquod ex eorũ legibus, idẽ pro cõcione mox Pater impugnat, ac refutat. Primis ferè diebus quibus disputari cœptum est, negotio adhuc recentem, aliquid in errorum suorum defensionem proferre satagebant, sed rationibus tam inualidis, vt nihil suprà, planè ipsorum cæcitati, ignorantiaq; congruentibus: mox ipsa veritatis luce paulatim emergente, victi, deiectiq;, cum nihil aliud haberent ferè quod comminicerentur, in excusatione dicere soliti erant, se nec doctrina, nec concionibus exercitatos esse, sed qui ad hæc omnia satisfacere abundè possent, in insula Bisnaga commorari, eò proficiscendũ esse, & cum illis agendum. Quæ responsio Lusitanos, reliquosq; qui in rem præsentem venerant, Christianos, ad risum patiter, & commiserationem excitauit, neque credi

Modus dicitur
insti-
tuuntur cū
Paganis.

Brachmanes
victi,
sed nõ per
suasi.



neque credi quitum est superesse adhuc homines rationis capaces, præsertim ex iis qui politicam vitam profrentur, qui stultis huiusmodi ineptiis locum, & fidẽ darent. Pater Lusitanico idiomate argit cum iis, qui norunt; alios per interpretem alloquitur, in eoq; munere dexterè, & fideliter obeũdo, sacerdote quodam utitur Canarino nomine Andrea, viro docto ac prudenti, eum iam inde à puero hoc in Collegio educauimus, in quo virtutum, ac honestæ vitæ primæ iacta fundamenta ita lucent, autè que sunt vt nihil supra, agit in hac Insula iuxta Diui Ioannis templum quod extra ciuitatem situm est, omnemque operam quantam conferre potest, in Ethnicorum conuersionem libenter collocat, ad hanc concionẽ Patris vt plurimũ trecen- ti Brachmanes confluunt. Die quadam cum incalesceret inter concionandum, diceretque hoc vno vel maximè argumento perspici posse tantam illorum ignorationem, improbitatẽque, quoniam ipsorum doctores ad quæstum, & applausum legẽ suã doceat, quodq; dicat quidã de grege ipsorum deo Risino (qui secunda putatur ab illis Trinitatis perso- na)

Risnus seu
cũda in di-
uinis apud
Paganos
persona.

na) seruiendum neutiq; esse, hoc illi tem- plũ egressi cum negaret, assereretq; cõ- stanter, lege eorum comprehensum esse de cultu Risini, curauit Pater Rhoderi- que sequenti dominico accerfiri Ema- nuelem ab Oliuera Brachmanem eum, quem diximus, ante cõuersum ad Chri- stum, cuique plurimum fidei, ac honoris habere soliti fuerant, vt ostenderet ve- lut ea quæ oculis cernuntur ipsorũ idio- mate, propriisq; suorum Prophetarum libris, verum se ante docuisse. Ille sta- tim ad Brachmanes conuertens oratio- nẽ Lusitanico sermone vsus, in tantã e- rexit admirationẽ nostros reliquosq; oēs qui in tẽplo aderant, vt explicare nemo possit: nõ tã ob eloquentiã, dicẽdiq; gra- uitate; quàm libertatẽ, quã nouus iste, & strenuus Christi miles, corã tãta multitu- dine dicendo vsurpabat, accidit hoc post 4. menses q̃ Christi per baptismũ alũnus esse cepisset. Cuius ferè hęc sunt verba: quæ quoniam efficacia sunt, ascribẽda duxi. Viri Brachmanes consanguinei, ac populares mei, scitis omnes ex eadem me qua vos natione procreatũ esse, quiq; inter vos primi ordinis, & nobilitatis sunt, mihi cõsanguinitate iunctissimos.

Nec

*Vehe-
mẽs
& grauis
oratio nos-
tri Christi-
ani.*

Nec clam vobis est, quàm fuerim olim eius quam vos religionem dicitis, ego superstitionem nunc appello, studiosus: in qua promouenda licet ætate nõdum satis adulta; tamen studio quodam indefesso veritatis plus vobis omnibus, aut certe plurimis laboraui: tendebam enim magno animi mei desiderio ad excellentem scientiæ gradum, vt vobis prodesse, quæstionumq; nodos omnes dissoluerem acutè possem. Cuius rei testis est illa in hunc finem paternorum bonorum tam larga profusio mea, difficilisque per tam varias regiones peregrinatio (quæ paucos, aut neminè e vobis fecisse certò sciam) nullis parcebã in hoc neq; sumptibus, neq; laboribus; vt tandè inuentû haberem, qui lege nostra perfectè me instrueret, et à dubiis liberaret, accessi ad varia idolorum phana, multas aquas, balnea, lotionesq; infinitas expertus, quas vos stultissimè sanctas creditis. Quamobrem cum ætate nondum prouecta essem, neq; adhuc sim (vt ipsi etiam me tante videtis) tamen hoc inter vos consecutus erã, omnibus vt reliquis doctior haberer, & fidus legum paternarum interpretres, & magnè semper existimatiõis.

Quæ

Paganorũ
varie sus-
perstitio-
nes.

Quæ cum ita sint: & diuinæ bonitati placuit in tenebris errantem animum ad lucem veræ fidei traducere: hoc vnũ verè profiteri possum, nõ nisi inter Christianos veritatem solidam reperiri, id quod ipse post susceptum baptismum, & manibus (vt dici solet) contrectaui meis: & non sine magno meo pudore, diuinæq; bonitatis admirabili præconio, nunc deum multò apertius quàm antea perspicio: nec enim vnquam Deus Opt. Max. veritatem affectanti deest, id quod ex mea vita coniectura assequi cuius facilimum erit, qui cum veritatem noscere percuperem, perturbato semper, & inquieto animo volutatus, nihil in lege vestra solidum habebam, nihil stabile, aut firmum satis, quod anxium, fluctuantemque malis animum ad quietis portum euehere posset. Accedit adhuc quòd intelligentiam ipsam istis se rebus maximè opponere, ac reluctari videbã, neq; vnquam ad ea credenda inclinari, quæ ab omni bona ratione remotissima essent. Hoc tantum in me, qui beneficiũ exercuit piissimus ille misericordiarũ pater, idem in vos conferre paratissimus est, si sanctis inspirationibus, diuinæque

voca-

Homo suã
sponte ten-
dit ad ver-
ritatẽ, sed
sine gratia
eũ assequi
non potest.



vocationi aures facillimas præbeatis, quod utinam hodie mihi cernere liceret, utinam contingat ut durus ille vester, & obstinatus animus se ad veritatem informet, & inflectat, bonisque rationibus, quas Patres hoc loco adferunt, pateretur conuinci: certus enim sum, atque omni cum fiducia dicam illud, qua meus iam animus consolatione, & lætitia fruitur, eandem in vobis habituros, qui hactenus vitam infelicem, & inopem à veritate relictæ, ex cœcitate, miseriarumque plenissimi degitis.

Quamobrem ut consanguineos meos, vos oro, atque obtestor, ut hæc quæ à me dicta sunt, cum primùm domum redeundi potestas erit, assidua cogitatione mentemque reuoluatis, hæc (inquã) acri commentatione animi perpendite, ut quod melius iudicaueritis, id perfequamini, certissimè persuasi id quod res est Deū Opt. Max. qui sua gratia menti mea affulsit, vobis non defuturum, facturumque omnino, si nõ resistitis, ut clarissima sue cognitionis lux animos vestros illuminet, atque illustret. Nolite obsecro (ut plerumque consueuistis) harum rerum arduarum cogitationem deponere, soletis enim simul

atque

atque templo egressi estis, iam non magnoperè eorum quæ dicta sunt, recordari, sic affecti ferè, quasi hæc vobis aut dicta non essent, aut ad vos minimè pertinere, quum tamen verissimum sit, vestram his rebus salutem omnem, si paueritis: aut si neglexeritis, interitum sempiternum contineri: his aliisque similibus prolixè cõmemoratis, sine dicendi fecit, Brachmanis abeuntibus cõfusione ac stupore plenis. Cæterum vnũ est quod istos in maximã admiratione adducere sepe solet, quod de Brachmanis quosdã iam Christianos factos videbãt, qui hesternodie tãquam flamines tela obuoluti, caput Turcarum more, linteo tectum gerere, viliorique habitu incedere solebãt, eosdẽ nunc vehimẽ in generosis equis, calcaribus deauratis, famulatio ingenti, cum nobilibus, & ducibus Lusitanis ciuitate obequitare, tanta gravitate, & morum ciuilitate, perinde ac si in his moribus à pueris instituti fuissent: sic est autem genus istud hominum in his locis natura comparatum, ut quibus per facultates, & fortunas licet huiusmodi pompas, & honorem libenter sectentur, pro eo ac status ipsorum, & vitæ ratio exigit, sunt inter omnes totius mundi

mundi nationes, quantum ego perspice-
re potui, laudis, existimationisq; popu-
laris sitientissimi, sequunturq; ambicio-
sum istud vitæ genus libenter, præcipue
qui amplas opes, & copias habent, & re-
lata inter eos sunt. Pater Prouincialis
iâ tertio ad vos trãsmisit, quæ ex Brach-
manum lege translata erant, quarum le-
ctio non modò voluptatem maximam,
sed & emolumentum adferet, aperiẽtq;
facillimo negotio technas dæmonis,
quibus miseros istos opprimit, & persua-
det, vt Dei loco summis honoribus se
prosequantur. Exemplar item misimus
literarum quæ donationem amplissimã
habent eorum, quæ antiquus Bisnaga-
nus Rex Ethnicus in gloriosi D. Thomæ
Apostoli gratiã ex vectigalibus persolui-
voluit: quæ vos quoq; non parum recre-
abunt. Baptismatum iam est frequens nu-
merus (diuino fauente numine) eumque
indies multiplicari animaduertimus, vt
nisi ij qui baptismum expectant, ducẽtos
excedant, Proregem, vt intersit, vocare
vereamur: quam obrem institutum est, vt
nobiles Ethnici non pauci, qui fidẽ no-
stram turmatim amplectuntur, quiq; sin-
gulari præ reliquis apparatu digni sunt

*Muli no-
biles adẽm
amplectun-
tur.*

in solennia Baptismata, cùm plurimum
taliũ copia est, à nobis reseruentur. Super-
rioribus diebus cùm Præter Dominici-
cani ad ducentos homines collegissent,
& ad Baptismum Proregem, vt ferè sit,
euocarent: facite, inquit ille, vt alterum
tantumdem sit in numero, si fieri poterit,
tũ ipse veniã lubetius. Erat in hac ciuita-
te, Maurus quidam nautarum præfectus,
qui, fastu diuitiisq; potens (quibus af-
fuebat) & Lusitanorum fauore, quibus
adiunxerat sorores suas in matrimoniũ,
aliorumq; spe, ac gratia cõsensus, qui Pro-
rege familiariter vtebantur, foelicè hunc
Christianorũ progressum, nõ parũ impe-
diebat: quã rem cùm intelligerent multi,
Pater item vnus è nostris cõquereretur,
de iniuriis per illum Christianis illatis,
tamen quòd potentia excelleret, pleriq;
illum excusare, & cùm nullus esset ex-
cusationi locus relictus, culpam tamen,
erroresq; graues eleuare studebant. Pla-
cuit tandem diuinæ bonitati calore, atq;
splendore æternæ lucis adamantinam
cordis ipsius duritiem emollire, vt non
modò Christianus vltrò factus, àque no-
stris Baptizatus sit; sed & vxorem, filios,
domesticosq; omnes eodem pertraxerit.

*Mauri cu-
iusdam pò-
tentis ne-
quissima i
Christia-
nos stúdiã*

*Eiusdem
Mauri ad
mirãda cõ-
uerso.*

Tantus fuit illi coclitus infusus ardor animi; vt videretur hæc Patri Petro Dalmeida conuersio non absimilis illi, quam in Diuo Paulo præclarissimo Apostolo, Gentiumq; Doctore factam legimus. Hic enim quanto studio, & conatu Christianorum ruinam antè machinabatur, & nostræ fidei propagationem auer-tebat, tantò amplius, enixiusque postea contendere incoepit, Christiani nominis gloriam longè latèque diffundere, ardentissimo zelo succensus ex tenebri-coso illo incredulitatis oceano in serenissimum, tutissimùmque fidei nostræ portum animas deducere, Deo Op. Ma. de hisce rebus æterna sit gloria. Nescio profectò quid sit aut quomodo fiat char-rissimi fratres, vt tantis Dei beneficiis, affecti, tamque euidentibus obruti misericordix cumulis, quæ vel cæcis perspicua sunt, non prorsus animo deficiamus desluamusque in abyssum diuini amoris, eoque inflàmemur magis ad omnem pietatem, quò manifestius ista videmus. Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam, præcipuè hæc vt amplissimam, ita maximè strenuis viuis egentem, vtpote ab omnibus hac-

Oculos ha-
bentes nõ
videmus.

tenus desertam, in qua tamen cernerè licet singulis penè horis non sine in-genti consolatione, ac fructu pro-uidentiæ diuinæ stupenda opera, ex quibus illud vnum est, quod nunc dicam.

Vir quidam Runius Barretus dictus, nobilis inter suos, ac præpotens, anno elapso, cum sexaginta ex sui generis familia ad baptismum accessit: à bap-tismo peracto, statim templum cir-cumibat, pauperes quæritans, vt eleemosynas illis viuitim diuideret, adeo in Ethnicorum conuersionem magno studio incumbens, vt vitam sibi acer-bam existimet, nisi in omnibus qui fi-unt baptismis, à se conuersos aliquos conspiciat. Credo eundem hoc anno cum minimum centum ad nos bap-tizandos deduxisse: Sit nomen Domini nostri Iesu Christi benedictum.

Alius quidam honestus vir, natione Lusitanus, qui palmetum in hac insu-la possidebat, Ethnicorum oppido con-tiguum, accensus ardore fidei, tenta-re voluit, si potis esset aliquos in nume-rum Christianorum ascribere. Placuit Deo Op. Ma. pius ac feruens ardor, quem

V ij in salute

Runius Ba-
retus præ-
potens no-
bilis cū 60
suae pro-
sapie bap-
tizatus

Eiusdem
diligentia
in conuer-
tendis alijs

100. Bap-
tizatis



in salute conquirenda proximorum ad-
ferebat, tantamq; dedit illi gratiam; vt
prima venatione progressus duodeui-
ginti secum adduceret. Nō multis item
post diebus vnum ex sexaginta, mox ad
P. Dalmeidam literas dedit, indicans se
à nouis illis Christianis magno amore,
& charitate susceptum esse. Alius itē vt
probus, & spectata vita, frater cuiusdam
sacerdotis ē familiaribus nostris, supra
centum, vt conuicio, fidei catholice ap-
posuit. Accidit proxima elapsa hyeme,
Dominico quodam die post meridiem
cum tympano, & fistulis auditis dubium
haberem⁹ quid rei esset, vt quendā bonū
virum derepentē Collegium nostrū in-
gredi conspiceremus, multis stipatum
puerulis, feminisque prę nouitate rei cō-
fluentibus in vnum: Ille verò viginti ho-
minibus adductis, exultans letitia nobis
eos veluti in manu assignauit. Erant in-
ter hos quibus torques aurēi ē collo de-
pendebāt, alij more Turcico pepla gere-
bant capitibus obuoluta, quos omnes ex-
non instrenuo artificum genere dele-
gerat, qui metallis fundendis operam
locant, & apud Goenses nō in minimo
precio sunt, qui quotquot erant eius in-
dustria

28. Bap-
tismi.

6 alij.

Alij 100.

Fufores
metallorū
ad fidē cō-
fluunt.

dustria conuersi, paratos animos offere-
bant, primo quoque baptismo Christo
nomen vt darent. Ex hac re facillē per-
spicitur, quantum lenimentum curarum
huiusmodi labores, & excursions pare-
re soleant iis quos honor Dei, & zelus
animarum ad opem adferendum exci-
tat tantum non miserrimis, Contrā verò
quantum ij pudorem mereantur, qui fa-
cillē inopiam selectissimorum operario-
rum vident, sed otio, & ignauia tor-
pentes nobilissimę omnium actioni, quę
est in ignaris instruendis, insistere vel
dissimulant, vel negligunt.
Arguit certe nos Dominus Deus dum nō
per Laicos solū, & matrimonio iunctos
id operatur, quibus (eō q; Christianismi
communi vinculo tenentur) mandatum
est de proximo; verū quod admirabi-
lius est, per ipsosmet Ethnicos, & Idolo-
latras huc impellit à vero Dei Opt. Max.
cultu remotissimos, magno Christiano-
rum pudore, & confusione, quemadmo-
dum clarum erit ex iis quę sequuntur.
Quamobrem æquum est, vt ob tam sin-
gularē, & eximiā eius erga nos miseri-
cordiā, maximas Deo ac Domino nostro
gratias nobiscū agatis, in cuius manu est

Felicitas
Euangelii
xantium.

Infelicitas
ocioforū.

Idololatrę
ad fidē al-
os alliciūt

*Adolescens
e hinc? ba
pizandō
rū nūctus
ofsciosissi
mus*

*Admiran
dū gentilis
indurari
erga alios
studium.*

*Alius gen
tilis euāg
gelizans.*

cor hominis, & quocunq; velit, inclinabit illud. Aderat nobis superioribus diebus ethnicus quidam Adolefcens, qui P. Petro Dalmeidæ nunciauit in continētī sub imperio Maurorum quosdam esse qui Christianitatis titulo insigniri peroptabant: sed timore quodam rem tam piā reiicere, ne si palā fieret, hoc ipsis sedere animo, à domesticis vetentur: & molestiis magnis inuoluti, quōd Christianismum appetere dicerentur, ludibrio, despectuq; omnibus fiant. Quare rogat, yt si velit, ad Lusitanum arcis cuiusdā præfectum literas daret, qui si necessitas esset, nutantibus, & dubiis auxiliū ferat, seq; ad istud opus exequendū paratū offerat. Dat P. Prouincialis literas, quas petebat: quibus impetratis, iter arripit magna satis diligētia. Nec post multū tēporis ad nos, cū 9. qui sacra baptismatis vnda abluī cuperēt, reuersus est: ipse tñ in pristinis erroribus adeō obstinatē perseuerās, vt ne verbū quidē de sui cōuersione audire vellet. Alius quidā Macadanus, mercatorū qui Goæ sunt, præfectus, Ethnicus tñ, multos sepē ad Baptisimā deduxit, suā operā, & diligentīā offerens, tā in cōquirendis, q̄ in persuadendis hoībus vt Christi-

Christiani fierēt. Brachmanes aliqui p̄bi & huius ciuitatis faciliē primi, q̄ fidei nostræ, priusq; eā didicissent, plurimū cōtrarij esse solebant. P. Dalmeidē obuiā faciē (quē nō mediocriter venerantur) paucis antē diebus semel, atq; iterū beneuolē salutarū, seq; paratos obtulerūt ad omnia: scito nihil ita cordi nobis esse aiebāt, q̄ vt Dei glorię, & tuę R. desiderio faciamus satis. Inquirimus qui Christianā fidē amplectatur, quos cū licebit habere, q̄ primū ad Collegiū deducemus. Hæc cum sua spē tā prolixē faciāt, non possumus nō profectō animi ardorē quē habent, admirari. Illud tamen omnē fidē excedit, quōd ij, qui ad fidem nostram accedere volunt, artes comminiscuntur, quibus ad baptismū se insinuent. Habebat iuxta D. Ioannis vbi Pater Andreas Vazius Canarinus assiduus est, nobilis quidā, & egregius vir, qui præ pudore fidē Christianā, cuius sitientissimus erat, amplecti non audebat. Hic cū sciret edicto Regio cautū esse, multā incurfuros, qui publicis Idolorū cultibus assisterēt, studio sibi habuit, vt sacris operaretur, quę Archara vocāt Ethnicici; & tanquā statū honorē exhibitur, partē ex ea clā præscidit, Patrem.

*Brachman
nes alios
ad fidē alii
ciunt.*

*Artes quę
runt quibꝰ
ad fidē tra
bantur.*

Patremque accedens, quid fecisset, & quid dein ab illo fieri vellet exponit, nam se ex composito rem hanc fecisse scientem ac volentem, ut cum deprehensus esset, in carcerem detrudi, dignasque poenas à Rege latas dare posset, quamobrem hoc nunc se sedulo rogare eum ut apud Vicarium se accuset, apud quem perductus hoc commento liberetur à parentum, & consanguineorum metu, seque audacter Christianismo dare posset. Addebat insuper, ut nisi hoc faceret, ipsum se delaturum Vicario, quod oblatam tam commodam occasionem, quam Christianum facere possit, abiectis sevir deatur. Pater, ut erat propaganda fidei nostrae studiosissimus, statim iussa exequitur, accusat hominem, ac salutaribus vinctis abluere curat. Sunt qui callido prætextu hoc agunt, ut se vincti à lictoribus tanquam ob flagitium patiantur, ut hac ratione effugiant contumelias à parentibus audiendas, quos cum ad portas civitatis ventum sit, à lictoribus immunes esse placuit, ne suspicionem apud Christianos incurrant, inuitos ad baptismum cogi. Huius autem auditoris, & constantiae quamvis crebra exempla adita sint, singulis tamen commemoran-

morandis insistere superuacaneum esset. Cum in aedes cuiusdam Macadani inter omnes quos in hac Insula vidi gentiles candidissimi, ac mirifice humano ingenio præditi, forte fortuna Christianus quidam Adolescens præsentem Patrem Almeida ingressus, locum ubi cibum capiebat, attigisset (quod illis propiacle magno est, tantique momenti, ut hanc vna ob causam se extra societatem aliorum eiectionis excommunicatioque putent, à quo antequam expientur, & cum suis iterum in gratiam veniant & congressum, multis opus est caeremoniis, & sumptibus antegressis) adeo hac occasione Macadanus exhorruit, ut nullo cibo sumpto quem contaminatum putabat ab ingressu Christiani, exemplo ad nostrum Collegium venerit, fidei rudimenta percipiturus. Iam 8. elapsi sunt dies, ex quorum tempore uxore, & filio, & sorore baptizatus fuerit. Quidam patre metallico natus, instanter admonitus, tandem baptismum admisit; pater homo violentus perquam iniquè tulit, ubi rem rescivit, quotidie accusare filium, neque ut decebat, animam accipit adolescentis cepit tractare: postea tamen placatus ad nos venit, & filium com-

mendare, ut ipsum sedulo, & accurate ad baptismum suscipiendum preparamus, vltro adhortatus est: ipse interim in errorum tenebris miserè, ac pertinaciter immeratus. Cum alter quidam eiusdem officij ex morbo periculose decumberet, amicis, ac parentibus circumstantibus, ridiculum quiddam accidit, sed quod leuissimum tamen ad exitum perductum est. Habebat enim ex more, ut animam agentibus preesto sint, & adducta vacca, quam iuxta lectulum ægroti statuunt, caudam in manum iniiciant moribundo, eam rem facere pro oratione dicitur; quã tã diu egrum continere manu iubent, donec miseram, & infelicem animã exhalet. Adueniens huc Pater Dalmeida, nescio quo casu, paganis omnibus inde discedere iussis, imprimis superstitiones, & ærotum admonuit de periculo, in quo erat, memorans incommoda cum preteritis vitæ, tũ eternæ damnationis futura exitium, si in sua perfidia diem claudat extremum: tandem Dominus Deus, qui hunc infirmum cooptare in electorum numerum dignatus fuerat, ut credere par est, tantum lucis illi im-

*Ridicula
superstitio*

partitus est, vsque eo dum verbis Patris fidem adhiberet, alacriterque diceret se credere, Iesum Seruatore esse mundi, eiq; in manu positum esse, ut eterna beatitudine se donaret. Ibi Pater incredibili gaudio accensus, quod prædam desperatam ex tartarei lupi faucibus eruisset: & confessionem eius excepit, & baptismum volenti contulit libeter: quo facto, post tres non amplius horas, scilicet illa anima vinculis corporeis libera, ad creatorem suum euolauit. Quam multi sunt, præ dolor, qui in erroribus suis sepulti animã cum vita amittunt, ob solã instructorum, qui fide, & veritate eos instituunt, penuriã. Utinã videre nobis cõtingat ut quãplurimos benignus Dñs huc ablegat in vineã suã, qui tantę inopię medeantur. Satis enim satis iã hæc in Oriente regna, per tot decursus sculorum, sub crudelissima tyrãnide demonis in tenebris, & squalore afflictã iacuerunt. Alius quidã inter istos iã affecta ætate vir, sed vultu apprimè liberali, P. Andrea Vazio se cum vxore, proximo solenni baptismate Christianorum sacris initiari velle pollicitus erat; instante mox baptismate, Patris impones, in continentem fugã arripuit.

Sed

*Senis cum
iusdã pro-
digiosa cõ-
uerso.*



Sed promissi non immemor, & numine deorum tactus, cum requiem exulcerata conscientia non daret, idolum adiit, & dubius cōsultuit, vtrum Christianam fidē amplecti deberet: nec hoc responso contentus, Ioguum quendam (hi apud ipsos pro religiosi, & heremitis sunt) in deliberationem adiungit: dat ille consilium, vt duo nescio de floribus quibus excerpta folia ferat, quæ super vtrumque idoli latus, à quo responsum efflagitabat, spūto collinat, futurum enim, vt ex eo euentu foliorum clarè intelligat, quid optimum factu sit.

Quis mo-
dis respō-
sa perant
Ethnici ab
idolis.

Nam ita se hæc hariolandi consuetudo præbet: si folium quod impactum est, a-
refactum decidat, in eo omen omne bonum aut malum inesse dicitant, si in sinistram, aduersa omnia eius qui consur-
lit inceptis: si in dextrum cadat, optimū omen, felicissimaq; quæuis protēdi. Cō-
sulto igitur idolo, factōq; periculo, quo-
modo dictum est, folium ea parte decidit, qua Christianum fieri optimum esse significabatur. Quæ omnia cum ex voto succederent, tamen nondum acquieuit homo impacati animi: sed iterum rogat Ioguum, si phas sit, vt eadem folia super tempora

tempora idoli compingat, quod summū est apud eos in veritate cognoscēda præsidium: quo facto idem euenit quod prius: quid multa? nondum extra scrupulos animus erat, rem ad vxorem deferendū, pleniusque cum ea deliberandum ducebat: illa non antè Christianum fieri debere putat, quàm aliud idolum longè his (vt aiebat) sanctius, religiosiusq; consuluisset: dictum ac factum, huc abit maritus, tendit ad idolum, serpentem in via cristatum reperit, veneno turgētem, pefsimiq; augurij signum: tremefactus tot prodigijs, consternatōq; animo domum reuersus omnia vxori narrat quæ accidissent, persuasum habens Idola non aliter præcipere, quàm vt Christianum se faceret. Quamobrem baptismum quem antea in odio habuerat, huc petatum venit, et quæ illi dura atque aspera euenerant, omnia sigillatim exponit, addens non aliter se de dijs suis statuere quàm ostendisse eos multis signis Christianam legem subeundam esse. Hunc cum vxore Pater Andreas in Collegiū receptos, pristina ignorantia deposita, in fidei rebus bene institutos, in quodam solemnitate Christi militiæ ascriptis.

Mulier

Mulier quædam pagana alterius puerulum Christianæ matronæ pretio addixerat: puer interrogatus à nostris, num Christianum dogma amplecti vellet, annuit ex animo se velle, allatamque vitulinam carnem, apud illos sacram, & ex qua vesci summa religio est, ante omnes comedit.

Edenti supervenit mater eius, obstupuitque non sine multis lachrymis, dum ex sacra carne manducantem filium videt, mox attentius expendens, se quoque filij beatissimo consortio nihilo secius in fide ascribendam putavit: hoc tam læto nuncio Pater exciatus, mittitur ad eos ubi erant, ut in fide instituerentur.

Inuenta etiam est quæ puerulum vendiderat, quæ ob commissum facinus verita, ne penas graviores incideret edicto comprehensas, ilicò se Christianam esse velle clamat. Visum est Deo Optim. Max. hac via longè à nostro iudicio aliena, suas facere has errâtes abducere sacrosanctæ Ecclesiæ. Nec vulgare veræ conversionis signum est, quòd neophyti marmoreas statuas, & saxea

idola

idola ab ethnicis occultata, qua possint diligentia è terris eruunt, nostrisq; tradunt, ut comminuantur. Inter has una præ cæteris magnitudine, & arte præstabilis, effossa est, magni cuiusdam Dei, ut ex insculptis characteribus apparebat, quem historici eorum loquuntur totius insula præsidem, ac patronum fuisse, & ab eo hanc Goensem civitatem nomen suum, & originem traxisse. Nec ab simile verò est, quod de nomine dicunt: Idolo enim Gounati nomen est. Mauri qui continentem inhabitant, & in aula Regia quotidiana consuetudine agunt, hanc de nobis opinionem concepiisse videntur (Brachmanis ea quæ per nos fiunt, omnibus ubiq; renūciantibus) nihil adeo arduum esse, factūque difficile, quod à nostris fieri non queat. Quæ res in tritum iam sermone proverbiale, quod à nostris fieri non queat. Quæ res in tritum iam sermone proverbiale, aut excellens, quod vires humanas superat, significare velint, ne ipsos quidem existiment, Patres Sancti Pauli id absolutum dare posse. Ad hunc modum nuper arcis cuiusdam Præfectus, natione Maurus, studium suū, & industria maximam explicare cum voluisset, addi-

Gounatus
idolū unde
Gos nomē
invenit.



addidisse memoratur, ne ipsi quidē Patres S. Pauli, si suam operā hac in re collocassent, meliorem effectum habituram fuisse. Sit nomen Domini nostri benedictum. Ipsi adeo gentiles, & orthodoxæ fidei inimici, Christi seruos ob magnam diligentiam quam vident in obeundis negotiis impendi, laudibus euehere coguntur, quæ nos meritò vt diligentiores simus, & in omnem propagandæ fidei modum inuigilemus, excitant, & inflammant.

Multa alia consultò prætermitto, tum quòd existimē bona ex parte vestris desiderii satisfactum, conuersione tam fecunda ethnicorum, & Christianissimi felici successu quoq; modo expositis; tum vt aliquis epistolæ terminus exhibeatur. Quamobrem hæc de nostris Goensibus dixisse satis esto: aliqua nunc mihi de externis scribenda putauī, quæ neq; exi-
 gui momenti sunt, nec parū solatiij vobis dare possint. De Regū quorundā agam primum conuersione, qui iam nostrā fidem agnoscunt, quos non ambiguum habemus (Dei gratia, vestrisq; precibus, ac illibatis sacrificiis plurimum cōfisi) quin alij deinceps consequentur, nihil enim antiquius

De regum
conuersione

antiquius nobis est, quàm huiusmodi letis nunciis animum vestrum erigere, no- uaq; desideriorū flamma accendere, quòd promptius, alacriusq; ad hæc loca commigretis. Ex literis superiore anno à Malucco missis vos intellexisse credo, fratrem nostrum Ferdinandum Zorium in Baxiona remansisse, vt cum eiusdem loci Rege iam pridem conuerso, multum vnà adsit, & agat de fide promouenda. Quoniam verò apud nos habitat modò, qui Regem baptizauit, non fuerit difficile veram texere historiam, à situ insulæ exordio sumpto.

Bacciana insula septuaginta à Malucco miliaribus distat; Amboinum respicit, & ab eo toti regno nomen inditum est. Parent huic aliæ insulæ non infrequentes, nec incultæ, ex quibus etsi quædam non admodum populosæ sunt; rebus tamen ad victum necessariis omnes abundant. Panis, piscium, lignorum, aliarumq; rerum magna copia est; illud ragnō nescio quo, piscibusq; contritis haurire Regis Maluccensis est, qui in vxorē consobrīna accepta, paulò post eandē

X in par-

Bacciani
stus.

Pane ex
ligno, &
pisse con-
secutus.

in partu amisit: hæc videtur vitæ spiritalis, conversionisque in Rege factæ magnam attulisse causam: nam cum hanc ille per vim ereptam, inuitòq; socero Rege Maluccesi, in regnum secum abduxisset, veritus ne tantæ audaciæ ultionè moliretur aliquando illato bello, cõmodius se res suas stabilire non posse credidit, quàm si perfida Mahumeti secta relicta, Christianam fidem amplecteretur. Hac enim ratione Lusitanis in fœdus sibi adsumptis, regnum firmiter se, validiusq; habiturum iudicauit. Quamobrem citissimò, secretissimòque tractu Celocem instructam, ad arcis Præfectum Eduardum Dezam mittit, exprimit illi animum suum, rogat ad se Patrem quendam ablegat, à quo in fidei rudimentis probè instructatur: in votis enim sibi esse, vnà cum aliis sex, aut septem totius regni primatibus, Christianam sequi religionem. Præfectus legatione accepta, nihil hæsitans hæc diuino nutu fieri: eadem diligentia Patrem ad illum amandat, quem in eo officio dignum approbat. Quoniam verò cum iis, qui in arce erant, concilium istud Præfectus agitalset, ne ad Regem Maluccensem res à

quoquam

quoquam è suis perlata serperet metuebat: quod in procliui erat, propterea quòd vtrumque regnum in propinquo esset: certissimum item habens, Malucorum Regem, si resciret, baptismum alterius turbaturum, quòd Christiano nomini maximè malè velle, & crudelissimus hostis putaretur. Hanc rem cum prouideret, summo studio effecit, vt omnes in arce conclusos teneret, vsque eò dum expansis velis Patrem conspexisset à portu soluisse. Hoc modo res celata est.

Pater appulit in insulam Baccianam pridie Sancti Ioannis. Quem eius aduentum malignus humani generis hostis vt omnes res præclaras ægerrimè tulit, veritus ne tantam prædam ex vnguibus erepturus venisset. Id igitur vnum studio sibi habuit, vt in aliam sententiam Regem adhuc fluctuantem transponeret. Iamque ipse hære, & ancipiti labi, neque obscuris indicis præ se ferre videbatur, pœnitentiam se esse ductum, id quod etiam non difficile à Patre animaduersum est. Qui cum aduentus sui causa exposita, ad voluntariam Dei Opt. Max. misericordiam



pro virili Regem excitare pergeret, perplexo, ambiguq; animo (vt erat) respondit: In re tam dubia, & tanti momenti non opus esse festinatione, sed cautè, ac pedetentim progrediendum, & ad suos loquendum esse. His, aliisq; consultationibus tempus extractum est, vsque ad octauum diem: qui cum faustus, & foelix illuxisset, voluit altissimus Deus benedictionis suæ dulcedinem effundere, & eiusdem præcursoris sui precibus indulgens, animam Regis in tenebris agentem noua luce fidei illustrare. Baptismus institutus est, Rex nomen Christo dedit, idem faciunt omnes qui cum illo erant. Ipse verò omnium vltimus ad baptismum adductus est cum fratre, nepotibus, & affinibus, quòd alios præponi sibi maximum gaudium putaret. Nomen habuit à D. Ioanne, tum ob sacrum diem eiusdem iam paulò antè decursum, tum in honorificam mentionem D. Ioannis Lusitani Regis, quem nondum auditum erat obiisse. His foeliciter iactis fundamentis fidei Rex se ad phana gètilium deorum (Moscheas illi vocat) deiicienda, ad equandaque solo conuertit, in quibus tot annorum sæculis (quoad foelix hæc fidei

fidei scintilla in salutem exarsit plurimum) demon imposturis præstigiisque suis sequacem populum dementauerat. Maluccenses per nuncium certiores facti de tam foelici successu, voluptatem quantam antea nūquam animo ceperunt. Impremis Præfectus ipse, & qui vnà aderant Christiani, incredibili quadam lætitia affecti, mox indicta supplicatione gratias quàm amplissimas Deo immortalis ob diuina in illos collata beneficia retulerunt, hymnis decantatis suauis Musicorum subsequente concentu. Quæ quòd maior in nobis erat lætitia, tantò infelicibus Mauris acerbior tristitia, metusque grauior incessit, vt propemodum arreptis armis vno impetu in arcem irruere velle viderentur, fecissentque, nisi pro tempore audacius facinus, & res viribus eorum maior extitisset. Iam quadrimestre tempus, & eo amplius in hoc regno Pater cum egisset, in alias insulas comitatus. In ea peregrinatione Regem ipsum itineris, conciliorumq; suorum comitem habuit, qui nō solum blandis verbis eos hortabatur, vt Christianos se fieri paterentur, sed etiam amicè ad manus

Rex suos
omnes ad
fidem ad-
ducit.

ducebat baptizandos. In quo tam obsequiosum se præbuit, tantæque usus est diligentia; ut vix toto illo itinere fuerit vel vir, vel mulier, vel adultus, vel iuuenis, vel ancilla, vel seruus vllus repertus, qui non ad baptismum summa sua voluntate accederet. Inter hos commemorare licet primo loco ipsam matrem Regis, filiam legitimam, tres sorores in matrimonium elocatas, reliquamque multitudinem nobilium, aulicorum, procerumque regni, ac subditorum, quorum tum copia occurrebat. Altera mediocris regni portio baptizanda superest. Pater verò cum vnus tot rebus exequendis satis non esset, assiduis laboribus fractus est, & grauè adeo morbū incidit, ut minimo minus abesset à morte. Quare valetudinis recuperandæ gratia, Maluccum à Rege missus est. Interea ipse Rex Doctore suo orbatus (cum 26. annū nō excedat) in rebus dubiis fidei quæ consulat habet neminē: forma est liberali, proceritate corporis supra mediocritatem, Europeis adeo nō dissimilis, ut Lusitanus haberi posset, nisi color fuscus, & adusta magis effigies vultus, quàm in nostris, natale solum ipsius proderet. Testatur

Regis mater, sorores, & tota nobilitas Christianum agnoscit.

tum reliquit Pater ipsum Regem, aliòsque baptizatos ilicò à baptisate voluntatem quandam insolitam hausisse. Missæ sacrificio magna cum attentione, & religione Rex cum suis interfuit, tamque se pium, & supplicem in honore quem habebat, venerabili sacramento exhibuit, ut nihil internosci posset, alienusne, an nostras esset, qui à primis annis Christianam doctrinam audiuisset: non obscurum quoque præ se tulit, modū ei quo nostri in celebrando vtuntur, rationemque illibatam hostiam offerendi summopere sibi gratam esse. De rebus diuinis verba commutare cū aliis, & expiscari semper aliquid inauditum, ut iucundissimum illi est, ita vtilissimū: deniq; veræ cōuersionis signa certissima dedit. Quod etiam apertius nunc quàm antè intelligi voluit: cum enim Rex Maluccensis Lusitanis bellum indixisset: ad eorū defensionē se totum dedit, & ad crucis inimicos perdēdos operā cōtulit, quantam potuit. Spes egregia nos fouet, post Maluccensem obsidionē solutā cum multis hūc salutis authorē futurū: iis præsertim, qui priusquā bellū ferueret, amicitia cum eo, & familiaritatē expetebāt.

Vtinam

Christiani principis erga diuina anima

Vtinam tandem diuina bonitas in hanc amplissimā messem multos operarios ab leget; quod si fiet, dubiū esse nō potest, quin breui tēporis spatio ē crudelissimarum Harpyarū vnguibus, diabolis inquam, magnum animarum numerum extorquere liceret. Nunc ō dolor, ob inopiam eorū qui panē catholicæ doctrinæ frangant esurientibus, videre est infcios, ignarosque ad apertum exitium prolabi. Conuersionem Regis Ceilani prætermitto, qui à duobus iam annis baptizatus fuit: prætereo silentio Zimorini foelicem ad fidē aditū, ē cuius regno Sandalū lignum istuc deportatur. Nam horum uos certiores factos esse certus sum, misimus enim iam pridem exemplar literarum. Rex ipse ad Patrem Balthazarum Diazū vltro scripserat, obnixē rogans, vt ad se sacerdotem aliquem mitteret, à quo fidei rudimenta doceretur, quōd iam in desiderio haberet, vt Christianus esset, cum totius regni sui primatibus ea spe indutus, vt si quisquam nostrum eō pedē intulisset, reliquos omnes ad fidem nullo negotio permoueret. Duo autem si addidero, finem scribendi faciam, quæ omnibus Christi fidelibus maximo solatio

Reges Ceilani & Zimorini conuersi.

Sandalum

tio fore confidimus. Primum certē inter omnes res admiratione dignas annumerari potest, quod per inuicissimum, gloriosissimūq; nomen Iesu mundo patefactum est: quanta enim crucis esset virtus, & quā inexpugnabilis potentia iuxta Ceilanum paucis antē diebus ostendere voluit. Ceilano regno aliud (quod Malaius dicitur) expropinquo adiacet, cuius Rex Vincetreuirus est. Huic magnā familiaritas, quo tempore hanc regionē vir pius magno æstuans animarum conuertendarum desiderio, indefesse lustraret. Annus iam elapsus est, cum fortē hic Rex vix mille instructus militibus à rege Bisnageno sex millibus armatorum inuaderetur, hac de re nō parum sollicitus magna cū festinatiōe ad P. Franciscū Perezium nuncium destinat, obsecratq; effusissimē, vt Deo negotium suum commendet, & vrgētē necessitate coacto ad hostium impetus propulsandos mittat aliquid, quod præsentissimo remedio sit in afflictis rebus. Pater tam piis eius precibus commotus, cum ad manum aliud non haberet, vexillum in quo inuictum Iesu nomen depictum erat, ad eū mittit,

Malauari
stus.
Vincetreuirus Rex.

Gentiliū &
Christiano
presidium
quo hostē
vincat pe-
tit.

Mittitur
crucis vex
illum les
su nomine
insignitū.

mittit, iubens id toti exercitui præferri,
& omnes inuicta animi fortitudine, ac
voce viua sanctissimū nomen Iesu in au
xilium inuocare: cōsensus de bonitate Dei
Opt. Ma. cui nulla potētia satis potēs est
ad resistendum suis: eum faulū, ac foeli
cem belli exitum collaturū. Hæc adhor
tatio tam altas radices in huius Ethnici
mente iā egerat, vt nō trepidaret in acie
prodire cū paucis suis contra hostē armis
longè superiorem, & cum eo cōferre ma
num, quem etiam, fuso, fugatōq; toto ex
ercitu deuicit. Hanc victoriam alia per
eiusdem inuictæ virtutis signū cōsecuta
est. Quibus oībus foeliciter cōfectis, egro
tare cœpit infelix, & in cœcitate, perfridi
aq; sua extinctus in manus nepotis illud
reliquis ornamentis regiis crucis illud
vexillū trāsmisit. Hoc primum est pro
digium quod volebā vos scire. Alterū illi
celebritate nō inferius est, quod in ado
lescēte cōtigit filio Regis. Anno 1559.
cū naues ē Lusitania Mozambucā ap
pulissent, intelleximus filium regis Ma
hambanæ, cuius regnū Bonæ spei Ma
aspicit, ad arcē Mozambucēsem (cui Se
bastianus à Saa præerat) se contulisse, vt
Christianus esset: mox q; baptizatus, sple
didissi

Victoria
crucis ve
xillo parata

Iudicia
Dei abissus
multa.

Mahāban
na situs.

Regis fili
us bapti
zatur.

didissimo ornatu (vt filiū Regis æquū e
rat) ad paternū regnum reuersus est, Lu
sitanis quibusdā honoris causa eū comi
tantibus: quem cū lætum sui aspicerēt
(mira enim lætitia in vultu resperfa erat)
cogitabāt quid esset nouæ rei: cūmq; mul
ta ille de Lusitanorū moribus, legibūsq;
narraret, oīum animos ita erexit, vt esset
nemo, qui nō in oculis, & precio habere
Lusitanos inciperet. Maior natu frater,
idēq; regni hæres permotus iis quæ vide
rat, & audierat circa fratrem accidisse, statū
atū ad baptismū adiecit, & fuisset ag
gressus profectiōē, nisi parētis eū autho
ritas, quoniā natu maximus, & regni suc
cessor erat, negotiū in aliud tēp^o reiicere
cōgissset: cupere. n. se aiebat pater, vt tan
tisper morā hāc æquabiliter ferret, q̄ diure
melius exploratā i aīo statuisset, qd factu
r̄ esset, adductis inde, si posset fieri, nōnul
lis Patrib^o, quib^o se quoq; i baptismo ac
cipiēdo nō difficilē pberet. Hac re cōsti
tuta filius minor iā Christian^o ad arcē re
uertitur, & Præfecto nūciat, quāta oīum
inter suos de fide nostra cōcitata sit ex
pectatio: opus esse nō aliis, q̄ sacerdotib^o,
qui fructus ad maturitatē gratia Dei per
ductos colligēt, & in gremiū Ecclesiæ cō
portent.

Hæres re
gni Chris
tiani smū
ambit.

Rex de S
de suscipi
enda Saa
tuit.

portet. Regnū ex quo adolescēs hic appo-
sit⁹ est ad fidē, potētissimę ditioni Nigri-
tarū vicinū est, quorū Imperator, vt lōgē
latēq; dominatur, ita nomē lōgē ce-
leberimū habet: Manamotapā eū vocant no-
stri, cui⁹ mētio frequēs est apud oēs penē
natiōes: sub imperio eius qui degunt, ar-
mis, bellōq; exercitatisimi sunt: nōnulli
mercaturā exercent. Fama est, nō parum
cum Lusitanorū cōsuetudinē, ac familia-
ritatē expetere. P. Prouincialis his latif-
simis nūciis in spem, & voluptatē maxi-
mam effusus iam diu habuit cōstitutū, vt
aliquos ex nostris proximo anno in eam
partem ableget, qui ex opulentissimo il-
lo regno, in quo tot vberes auri venē
turiunt, cęlestem item thesaurum, sed ab-
scōditum in agro eruant, & effodiant:
vt ad domum sanctam Dei, quę est Ec-
clesia, infinitus hinc etiam hominum nu-
merus, magno precio preciosi sangui-
nis, & mortis immaculati agni redēptus
accedat: quę messis si ita, quemadmo-
dum de summa Dei bonitate confidi-
mus, euenerit, non ambiguum habemus
quin hęc in ampliorem, & abundantio-
rem salutem cessura sit, quā vlla alia
in his partib⁹ à nobis suscepta industria:
cum

Manamo-
tapa im-
perator
potētis-
simus.

cūm quōd vastissima regna, tum quōd
indigenę simplices, & tanq̄ tabulę raxā
sunt à quouis fermēto gētilitij erroris ad-
huc immunes, & ad quamlibet doctrinā
hauriendam maximē procliuēs. Huius
igitur prouincię, quā omnino suscipere
decreuimus, obsecro, & obtestor, vt me-
mores sitis in orationibus, illibatisq; ve-
stis sacrificiis, vt Dominus dirigat in glo-
riam suā. Qui velim, ac opto, Fratres cha-
rissimi, tantā gratiam vobis concedat, vt
ex intimo cordis affectu sentire, & co-
gnoscere valeatis has tantas, tamq; vr-
gentes necessitates; omnib⁹sq; nobis tā-
tam gratiā infundat per infinitā bonita-
tem suā, quō liceat esse vtilēs ipsius pro-
uidentię cooperatores, & indefesso ani-
mo hanc nostrā vitę peregrinationē bre-
uibus adeo terminis circumscriptā, tā ho-
nestis laboribus impendere possimus, vt
illud Propheticū de nobis dicatur aliquñ:
Eūtes ibāt, & flebāt, mittētes semina sua,
veniētes aut veniēt cū exultatiōe portā-
tes manipulos suos. Sanctissimę aut, ado-
randę, & indiuiduę Trinitati (quę est e-
terna scelicitas nostra) sit honor, gloria, et
imperij p̄ immēsa sęcula. Amē. Ex hoc
D. Pauli Collegio 13. Cal. Decēb. 1559.

Antonius Quadros seruus inutilis.

EX EPISTOLA

Ludouici Frois.

Pater admodum in Christo R^{de}

Pax Christi. & cat.

*Agit de
quibusdā
grauiora,
ob fidē pas-
sis, et mul-
torum cōs-
ersione.*



OC annō 1560. Christus Dominus noster Societatem magnis quibusdam beneficiis in India cumulare dignatus est. idque duobus rebus potissimum ostendit, quæ tantopluris faciendæ sunt, quanta earum utraque per se optabilior est. Frequentes enim ex ignorantia tenebris, inscitiaque cultus diuini ad fidem protracti sunt: ceteri non citra laborem, & periculum hæc fiant, sed existimo nobis oblatam à benigno Domino oportunitatem hanc, ut opere Societas nostra ostēdat, quanto prosequitur Deum suum amore in laboribus, atque periculis, in quibus assidui sumus, obeundis. Quod ad primum caput attinet, per alias quæ de Christianorum incremento erant, literas intelligere facile potuistis, quantum hic annus reliquos in ea re exuperarit. Ampla certè messis animarum in horreum Domini comporta est.

ta est. Quod verò ad secundum spectat, id palmarium ducimus, quod nonnulli crucis flosculi apparuerunt in terra nostra. Non enim hæcenus defuerunt carceres, flagella, vulnera, nuditates, opprobria contumeliæ, contemptiones, fames, & sitis. Ex quibus preciosis xeniis (sic enim statuendum est de huiusmodi pœnis) de Societate nonnullos Patres, & Fratres Dominus noster exornatos reddere voluit, ut ex eorum literis fusius intelligere potestis. In Iapania P. Balthazar Gazo sæpè iugulo proximum gladium expertus est. Multos dies unà cum F. Guilielmo nudus exhaustit, multa tolerauit, multas admodum graues iniurias perpeffus est. Christiani postmodum Guilielmum captum ab hostibus pecunia redemerunt. Pater non sine maximo vitæ periculo tandem incolumis euasit. Videtur satellites suos, ac vim omnem ad persequendum nos demò excitasse, furore & rabie plenus, quæ ereptas sibi ex immanissimis illis faucibus animas multorum dolet, non tam illo in loco, quæ in Firanda insula, ubi ad 2. menses Iaspar Vilella comoratus 300. Christianos reddidit, ac idolorum templa in Dei honorem conuertit: tres ex integro Ecclesias fecit.

Nunc

*Carceres,
flagella,
vulnera
propter se
dē.*

*300. bapti-
zatis.*

redimi potuisset. Quoniã aut̃ hæc præda-
tio noctu tráfacta est, atq; per tumultum
nullo cõsilio, nulla animi prudẽtia, P. He-
ricus Henriques cū pueris, & mulierib;
ad littus in secretiori se loco abdidit, nõ
sine periculo, ne in eorū impuras manus
deueniret. Sed cū de rei euentu certū
aliquid ad me delatū erit, dabo operã, vt
è Coccino vos rē omnē intelligatis. Die
cõuersionis S. Pauli, quẽ in patronū harū
ædiū cooptauimus, fundamẽta noui tẽpli
in hoc nostro collegio iacta sunt, ppter
ea q; necessariū, nec sine periculo erat,
nec lógè à ruina, neq; satis cõmodè cõcū-
rentē hoĩum multitudinẽ cõtinere vi-
deretur. Huic de fastigio imponẽdo eti-
amñū laboratur, tres ordines habebit co-
lumnarū laquearibus totidẽ distinctum.
Speramus aut̃, si cetera fundamentis re-
spõdent, q̃ amplissimū, & quãtum in his
regionibus aliud nullum est spaciosius,
ac magnificẽtius futurum. Patriarcha no-
ster hoc ipso die indutus splendidißimã
pallam ex auro rigentẽ, voluit solẽnibus
missarū operari, in altari quodã tumul-
tuaria manu nõ longè à fundamẽtis ex-
struẽto. Aderant alij sacerdotes non tam
honoris, q̃ reuerentiã causa, longis in ve-
stibus

Magnificū
tẽplū Goꝝ
extruitur.

Inaugura-
tio tẽpli.

Ceremo-
nia.

stibus auro, argẽtòq; intertextis. Musica
instrumenta omne genus iucudè perstre-
pebant. Absoluto sacro progreditur Pa-
triarcha, vt erat infula, & pedo pastoralĩ
(quod vocant) exornatus, primus manū
operi admouet, instrumentòq; deaurato,
(quod in huiusmodi cõmuniis solitum
est) laborare incipit. Dehinc primū lapi-
dẽ iacit insignitū cruce: sequitur Prorex,
& alterū ab illo proiicit, in quo gladij ef-
figies exsculpta videbatur: mox alij sine
ordine, & modo. Hæc consecratio oĩbus
non tantū grata fuit, propter nouitatem,
præcipuè si qui simili spectaculo nunquã
interfuissent, verũ etiã utilis ad excitandã
pietatẽ. Nec infœlicius se hoc die Ecclẽ-
sia spiritalis habebat, cui magnã accessi-
onẽ baptismus is cõtulit, qui ab his cõre-
moniis subsecutus est. His omnibus lau-
dabili pōpa peractis, cū in aĩo haberet
Episcopus relicta vrbe arces, & castella
quæ per oẽm Archiepiscopatū plurima
sunt, inuisere, priº cū P. Prouinciali egit,
vt publica lectio ad tẽpus vsq; quadrage-
simū haberetur, quæ nõ tã de præcipuis
articulis cõscientiã (casus nostri vocat)
sacerdotes instrueret, quàm methodū, ac
viã ostenderet, qua se facilius in confes-
sione





tionibus, consiliisq̄ue dandis expedirent. Hoc onus etsi graue, & arduū cēseretur propter frequētes nostrorū occupatiōes, tñ quod summā vtilitatē adiunctā haberet, visum est P. Prouinciali vt fieret. Igitur prouinciam hanc docēdi cōmittit P. Francisco, qui per omnes dies horā vnā huic rei cōferret. Cui lectioni nō solum Canonici, aliq̄; beneficiis & officiis sacris obeūdis deuincti interfuerūt: verū etiā multi huius vrbis ciues, nobiles, & promiscuū omne genus tanta cum diligentia, vt esset nemo ferē, qui lectionem vnā inauditam prætmitteret. Quia verò locus apud nos tantæ multitudinis capiendæ idoneus non erat, in area sub aperto sole docere coactus est. Ceterum si quis egredientes à finita lectione auditores conspexisset, similem quandam frequentiam cum celeberrimis Academicis Europæ iudicasset, auditoribus supra octingentos cōfluentibus ad aream.

Frequens confessio. Confessione, quæ hætenus tantum nō vberima fuit, adeo nihil discedit, vt in dies magis augeatur: neq; satisfacere liceat infirmis, & inualidis, ac præcipue militibus, & si quod simile genus huc, & illuc ad diuersa negotia tendentium hominum

Auditorū frequentissimum.

minū reperitur, in his expediendis tanta ponitur opera, & tam proluxa à nobis diligentia, vt plerisq; sacerdotibus, si adessent, abūdē de negotio prospectū fieret.

Non hic prætmittam celebritatem festi, quod ingrediente anno ex more habuimus, ad quod infinita quedam hominum turba confluxerat. Idem in festo vndecim millium Virginum visum est, gratias cumulatissimas nullo non referente Deo, sanctisq; virginibus, quod ex earum Societate caput vnum habere licuisset: in hac celebritate versantibus etiam illud pro congiario adiectum est (solet enim ita benignus Dominus Deus nobiscum agere, vt celebre festū nullum sit, in quo non aliqua etiam animæ ad fidem adiiciantur) vt hic dies nō sine linea (quod aiunt) & fructu trāsmitteretur. Venit ad præces vespertinas Episcopus Malaccēsis, & D. Petrus Goēsis Reipub. primarius moderator, qui cum in choro proximi nostris consisterent, ecce tibi subitò ducenti gentiles ad fidē proferant. Sed communicato negotio prius cum Episcopo, & Præfecto, aliisque qui ex famulatio Proregis erant, nescio quid conquesti fuerant de ministrorū minus

Populi pl⁹ affectus.

200. vt hæc præsentur instant.

accurata diligētia reiicientiū eorū p̄ces,
ne subitō Christiani fierent. Quāob̄re ob-
nixius iā instare cōperūt, vt facerēt, im-
petrarentq; à nostris, qđ habebāt in sum-
mo desyderio, vt diu à baptismo nō reti-
nerētur. Episcopus, & Præfectus agunt cū
nostris, admonēt P. Frācisū Roderiques,
& rogāt, vt hāc rē sibi esse curæ velit. Pa-
tre verō facturū se oīa diligenter recipi-
ente, etiā si p̄ ardore tū maluissent, tamē
passi sunt rē paululū adhuc in aliud tēpus
extendi. Eodem vespere Brachmanum
quidā inter suos facile princeps, adductū
secū vxore, cū oī familia Christi fidē, &
baptismū dari rogat. Vestitu, & apparatu
splendido erat, nec minus vxor, & filius
excellebāt, tantāq; p̄nē veneratione ba-
ptismū accefferunt, vt intuitibus iucūda
res esset: vehitur nunc in equo sublimis
quotidie per ciuitatem 6. aut 7. ad latus
currētibus famulis. Euenit eodē die post
absolutas preces, publicāsq; disputatiōes,
res aliā, nō minoris momēti ad Dei glo-
riā augendā. Maurus quidā grādæuus, et
in medica arte peritissimus in hac vrbe
erat: huic propterea q, singulari fama ex-
celleret, sui qui in eadē arte multū op̄s,
& tēporis posuerāt, non parū malē vole-
bant.

bāt. Erāt illi 2. filij, quorū maior nō mino-
ris in curādo dexteritatis, & sciētia, q̄ pa-
ter ferebatur, aut amplioris etiā. Igitur
2. eū filiis, & famulis totidē comitatibus
primū cū Francisco Baretto, qui p̄ eo tē-
pore Indię regendę p̄erat, loquitur: quo-
niā ita euenisset, vt in rē presentē ipsum
habere posset, & vterq; filius Christiani
esse vellēt, cupere se, vt assistere baptis-
mo, & susceptoris officio fungi non gra-
uetur. Baptizauimus eos, & ambos famu-
los: ipse tñ, proh dolor, in aliorum salute
officiosus, in sua negligens fuit, in errore
malo animo perseuerans. Stuporē nobis
tāta cōkursatio populi incussit ad Eccle-
siā eo die capitis sancti vnus ex 11. mil-
lib⁹ Virginū visēdi gratia tāto studio cō-
ueniētis, vt in profundā noctē eos abie-
rit, nemine reperto, vt credibile est, aut
virilis, aut feminei sex⁹ in tota vrbe, q nō
tēplū adiret, & capiti s. honorē haberet
maximū, quantū cōlicere licuit. Hęc ha-
bebā scribere, chariss. Fratres, de reb⁹ do-
mesticis, nūc quēdā breuiter dicamus de
Patrū, ac Fratrum trāsuectiōe, huc & illuc ī
diuersa hoc anno tēdētū. Fructū aut quē
cuiusq; labor peperit, ex literis singulorū
quas quisque dabit, facile perspiciētis.

Neo-

*Doctissima
mus quidā
in filiorū
salute offi-
ciosus, in
propria ne-
gligens.*





Praefectus ad regnum Ignab. suscipitur.

Negocium graue, & magnū offerebat se his diebus, & quod ad glōriam Dei non mediocriter faceret: scilicet de regno Ignambano ad littus Castrarū polito, ad hanc tam foelicem praedam iam parui animarum proximam duo ē Patribus nostris, & vnus Frater electi sunt, P. Gonsalvus, & Andreas Fernandes, Andreas Costa. Quarto Octobris in festo beatissimi P. Francisci, literas P. Gonsali accepimus, ex quibus prosperum, foelicemq; successum suscepti negotij videre erat. Accessus hic ad tam nobilem triumphū non caruit multis periculis, & languoribus quibus grauiter omnes afflicti sunt: praeter reliquis tamen Pater Gonsalus ardore febris, & dolore summo capitis adeo fuit excruciatu, vt etiam infractus animus esset, manum tamen admouere cuiquam rei nequiret, oculisq; tam grauiter affectus, vt etiam cum apertos haberet, nihil plus ferē quam oclusis cerneret. Iter tandem difficillimum conficit manibus, pedibusq; reptans humi.

Post labores, et pericula certis salus.

Vbi venit ad Ignambanum, iam illuc prior aduenerat P. Andreas Fernandes, qui de aduentu certior redditus, adeo prostitutum viribus reperit, vt adduci domum

domum non posset: sed humi iacens, neque caput attollere praeter dolore, neque pedes ad ambulandum mouere potis erat: tandem asscito socio in vlnis languidum amplexi, ad ripam fluminis detulerunt, ibi vsq; ad noctem cessatum est. Post hos grauilissimos labores tandem sanitas corporis Patri, Fratribusq; Regi mox ipsi animi salus concessa fuit: nam paulo post Christianum se, cum vxore, & sorore, & multis aliis Principibus libenter fecit: Rex Constantinus ex nomine dictus est, Regina vxor Catharina, soror Isabella, vt omnium numerus, si ineundus sit, eo tempore baptismatis vnda renatorum supra 400. & quinquaginta ascenderit. Pater Gonsalus per Mosambicam ad nos inde reuersus comitem habuit secundum Principem adolescentem baptizandum filium Regis, multo etiam, quam qui in Ignambano imperat, potentioris: spem non minimam habet patrem quoque ad imitationem Christiani filij ad baptismum peruenturum aliquando.

Iam accinctus itineri erat P. Gonsalus cum haec scriberem, vt ad celeberrimum validissimumq; Imperatorem Manomotapan (quem vocant) proficisceretur: haec via

Rex Ignabani cum sua familia, & alia 450. baptizatur.

Alterius regis conuersio.

*P. Confas
P. mittitur
ad Impera
torē Mana
mutapan,
vt eū per
trahat ad
fidem.*

via quanq̄ plena periculis, & laboribus
abundet, duorumq; mensū spacio cōfici
vix queat, adhęc flumine aduerso nau-
gandum sit, tamen emolumentum quod
accedere in animis cōuertēdis posse ma-
ximū videbatur, oēm illi laborē, & mole-
stiā leuē faciebat. Obsecro vos negoci-
hoc tam seriū piis precibus vestris apud
Deum, vt exigit Christiana charitas, pro-
mouere. Solus ad tantū insultum, tāq; ar-
duū, & memorabile facinus ingreditur,
vtroq; socio, cū sic necessitas iuberet,
in regno Ignambano remanente.

P. Arias Brandus Ormutio ad nos de-
latus est, cui toto hoc anno quem illic
transegit, labores plurimi subeundi fue-
runt, q̄ id temporis eō venisset, cū Lu-
sitani magno exercitu, vt vnā ex Regis
Ormutini insulis inuaderēt, in armis tu-
multuabantur, quæ à fide & obedientia
se subtrahens, accitis ad se Turcis, Lusit-
tano resistebat. Ad hęc igitur expugnada
tota vis belli à nostris dirigebatur, cuius
tanta fertilitas esse dicitur, vt alia nulla
sub oī ditiōe regni vel vberior, vel amoe-
nior reperiatur, sit tamē duobus mēsis
nescio qua vi occulta, quod prodigio si-
mile est, vt q̄ in insulā pedem inferat, ex
ægritu-

ægritudine contracta mortē vix euadat.
Cū igitur milites bene armis instructi
eō tēderēt, aiūt paucis desideratis Ormu-
tiū reliquos parti saucios, partim egrotos
rediisse. Hoc igitur Patris officiū, & præ-
cipuū op^o erat, vt in cōfessionib^o, & me-
dicamētis ægrorū, atq; sacramētis admi-
nistrādis totus esset; etiā i domo sua, tanq̄
in publico xenodochio 60. militib^o ex-
ceptis, quorū valetudinē etsi curaret dili-
genter, tñ oēs ferē morbo absumpti sunt; &
cū hi, tū alii plurimi ē viuus excessis-
sent, ipse stola, & superpellicio amictus
Christiano more preces fundens, ad se-
pulturam comitabatur. Adhęc effecit
hoc anno quem illic absoluit, vt quin-
quaginta animas Christo apponeret: quæ
conuersio etsi perpaucorum hominum
esset, maior tamen & pluris faciēda fuit,
q̄ quæ in India fit, propterea q̄, & Mauri
magna ex parte oēs sunt, & multū perti-
naces in paternis erroribus. Erat inter
hos mulier quædā apprimē nobilis, quip
pe quæ de familia Regis Ormutini, &
eiusdē matri ab intimis conciliis erat;
hęc fuga inita ad Christianismum accu-
rit, eam maritus ilicō, & pater secuti, o-
mnes honorificentissimē baptizati sunt.
Ad hunc

*Matrone
nobilis cō-
uersio cū
suis.*

Ad hunc numerum virgines quatuor Græca natione, magnæ authoritatis adiectæ sunt, quas Mauri, ne hanc rem agerent, occultârunt: duas ex iis à suis in matrimonio collocandas reliquit, duas Goâ transmisiit, vbi in ædibus nobilium honestam operam in fide iuxta ac bonis moribus impendant.

Iudæos qui frequentissimi huc Constantinopoli, Venetiis, Alexandria, tum ex Græcia, & Armenia, aliisque partibus appellunt, clandestina conuenticula in synagoga nescio qua, Ormutij cogebât: Quibus in vnum collectis, accidit ex improviso quendam ex Christianis interuenire, aspicit ille propiciatorium (quod sacræ literæ dicunt) cultissimo ornatu, ad hæc Pentateuchum Moysis videt ita distinctum, vt quemadmodum libri quinque sunt, ita singulis singule captulæ, ex auro obrizo cederent, appensis chartulis quæ quemq; librum indicabant: ante hos libros lucernæ ardentes ex oleo pendebant, artificio quodam mirabili exsculptæ: ingressus ergo is omnem hunc ornatum cum ipso sanctuario deturbauit in terram, & paulum progressus in conclauē quoddam secretius quadra-

*Iudeorum
synagoga
turbatur.*

quadraginta octo volumina Bibliorū noua inuenit, auro, & ornatu splendida, quæ non ita pridē Venetiis allata erant; auferuntur & hæc omnia: sed quia re tenui Iudæus librorum Dominus erat, libris receptis, paupertatem suam solari permissus est, ea tamē conditione, vt Venetias vnde aduexerat, referret, quod etiam fecit. Hac tam inexpectata perlustratiōe, irruptioneq; in synagogâ, ita attoniti redditi sunt Iudæi, vt post eum diem ne caput quidem leuare, aut cæremoniis suis operam dare ausi fuerint.

De Patribus aliis qui in Commorino, Coulano, Coccino, Tanaa, Bassaino, Damano, Malucco, Amboino, Bazaino, huius Indiæ partibus agunt, nihil scribo, & existimem curæ futurum illis, vt vos rerū suarū faciât certiores. Quæ aut præcliora acciderunt in Insulis Dinara, & Cioramo, ex aliis literis vt arbitror vberius copiosiusq; videbitis. In continente quæ paret Lusitano paululū à Goa distâte quæ Salfettâ nominât Christiani, vt opinor, numero mille sunt, qui quod cum gentilibus promiscuam consuetudinem habent, vita ab illis non multum differunt. Ea res cum misericordiam commoueret

Salfetta.



moueret nostris, qui fructum amplissimum inde colligi posse videbant, maxime quod Rex Lusitaniæ sexaginta ibidem oppidula, aut eò amplius possideret: incolerium verò numerus quinquaginta millia facile equaret nostris cum gentilibus computatis. Cum Prorege actum est, vt Patrem, & Fratrem vnum eò mitteret e nostris, qui tam instruere Christianos, & ad meliorem frugem excitare, quam gentiles pertrahere conarentur ad fidem, familiariter se in illorum mores, & consuetudines insinuando. Placuit non minus quam nostris hoc negotium Proregi, atque prouinciam hanc Patri Petro Mascareno dedit, huic Fratrem Emanuele Gomezium adiungit. Dicitur non potest quantam Christiani voluntate ex horum aduentu, pariter, & utilitatem acceperunt, tum ex gentibus quasi ad centum iam coegerunt, quos vna excursionem collectos in baptismum proximum referunt. Sunt in pretio, & amore nostri non tam Christianis, quod facile est, quam Ethnicis, quod difficilius, sed amabiles eos humilitas ad omnes reddidit. Speramus diuino fauente numine futurum, si modo Prorex Constantinus diu In-

P. Mascareno ad Mauros proficiscitur vt eos conuertat.

Humilitas amabiles facit.

eo, oppidula Lusitaniæ non subdita

diu Indiæ præesse possit, vt tota hæc erantium hominum colluies ad Christum accedat, & abluatur, neque solum hi, qui in Salsetta sunt, verum alij quoque Bardenses, qui sub imperio item Proregis agunt.

Ex literis Patris Henrici quas annuas ferè mittit, intelligere potuistis, quemadmodum in littore Commorino, vbi nostri diligentem operam in promouenda fide nauant, octoginta millia iam illius rudimenta, & cæremonias susceperunt: habitant hi ferè omnes iuxta mare, non tam vitæ piscatione subleuent, quam quod grauem tyrannidem patiuntur à Badagassis, qui ipsorum domini sunt, & terram latè sub imperio tenent: hi crudelitatem hastenus inauditam in nostros exercuerunt, vt vix exprimi possit, quanta Christiani ab iis iusta, & iniusta pertulerint. In propinquo Commorini portus Insula alia iacet Iafanapata, cuius Rex non minus, ac Badagassi, Lusitanos Christianosque omnes in odio maximo habet. Prorex (ex amplificatione persuasus diuinæ gloriæ, quam plurimam ex eo reportari posse putat) constituit omni collecto exercitu, contra hunc tyrannum bellum mouere. Quod

In Commorino littore sunt 20 millia Christianorum



Quod ut fiat facilius, & nostros paulatim in eam partem insinuet, totus in eo est, ut Christianos à Commorino in Iafanapatan transmittat: quæ res à P. Francisco Xavier foelicis memoria multum desiderata etiam fuit propter pacatum animum, tranquillitatemq; vitæ quam Christianos, si illic essent, habere posse putabat. Multis precibus contendit, ut Provincialis noster sibi in itinere comes addit: tum propter solatium, quod Christianis accederet ex præsentia eius, & transmigratione ex Commorino in Iafanapatan, tum quod ita ex more habet, ut Provinciales omnium ordinum qui in India sunt, ad huiusmodi negotia libenter adducat.

Erat in Collegio nostro tum puer quidam Alfonfus nomine, quem octo ab hinc annos semper aluimus. Cæterum Rex est Tricanamali (quod regnum per vim eripuit illi hic de quo loquimur Iafanapatae Rex) adultæ iam ætatis, in qua regnum administrare possit. Hunc propter excellentem in doctrina Christiana, ac cæteris cæremoniis nostris diligentiam, legendiq; peritiam, visum est Proregi optimum se facturum, secum ut

Provinciales oim ordinu ple ruq; comitatur Pro regem ad bellu erga ethnicos.

abducat, & in possessionem amissi regni collocet. Faxit Dominus Deus, ut quàm pium desiderium Proregis est, tam exitus fortunatus sit, nihil aliud in hac re tota moliente, quàm ut gloria Dei & fidei nostræ illustrior reddatur, & amplificator. Spem summâ habemus, bonitate diuina freti, Regē ipsum, & regnum Iafanapatan nostrum in fide futurum, cum nouo Rege, modò hunc Alfonsum in amissum regnum restitui contingat. Occupationes nobis vndique tam multæ sunt, & tam frequentes Indies magni momenti pariter, & vtilitatis causæ apud istos emergunt, in quibus honor Dei, salûsque proximi consistit: ut dolendum profectò sit, quoniam tam pauci ad hæc agenda sumus, & maxima commiseratione dignum, tot animas propter inopiam piorum, doctorumque hominum videre pereuntes. Dominus noster I E S V S Christus Seruator animarum nostrarum det vobis, ut necessitatem hanc cognoscatis, ut pro viribus subleuare eam possitis, considerantes id quod res est, quemadmodum infinitum precium sanguinis sui preciosissimi, quem pro nobis aliisque omnibus, qui

hic in præcipitem ruinam aguntur, in
 cruce copiosissimè effudit, propter ino-
 piam instructorum in multis non
 hæret. Ex Collegio Sancti
 Pauli, Goæ, primo die
 Decembris,

1560.

Ex commissione Patris Francisci
 Rectoris, inutilis in Christo om-
 nium seruus

Ludouicus Froes.



EX EPISTOLA LVDO-
 nici Frois, ad Fratres suos in Eu-
 ropa agentes.



RATIA & amor a ter-
 nus D. N. corda nostra sem-
 per inhabitet. Iam tertio
 Fratres charissimi, ad vos
 è Goa literas dedim⁹, ne-
 que quicquam responsi iam inde à Sep-
 temb. initio, cum naues Lusitanæ ut
 frequentissimum appellere solêt, adhuc
 recepimus. Octobri autem elapso, cum
 spem planè omnem deposuisse videre-
 mur, tandem fauente Deo nunciatum est
 Cocinum duas naues Lusitanas plenas
 nouarum rerum ab Europa applicuisse:
 ex his vnum erat, pacem inter princi-
 pes Christianos fuisse confirmatam (quam
 ut facilius obtineremus, iubileum à Paulo
 4. Pont. Max. indultum, proximè elapsa
 quadragesima celebrauimus) quam obrè
 summo templo, cæterisque sono campana-
 rum in lætitiæ signum perstreptibus, ad-
 eorum exemplum nos quoque acceden-
 tes, ne soli in feriis addicta vrbe gaudi-
 um non ageremus, pro modulo nostro feci-
 mus, quod in nobis fuit; cui quidè voluptati
 publicæ

Familiaria
 bus de re-
 bus hæc a-
 git episto-
 la.



publicæ, latorumq; remissioni propter acceptum beneficium aliqua ex parte responderet animi nostri promptitudo, fecimus, vt cum discipulis Fratres nostri in templum conuenirent, vbi in honorem Sanctissimæ Trinitatis missæ sacrificium musicis modulationibus peregrimus, non sine tubarum, tibiarumque gratissimo concentu: qua absoluta Patriarcha cum reliquis Fratribus supplicationem solennem haberi voluit; in qua omnes ob acceptum pacis beneficium Deo gratias agerent. Decimo octauo Calend. Decemb. ciuitatis huius Archiepiscopum aduenisse, & cum eo nostrorum aliquot auditum est: hoc lato nuncio accepto, in templum ingressi, per piæ precibus concordibus studiis gratias egimus Deo ob aduentum illorum quàm amplissimas, magnam in spem erecti ex vniuersa Societate nos literas accepturos; nec ea res falsos nos omni ex parte habuit, accepimus enim R. P. Ioannis Polanci, Brasiliensium, & Vlyssiponensium literas quæ nos vehementer recrearunt: aliis verò ex locis, in quibus Societas versatur, accepimus nullas; fecit ea res, vt tametsi iucunda multa essent, plenè tamen

tamen nostro desiderio satisfacere non liceret. Difficile dictu, quantum solatiij reperimus ea audientes quæ Dominus Deus tam in Europa, quàm aliis mundi partibus ad animarum salutem per minimos seruos suos operatur; quæ si compta vobis essent, quâtopere nos in omnibus roborent, & inflament, frequentiores vtiq; ad nos literas daretis, quarum lectione, & animi bonorum instaurètur, perinde ac si nihil à nobis adhuc antè sudatum esset, ad nouos accingimur labores, quibus votis vos teneri etiam non dubitamus; quare quæ apud nos sunt summatim accipite. Primum ex his est, quod pro regni Lusitani incolumitate supplicationes decretæ fuerint; tum pro aduentu noui Archiepiscopi (quo annis 8. orbatu fueramus) quem iam ad nos missum esse letamur; tum vt foeliciter cedant Lusitanorum nauigationes; quæ inter cætera hoc nobis commodi adferunt, quòd ab iis quæ ad Dei gloriã apud vos geruntur, cognoscimus. Patriarcha noster adhuc apud nos agitur: nouerat Deus huiusmodi eximia pietatis virum nobis esse perquam necessariu, non tam ob sanctas, ac salubres adhortationes,



tiones, quibus nos excitat, quàm operam, & vigilantiam, quam ex eius capimus præsentia. Viuendi ratio quâ tenet, rerumq; gerendarum dexteritas omnis sanctitatis, atq; Apostolica perfectionis exemplar eum facit; tempus sic distributum habet, vt nihil ex eo per otium effluere patiatur. Magnam diei partem interdum, etiam noctis in oratione, & collegarum confessionibus audiendis consumit. Quo tempore frequens est confitentium in Ecclesia nostra concursus, vt in celebrioribus festis, & quadragesima fieri solet, ad labores primus accurrit, discedit postremus; diebus veneris pro sua solita charitate Fratres adhortari familiariter assuevit; singulis diebus in agrotis visitandis tempus nõ modicum confert. Iam verò inter nos ita viuunt, vt nihil sibi præ cæteris indulgeri patiantur; siue victum, siue vestitum, siue cubiculum spectes; hoc tantum singulare præ reliquis studet, vt omnium minimus haberi queat. Si quando superioris iussu Fratres conuenire iubentur, aut quippiam facere, primus omnium Patriarcha, quamuis sui iuris ipse est, sese operi accingit. Itaq; cum omnes in virtute obedientia

dientia diligentissimè sese exercent, primas tamen eum ferre facile puto. Recreationis tempore cum Fratribus de diuinis rebus agit; vtque cæteris exemplo sit, sæpe minimas ob res licentiam petit à ministro, imò & à subministro; et si quod petit, cuilibet licere cognoscit; faxit Deus, vt quod opus in illo præclare cœpit, idem compleat, & ad perfectum absoluat; vt nihil non pro sibi commissorum omnium salute perficiat diligenter. Concionandi munus P. Franciscus Rodericus in Collegio, & nunquam in summo templo exequitur. P. Melchior Carnerus, dum per occupationes licet, aliis in locis. Pater Arias Brandonius, & Franciscus modò domi in summo templo concionantur, Pater Antonius Vazius in parochia Rosarij, Pater Emanuel Testera in ecclesia sancti Ioannis. Pater Patus Correa in aula mancipiorum Regis, & remigum, quos in fide Christiana instituit.

Inter alia Xenodochia huius ciuitatis vnum est, in quo pauperum cura à nostris geritur. Quamobrem Fratres eò quotidie comment, vt necessariis in rebus præsto sint: huius tamen pecu-

*Patrū mu-
nia.*



peculiarem Chirurgus quidam Frater
 noster gerit rationem, cuius charitas, &
 in pauperes amor, & suæ vitæ, morum-
 que integritas nos omnes pudore suffun-
 dit: omnis illi cura relicta est de vngen-
 dis ægris, detrahendo sanguine, pharma-
 cis & potionibus propinandis, sternit re-
 purgâtque lectos, denique nunquam oc-
 ciosus est; sæpè vñ compertum est, in
 multis nullo remedio existente, cum de
 grauioribus morbis ab aliis desperatum
 esset, vnum hunc Deo industriam eius
 charitatemq; non frustrante, etiam illos
 qui aliis in xenodochiis iudicati fuerat,
 deploratæ sanitatis pristino vigori mul-
 tos eū tales restituisse: facilèq; intelli-
 gitur plus in eo diuinâ virtutem, quàm ar-
 tem medicam operari. Dū per negocia li-
 cet, per vicos & ciuitates, aliâque remo-
 tiora loca discurret, pauperes Christianos
 adit, aut ethnicos etiam infirmos, conso-
 latur, & omni officio adest, nonnun-
 quam ope destitutos suis humeris im-
 ponit, inque Xenodochium commune
 si morbus patitur; si leprosi sint, in sancti
 Lazari; si valetudinis desperatæ, in aliud
 cui nomen est à misericordia, familiariter
 deponit; eius œconomus statuit om-
 nes

nes sine mora admittendos, quos ille
 aut iusserit inferri, aut ipsemet apportat.
 Alios verò in nostrū hospitale, quod vo-
 cāt, deponit, & pro eo ac Christiana cha-
 ritas, & humana diligentia requirit, eo-
 rum necessitatibus adest. Dū in his to-
 tus esset, ethnicum quendam nuper se-
 nio confectum, & iam cum morte luctā-
 tem offendit, cum quo de diuinis rebus
 verba faciens, mox collato baptismo, ne
 inter Ethnicos moreretur, humeris suis
 in Xenodochium nostrum tulit; qui ter-
 tia à baptismo die cœlestem in patriam
 felix commigrauit. In hac ciuitate pes-
 sima quædam cōsuetudo vigeat, diuites
 enim homines, qui mancipiis vernisque
 ac seruis abundant, si ægrotare illorum
 aliquos videbant, & diuturniore morbo
 affligi; ne multis impensis opus esset, ex-
 tra ædes derurbabant; qui derelicti non
 tam ex asperitate morbi, quàm fame, fri-
 goreq; enecti, in publicis viis morieban-
 tur. Huic inhumanitati ita occursum
 est, vt serui pro derelicto habiti, primum
 ad dominos suos referantur, & an illorū
 misereri velint rogati, si recusent, vindi-
 cant se in libertatem; cum solitum esset,
 vt vbi conualuissent, reuocarentur in
 pristinam

pristinam seruitutem. Nō nulli benignitate quadam, ac verecundia superati, non sine dolore commissi facinoris, suos recipiunt, atque receptos multa cum humanitate tractant; alij quibus res & copia non suppetunt tam liberaliter, vt illis remedium asferre queant, libertatem habere facile serunt, modò vt in xenodochiū misericordiæ admittātur. Ægrotis ciuibus opē adferimus, concubinas in vxores legitimo matrimonio mutamus. Multa huiusmodi, aliāque grauissima ad Dei gloriam non parū conferētia quotidie emergunt, quibus nos totos dare neque vacat, neque expedit, alio nos impediēte munere, vt longē vtilissimo, ita maximè operoso, quod in conuertendis ethnicis est ad fidem; hoc nunc adeo frequens est, vt vix tempus aliis rebus cōcedere liceat. Quod cum verissimum sit, tamen non defuturos puto, qui rem ita se habere, vix sibi persuadere queant. Erant enim, etiā in hac ciuitate, quidam nobiles, & preclari viri, qui sibi in animū inducere nequibant, tantā Ethnicorum frequentiam ad fidem confluere, quanto vulgò ferebantur, mirabanturque plurimum quī fieri posset, vt in hac

Goensii
Insula

insula tam breui temporis spacio tot à perfidia ad veritatem euangelicā transiret, cum integris sexaginta antea actis annis, quibus in potestatem Lusitanorum deuoluta est, nō tot ad Christi fontē salutarem confluxerint, ac modò vno anno cernimus inquit, dū quoties volunt hi solēnia celebrēt baptismata, in quibus etiam si centenos numerent, parum ipsis esse videtur: ex qua re consentaneum esse, vt non aliter quā vi quadam illata tanta multitudo Christo nomen daret. Placuit diuinæ bonitati istorum vnum, & detrahentium, facile primum obuiū multis gentilibus fieri, inter quos non exiguus numerus nobilium, & diuitum erat, qui summa sua volūtate, nemine urgente ramis frondibusq; in manibus prælatis doctrinam christianam decantantes rectā ad baptismum tendebant; ad hoc tam nobile spectaculum obstupuit, & qui antea detrahere solebat, animo iam in contraria mutato, de equo subito ruit, & patrem quendam nostris allocutus, in hæc verba prorupit: Credo credo, iam demum rem ita esse. Pater etsi intelligeret quid sibi ista exclamatio vellet, interrogauit nihilominus:



Momi vni
libi defunt

minus. Iam apertissimè, inquit, verba vestra insignem aliquam vim habere animaduerto, fateor opus hoc diuinum esse, dum tam promptè, hilarique animo hastendere ad Christianismum conspicio.

Non multis post diebus alter quidam factiosus, & eiusdem farinae homo, cum detrahendi nullum finem faceret, commodum ad nostrum collegium se contulit eo animo, vt Patres quos falsò inescare, aut inuitos cogere putabat ad fidem, obiurgaret: ingressus intrò, videt quantum ferè Collegij spatium erat, hominibus ac pueris iam iam baptizandis perstreperè, ad hoc templum mulieribus, ac puellis adeo plenum, vt vix illi aditus pateret: tam iucundo spectaculo pariter & admiràs, in cœlum manibus & oculis sublatis, flere præ gaudio cœpit; atq; de repente domũ reuersus, eo tẽpore ne verbum quidem vllum fecit: nò multò post in quendam è nostris incidens; profectò qui sancto huic operi detrahit, inquit, pro delicti expiatione, hoc vnum illi faciendum censeo, vt in eodem opere desudet, & animas lucrifaciat, quæ ob corruptam vitam nostram, perditòsq; mores miserimè pereunt. Ecce hos decem, &

octo

octo adduco, vt baptizentur (nã tot collegerat in vnum) primo solenni baptis- mate, si volet Deus, plures adducturus, id quod etiam perfecit; semper in id vnum intentus, quomodo faciat, vt priorem detractionem meliori lucro animarum compenset. De aliis idem confirmare possum; verum quoniam Dei misericordia factum est, vt qui antè nobis aduersabantur, iam opem ferant, & suis impensis quos ad baptisma ducunt, vestiant, ac ornent, supersedebo. Vidi enim hisce oculis vnum ex istis holoerica tunica qua erat indutus, & pileo baptizando collato, seminudum, & miro gaudio perfusum ex alterius conuersione domum rediisse. Item virum quendam nobilem vsq; ad lecti linreamina res suas vestiendis catechumenis distribuisse. Quædam lectissima mulier nò exiguum numerum puellarum, mulierumque congregauerat, quas, vt optimè per facultates licuit, vestiuit omnes; huic nobiles aliæ matronæ in re simili non dissimiles extiterunt.

Carambolina quædam ethnica petiit à Domino sibi filium dari, pollicita prolem se daturam Christi sacro fonte abluen-



luendum: annuit piis votis Deus: quod ubi intellexit Frater Balthazar, qui illius regionis curam habebat, mulierem voti compotem esse factam, adit eam, ac admonet alterius voti cum Deo initi, quod ex ratione pueri nati Deo reddere debebat: admonita statim puerum baptizandum offert; parua interposita mora iterum ad eam accedit, maiora sperat, & hortatur, vt tâto Dei beneficio nõ ingrata seipsam cum marito & altera prole eidem, relictis idolis, consecret: vix dum dixerat, & illa quod iussa erat, fecit, totâque domus felicissimis auspiciis ad Christum perducta est.

Tristanus Frater noster dum in insula Cioran baptizâdos euocat, incidit in senem iam morti propinquum: qui num Christianus fieri vellet interrogatus, cum se velle diceret, fide instructus, & baptizate ablutus, nomine Iesu sapius inelamato, animam feliciter Deo reddidit. Alius quoq; decrepitæ senectutis, quippe qui 120. annos natus, cum baptismum accepisset, paulo post expirauit, Domino vineæ videlicet ad vndecimam horâ etiam operarios vocante: sed horum similia aliis quoque eueniunt.

In op-

In oppidis ad quæ Fratres doctrinam Christianam exposituri tendunt, bono animo omnes erga Christianâ fidẽ affecti sunt. Ad eius explicationẽ interdum octoginta, nonnunquam centum pueris, & eo amplius, confluentibus omnibus mirabilem præ se ferentibus discendi sollicitudinem; licet hoc videre diebus Dominicis, cum Fratres nostros, quos suspicantur ad se venturos, medio in itinere operiuntur, doctrinam christianâ clara voce interim cantantes, quod adeo hic receptum, & vsu frequentatum est, vt & iam dum dormiunt, & inter somnandum quidam eam repetant; depressumque sit infantulos, qui nondum maternũ idioma exactè callent, doctrinam christianam qua possunt ruditate sonare; idem sæpè domi nostræ in filiis Brachmanum experientia didicimus; his Pater Prouincialis ædium partem liberã assignauit, in qua doctrinã christianã ita imbibunt celeriter, vt mox eorũ pleriq; alios in fide rudes instituere queant; existunt inter hos literarũ artiumq; omnium ignari, ac iudicij expertes, qui solum catechismũ edocti, aliud quo Deũ laudent, nihil relictum habent. Iu-

*Puerorum
erga istru
ctores af
fectus.*

xta

xta illud Psalmistæ; Ex ore infantium,
& lactentium Deus perfecisti laudē tuā.

*Pueri ma-
turiōris in-
flicij seligū
tur ad ali-
os in iustu-
endos.*

In oppidis pueros nonnullos delegi-
mus, ingenio præ reliquis magis acuto,
& maturiori, qui alios ad Cristianam le-
ctiōnem adducant, bacillos in manibus
puniciei coloris præferentes, in quibus
depictum cernitur nomen dulcissimū
Iesu; Xeniolis etiam, & munusculis in
hunc usum excogitatis lactamus, & eri-
gimus pueriles animos, eaque diligen-
tioribus largimur; crucis præsertim in-
signia adeo apud illos in delitiis, & ad-
miratione sunt, vt nō pueri tantum, sed
viri etiam magno affectu, vbi crucem
aliquam nacti sunt, è collo dependeant
eorum loco, quæ antea dum gentiles ad-
huc essent, superstitiosè gestare, & con-
trectare in more habebāt. Vt plurimum
ita vsu venit, vt religio, ardor, & frequen-
tatio sacramentorum cum aliis Christia-
næ fidei mysteriis in nouis quàm veteri-
bus Christianis magis elucescant; in
sanctorum natalitiis festis ad varias hu-
ius Insulæ ecclesias peregrinantur lu-
bentius, elemosynas erogant copiosio-
res, lucernis oleum addunt, publicis sup-
plicationibus attentius interfunt, ea pie-
tatis

*Noni Chri-
stiani vete-
res pietate
vincūt.*

tatis demonstratione, ac si toto vitæ suæ
tempore Christianam fidem coluissent.
Nō prætermittam, quin fabri cuiusdam
diligentiam testatam vobis reddam, cui
nihil est in bonis, præterquam quod su-
dore proprio habere potest: huius pri-
mum opus est, post fusas ad Deum pre-
ces, sex Bazarucos (monetæ genus hoc
est) in eleemosynam conferre, & aquæ
dolum, quæ hic in precio est, præ fori-
bus in pauperum gratiam habere collo-
catū; cuiusmodi piis operibus alij quàm
plurimi sese hic exercent.

Imagines sanctorum magnoperè ve-
nerantur, quas domi genibus flexis pie
colunt, & eorum intercessionem im-
plorant diligenter. Neophytus quidam
pauper cum alteram non haberet, sacræ
imaginis loco, profani regis simulacrū
patiētī affixit, multis cumulatam fron-
dentibus ramis, fœlicem se existimans,
quod effigie eiusmodi potiretur; idē a-
lios error cum decepisset, & latius indies
serperet malum, atque ad Patriarchæ
aures peruenisset, vt ille est diuini hono-
ris studiosissimus, ilicò aliquot imagines,
quæ Christum in cruce pendentem ex-
primant, excudi curauit cū B. Virgine &

*Imaginum
cultus.*

D. Ioanne, item quæ alios sanctos, & res præclare gestas referrent; quæ inter Christianos disseminatæ, redemptionis nostræ memoriam intuentibus refricarent, & ad imitandum magnum solatium adferrent. Ex his imaginibus plurimæ à Patriarcha singulis nostrum, mox primatibus viris distribuendæ datæ sunt; prius tamen quid sibi eę vellent, & quæ ratione colendæ, quisue honor exhibendus esset, exponendum fuit. Recensere non possum, quanto quisq; studio contenderit aliquam obtinere, qua adeptamox flexis genibus, sublatisque in cælum manibus crucifixi Christi pedes osculabantur, oculis capitibusque religiose admouebat, & ingenti lætitiâ domum redibant. Sed cum infinitæ desiderantium multitudini depictæ imagines satis esse nõ possent, negotium datum est nõnullis, qui multa milia pro populi numero sitate formarent in oppidis, & domibus Christianorum omnium collocandas. In hac eadem beati Ioannis paræcia ad fratrem quendam Christianorum vnus accessit, rogans vt sibi crucem benediceret, persuasum enim sibi habebat sam domo dæmones omnes fugaturam.

Hæc &

*Crucis. f.
figies ad
uersus dæ
mones.*

Hæc & alia quamplurima videre est, quæ vt veri Christiani hominis signa sunt, ita omnes incredibiliter excitant ad pietatem. Puer quidam, cuius frater iam iam moriturus egrotabat, lachrymās ad Patrem rectorem venit, per Dei amorem precatus, vt quàm citissimè ad fratrem baptizandum aliquem nostrorum mitteret, ne fortè ethnicus moreretur: addens etiam matris animum non alienum à fide, si quis pertentaret; quod & factum est, mater cum filio ad baptismum venit. Idē puella Christiana infirmæ matri beneficium impetrauit.

Ex gente Brachmanum vir quidam à mensibus quatuor vel quinque cū vxore, & vniuersa familia iam Christi signa sequutus, retulit nobis, dum ad hac in erroribus iaceret, quemadmodum tres optimæ indolis, ac præstantis ingenij pueri sui aliis conuocatis ad exemplum baptismatis eius, quod Christianis datur, sese mutuo per ludum & iocum abluerent: vnus personam Patris Petri Dalmeida, homines ad fontem sacrum deducens, alij catechumenorum agebant, & iam in Ecclesiam proferantes comædiam exorsam facere



peragebant. Hi tandē quod ludētes baptisma simulauerāt, post paucos dies re ipsa susceperūt. Horū maior adeo viuidi ingenij, & magnæ in fidē alacritatis est, vt Brachmanes suos, qua via, quibusque modis ad baptismū sollicitare nō cesset, modō pollicitationibus agens, dū operā suā ipsis liberalē in docendis preculis, vestibusq; donādis offert, modō iocis, ac facetiis habitum gentilem, promissūmq; capillitium, quod non nisi ob parentum mortem, aut baptismi susceptionē tondere solent, ostentui habens.

Consalvus Fernandus ex Iapone hoc anno ad nos recurrit, & inter cætera, quæ multum ad diuini honoris amplificationem pertinent, vnum retulit.

Quemadmodum nuper non ferentibus Bonzis, qui ipsis ad omnes errores magistri pessimi sunt, ob tanta Christiani nominis incrementa in rabiem versis, nostris Patribus eiectis, nouos Christianos dolore repleuerint. Christiani cum se sine templo, & pastore destitutos animaduertent, hanc laudabilem consuetudinem mordicus retinuerint; constitutum enim inter eos est, vt in ortu ac occasu per singulos dies crucem in monte longè po-

Brachmanes quādo rudent capillos.

Bonzorū impietas.

Christiano rū constantia.

gēpositam à ciuitate, adirent, ibidēque suppliciter, fufis ad Deum precibus, se suāq; negocia, ac salutem Deo commēdarent. Erat autem ethnico cuidā Christiana, sed seruilis conditionis, quæ vna cum aliis ad crucem adorandam proficisci ex more habebat; quod ei non solū herus prohibuit, verum etiā ad priuinos errores retrahere, adhibitis etiam minis conatus est. Illa virili quadā animi constantia, non ideo se legem fidēque Christianam suscepisse respondit, vt ea reiecta ad vacua, & omni numine carentia idola rediret; minas illius in minimis ponēs. Quæ pro more, cum per temporis oportunitatem liceret, ad crucem adorandam cum reliquis Christianis accessisset, herus furore immani corruptus, & ira terribilis, redeunti se obuium opponit, stringit ensē, in pauperculam præceps ruit, & caput illi à ceruice auferit. Illa constantissimo animo mortem oppetens, in Angelorum societatem, vt credibile est, triumpho mirabili conscendit.

Sed hoc, vt magnum est, ita aliud subiticiam, de Ioguo quodam qui domi nostræ agit, admiratione non indignum.

Præclara serua constantia, & martyriū.

dignum, unde clarissime intelligi potest quantumcumque naturale lumen, iudiciumque acumen in quibusdam gentilibus vigeat; quod meditationibus dediti plurima rimantur; inualidum tamen esse, & errorum tenebris inuolutum, cum Deo ipsissima veritate destitatur, etsi prima fronte à pietate nostra non admodum aliena, & alios vulgo docere solenne habent. Sunt ex hoc grege, quos Ioguos vocant, qui inter gentiles diuerso vitæ genere longissime à vulgi consuetudine recedunt. Quidam hic inopem, & vagam vitam degunt ex eleemosynis victitantes, historias nescio quas, & somnia paternarum traditionum in promptu habent, quas apud imperitos effutiunt. Sunt alij his longè seueriores, qui ad anachoretarum similitudinem, qui apud nos sunt, proximè accedunt: hi desertis, in locis ab omni hominum consortio vt plurimum habitant, vigiliis ineditisque supra quam credi possit, occupati; cuiusmodi ferè hic noster est, qui apud nos Goæ nunc comoratur, quem gentiliu omnium in sua lege doctissimu esse perhibet; in qua lege. Patet etiam vnus è nostris non mediocriter versatus prouectusque est, quoniam & præcipua

pua illorum legis capita transtulit, & in confutandis erroribus quos adferunt annum totum exegit. Nec tantum legis pericia hic de quo nobis sermo est, excellit, verum etiam illud habet, vt quædam, crassa tamè quod aiunt, Minerua de diuinis rebus explicare norit, quippe qui in eis inuestigandis plurimam operam posuit. Iam octo vel nouem anni sunt, quod in Insula quadam nomine Angedina quæ duodecim à Goa leucis abest, solus æuum exegerit, quod omne tempus, vt ipse refert, in specu latens diuinis rebus considerandis, & penitentia operibus subeundis dedit. Prorex autem Iafanapatâ iter faciens, ad Insulam appulsus in qua versabatur, adit illum, ac obsecrat, vt Christianam fidem amplecteretur; quod cum nequiret obtinere, petiit ab eo, vt Goam saltem ad D. Pauli Collegium venire non recuset, integrum illi se facere dicens, vt fide nostra bene perspecta, si probaret eam, sequeretur; sin minus, citra periculum rediret ad suos. Acceptat ille conditionem. Prorex ilico tabellarium ad Patrem cum literis mittit, quibus de his quæ acciderant eum certiolem faciebat, orans, vt hominem istum Christianum

*Agedina
Insula.*



*Insignis de
quodam ere
mita gens
tilli histo
ria.*

nū quoquo modo reddere studeret. Venit ille ad nos, & multa cū charitate acceptus est; primis diebus supra modū in cibo continens, & moderatus, sic vt etiā miraremur; per integrum triduum nihil omnino comedit, reliquis insequentibus non multò magis: qui cū duas ficus, & aliquantulum ex butiro degustasset, sine edendi faciebat; panem nunquam attrigit, multò minus carnes, aut orizam. Pater cum isto verba facere exorsus, quod eum ingenio acuto, & sagaci prædicitum esse videret, de rebus secretioribus suæ legis agere cœpit, iisq; maximè, quæ vt intricatiores erant, ita difficilè responsionem habebant; his ille, qua poterat industria, occurrebat, ac se suamq; legem sæpè prudenter, & acutè, nonnunquam falso, aliàs aliter tuebatur, sic vt velamentum aliquod semper præstrueret suæ perfidiae. Inter cætera argumenta quibus ex pugnari, ac victum iri animum iam labantem Pater confidebat, vnum erat non minimi momenti; interrogat ex eo cui nam è suis potissimum fidem suam addiceret: respondet ille, Guitaam, qui traditur supra octodecim volumina quæ etiam domi nostræ habemus, post-

*Guitaam
propheta.*

ritati

ritati reliquisse. Hoc responsum Patri videbatur non præter rem, quòd ex omnibus prophetis Guitaam & Detatiam propius ad veritatem accedere comperisset, se tamen facile probaturum, Guitaam in Prophetis non extitisse, imò ignarum, & improbæ vitæ virum fuisse ostendit. Scis, inquit, optimè duobus prioribus voluminibus, Guitaam vestros docuisse idola colèda, ritusque ethnicos obseruandos esse; idem verò in decimo tertio volumine tanquam sui oblitus, aut certè parum ad rem attētus, scripsit idolis nullum honorem, nullam venerationem deberi; funiculum contortum ternis ductibus quod Brachmanū vestrorum insigne gentilitiū est, è collo pendendum non esse, quem pueris adoleuerint, cum ad septimum annum adoleuerint, ita vt humerorum carnem nudam attingat docent: huius autem funiculi triplicis cuiusq; contextus tribus aliis ternionibus contorqueatur, omniumque extremitates vno nodo connectunt; his inuolucris dicunt se tres venerari personas in vna natura, essentiq; . Trinitatem nostro more habere volunt, cuius mysteriū alia quoque explicant

*Lignū hoc
medicis ce-
lebre est,
unde Dia-
trion sans-
dalum nos-
men in-
uenit.*

*Parabra-
ma Trias-
dos pater.*

explicant similitudine: quòd quemad-
modum lignum Sandalinum, in quo ta-
men colorem, & cum odore coniun-
ctam frigiditatem reperire licet: vnum
tamen est Sandalum, ita Trinitatis hæc
personæ tametsi inter se distinctæ, diffin-
tæq; sunt, natura tamen vnum sunt. Hęc
illi. Quanquam quòd ad nos spectat, ea
ratione qua illi Trinitatem designant,
pugnantia absurdè inuoluunt, quòd vox
quæ Trinitati significandæ subiecta est, tres
diuersos Deos sonat. Quorū alterū alte-
ro priorem, & ex Deo quodam nomine
Parabrama, quem primæuum existimāt,
hos tres cepisse communem originem
fabulantur. Trinitatis certè vocē à Chri-
stianis v̄surpassē eos, vt alia multa credi-
mus; sed vt ait Psalmista: In circuitu im-
pij ambulat, rem ipsam acu cōtingere
non potuerunt. Sed reuertor ad rem.
Querēbat igitur Pater num Guitaam pu-
taret ille cognitionem habuisse eam, vt
idolis seruire impium esse cēseret; nam
hoc in decimotertio volumine scribit:
quod si concedat, improbum eadem
opera Guitaā dicat necesse est, qui ido-
latriam docuerit; si verò licere simula-
chris honorem habere putat, quod ex
prioribus

prioribus eius libris clarum est, repug-
nantia, sibiq; contraria cū dixerit me-
ritò pro ignaro habendum esse perspici-
tur. Pater hoc argumento cōuinci pos-
se aduersarium credebat. Verū ille
lubrica se intorquens circunductiōe re-
spondit, haud ignotum esse legumlator-
res, quòd imperitæ plebi se condere le-
ges sciant; simili verborū rudi contextu
prout in sensum communem facile ca-
dant: sapientibus verò viris & ingenio
perspicaciori pollentibus alia longè, &
quæ captum vulgi excedant. Ex iisdē
elicienda relinquunt; quòd ratione ma-
gis, quàm sensu ducantur: Deum nimirū
qui videri nequit, colendū esse, & Gui-
taam aliquam huius rei perficiendæ ra-
tionem inuenisse constanter dicebat;
in eum finem cæremonias instituisse, &
idola colere docuisse confirmans, vt his
quasi gradibus ad diuiniora eueheretur:
externi certè ritus nihil aut parum ad-
iumenti ferunt, ait, sine interno cultu;
quod decimo tertio volumine conscri-
psit, vbi cū sapientibus hominibus, nō
cū profano vulgō egit: filium autem
quod gestarent, symbolum id esse inte-
rioris fidei, quam inclusam animæ ad
Trinita-

Trinitatis honorem quisque tenebat. Ex quibus omnibus intelligi posset, nihil aut absurdum, aut contrarium in libris Guitæ reperiri: eodem modo ad alia quædam argumenta respondit subitis interpretationibus, pro re nata, non tamen insulis: sæpè quæ quibus in lege pugnancia videbantur, egregiè tutari visus est. Interdum cum ex tempore minus occurreret quod adferret, differri iussis in alium diè disputationibus, exactè ex meditato quæ poterat, in medium adferebat.

Quieti tranquillitatique mentis tantum inherebat, ut Patrem ad colloquium vespertinum nostris à cibo vsitatum corporis recreandi causa se inuitantem reprehendere non dubitauerit, nec allata rationi acquiescere potuit: id nimirum institutū esse, tū ad defatigatum animū quo ad labores subeundos redderetur alacrior, recreandum, tū nonnihil de rebus diuinis colloquendum: in ea sententia nihilominus permansit confabulationibus huiusmodi animū à diuinorum rerum contemplatione haud parū auocari: cui, ut silentium, ita temperantiam prodesse plurimum; non enim pos-

se ali-

se eum multa sapienter meditari, quī nimium gulæ deditus esset; igitur non prius cibum capiendum, quam tertio fames huc impelleret, tum enim extra noxam esse.

Principem omnium virtutum castitatem aiebat, eamque reginam inter ceteras habendam, quam qui propriam sibi fecisset, alias omnes possidere. Multus adeo est in humilitatis commendatione, ut petierit aliquādo, num in terris ars prodita vsquā esset, qua quis ascendere arborem, & per singula folia subsultim discurrere sine metu possit? Patre verò dicente, se nihil cōpertum habere, nec credere quod præstari posset; ille artem huius in humilitate positam esse dixit, quod humiles dum semetipsos deprimunt, ascendāt, maximeque euehantur; ut enī formicis ob exiguū corpusculū arborem inuadere, & quā libeat discurrere tutissimū, sic humilibus viris datū est, in re quacūque sine oī profus periculo versari. Cum concioni (inaudito ipsi, & nunquā antea apud nos viso spectaculo) interesset, nec quicquam intelligeret, admiratus est tamen populi attentionem, & oculis in concionatorē acutè defixis, etiā ipse eā

*Castitas gē
tilisunt vir
tutum re-
gina.*

*Humilitas
secura.*



ipse ei operam dabat, mox rogat, quid sibi hæc res vellet; Cum respondiſſemus noſtræ legis ſecreta pandi; ſubdidit ille: ſimilis nunc ego ſimix ſum, quæ cum incidit in nucem, cum ea ludit, nec tamen intelligit quid ſit, neque dulcedine nuclei intus incluſi frui poteſt: ita cum veſtræ legis myſteria audio, quamvis nõ capiam, eorum deſiderio tamen accendor ob ſuauitatẽ quã eis in eſſe credo maximã: quamobrẽ vos, ait, docete me, non enĩ graue mihi erit inſtitui more puero-rũ. Cum intuliſſet alter: cur igitur Chriſtianã fidẽ nõ admittis? Ego, inquit, quĩs fidẽ veſtram ſinceram eſſe credã, nolo tñ id mihi nunc accidat, quod puero olim: præceptores enim noſtri ita docuerunt, non alia lege me ſalutem cõſecuturum, quã ea quæ Brachmanum eſt: adhibui eorum verbis fidem, & duriffimũ arripui hoc viuendi genus: iam ſi vobis omnia in contrarium affirmantibus aſſentior, & Chriſtianus ſiam, vereor ne intra paucos dies alius quis adueniat, qui veſtra lege repudiata, ſuam mihi ſequendam proponat. Quamobrẽ ſcito nihil potius habere me neq; religioſius, quã vt inſtitutum veſtrum prius explorem: cui ſi

arride-

aridebit, facile me addicam; hæret enim is dolor animo viri, nec in poſtremis quidem, quòd intelligat multos annos ſibi ſine fructu periſſe, in gentilium deorum legibus conterendis exactos, ſi veram eſſe noſtram deprehendat.

Cum fortè die quadam diſputans neſcio quid alius, inuolutiũſque ingredere in quæſtionem, quam vt ſe expedire cõmodè poſſet: rogatus cur qui magiſter inter Brachmanes nõ exiguus eſſet, ad quem tanquam ad oraculum remotiſſimis è partibus multi conſugerent, hac in re parũ aut nihil difficiliſſimè ſatisfacere nequiret. Reſpondit magna eum modeſtia, minimè mirũ id debere videri, quòd ab hinc multis anniſ omni librorum ſupellectili relicta, in Inſulam hanc non eruditionis cauſa conceſiſſet, ſed pietatis, idque in præcipuiſ ſe ſtatuiſſe, ac in eo ſummam ſcientiam ponere, ne quid iniquè faciat contra rationem, neu Deum offendant: ſæpè multa quærit, multa perconctatur, ex quibus illud vnum erat: num præceptum vnum obſeruanti, & reliqua tranſgredienti dandum præmium ſit, aliãque huiusmodi. Fratrem aliquando ei Pater inſtructorem in

*Scientia
ſumma eſt
pietas.*

rem in



rem in Philosophia versatū dederat, qui de fidei rudimentis hominē informaret. Rogabat igitur primum, num à Patre missus, an sua sponte veniret: si non missus esset, charitatis quidē fraternę se obsequium agnoscere, tamen huic oneri imparē fore dicebat, vt iunior instrueret senem: si verò à Patre ad id adesset, idoneū sibi videri. Respondente altero, sic esse, & cum imperio Patris venire, vt rudi modo doctrinam Christianam à se obiter acciperet, à Patre deinceps secretiora auditurus, ei facillimē acquieuit: atq; neglectis pristinis erroribus ait ad Christianam fidem se transiturum, si Patri nostro ita visum fuerit. Incepit igitur iam ex nostris cibis degustare, quod satis argumento est, ipsum exuere funilatum Brachmanum legem: adhuc funiculum eorū dirupit, quod apud illos, & sacrilegium, & desertę religionis indicium est; Christianis tam in vestibus, quàm in cibis se per omnia accommodans: baptismum tamen consultò differimus ei dare, ne si, vt est homo acris ingenij, de nuò ad superstitionem antiquā redeat, ethnicos plurimum à fide nostra abalienet; hunc metum tria nobis credibilem

dibilem faciunt. Primū quòd ex Brachmanum genere sit. Alterum quòd concionatorem egerit apud suos, quod officium seu dignitas non solū ex ingenij prudentia confertur, sed in posteriores transit: hos longa experientia duces esse didicimus, quàm pro facili persuasione. Tertium est, Ioguum esse, quod est genus hominum inter gentiles hos superbum admodum, & arrogans, cuius rei etiam noster hic testis locupletissimus est: qui cum inter differendum sæpè ad ea quæ suorum voluminum dictis contraria videbantur, neq; commodam rationem, neque argumentum efficacem haberet, quo dissolueret, dolore cruciabatur maximo. Quod vsu venit non rarò cum de iis artibus agitur, quarū sibi peculiarem cognitionem ex professore vèdicat, etsi vel tenuissimæ earū peritus sit; nam Philosophiam habet planè fabulosam, qui licet ingeniosissimus sit, & in bene disputandi ratiōe suo more supra mediocritatē exercitatus: tamen, & frequenter, & non leuiter aberrat, fateturq; legem nostram suæ multis modis præferendam esse, rationibus firmiter, & magis æquabili methodo, & dictorum



omnium summa consensione committunt. Vbi dissidentia inter se suę legis loca componere nõ potest, Prophetã id dixisse sat esse asserit, tanquã illud de suo Pytagora. Sunt his grauiora etiam in hoc ingenij vitia, quæ nihil attinet curiose dicere.

Quantoperè autem deprauata hominum natura sibi blandiatur, Fratres charissimi, vel ex hoc asperitati deditissimo homine colligere licebit; Primum enim, vt nostros degustauit cibos, eorum sapore non minus delectatus est, quã quilibet alius, vestibus quoque vitur, idque indulgenter habet, cum penè nudus antè incederet. Illud etiam ridiculum visum est, quòd vbi primum ex vino delibasset, ita placuit, vt nihil supra; rogans non solùm quòdnam arboris genus tam gratum fructum produceret, verum etiam de ea in horto suo plantanda sollicitus. Sæpèque dicere solet Brachmanorum legem hoc nomine sibi displicere, quòd omnibus vesci prohibeat (nam qui seriò Brachmanes sunt, nullum animal terra marique vitam degens comedunt) herbis ac leguminibus contenti, cum in vsum hominum

*Brachmanes animã
zibus non
vescuntur*

nium Deus omnia creauerit. Hæc vt voluptatem aliquam adferret, scribere volui, ex quibus cognoscere licebit præclara Dei dona adhuc in Ethnicis relucere, etsi maioribus iniquitatum tenebris obfuscentur. Deus & Dominus noster nos omnes conseruet, & eius sanctam voluntatem nosse, ac perpetuò illi parere concedat.

VALETE!

Goz ex hoc Diui Pauli Collegio, sexto Idus Decemb.

Anno 1560.

Bb ij

EX





EPISTOLÆ
J. EX EPISTOLA PA-
tris Emanuelis Tesceira ad Fra-
tres Societatis Iesu.
Gratia Christi. & c.



Vemadmodum superiori-
bus annis, Charissimi Fra-
tres, ea perscripsimus, quæ
circa Catechumenos Do-
minus operari dignatus
est: ita nunc Preposito provinciale iube-
te, non potui non & eius morem gerere
voluntati, & pio desiderio vestro facere
satis, ea perscribendo, quæ non ingrata
fore arbitrarer. Paucis itaq; perstringã,
quis à nobis hætenus in catechumenis
instituentis seruatus sit modus, & velut
aliud agens nunnulla de quorundam ge-
tilium, licet non indigna cognitu, de-
plorãda tamẽ superstitione interseram.
Catechumeni in domo quadã Collegio
adiacente habitant, in qua ad baptismũ
vsque aluntur, ac instituuntur. Horum
curam Chinensis quidam gerit Patris M.
Francisci Xauieri aliquando comes, qui
perpetuò inter illos versatur, modum
orandi Deum tradit, & doctrinam Chri-
stianam simul omnes docet. Deinde illi
singula-

singulatim certis quibusdam horis quo-
tidie lectiones memoriæ commendatas
recitant. Monentur item à nobis frequen-
ter ac seriò Ethnicos ritus, & antiquam
viuendi consuetudinẽ planè detestandã
esse, pristinaq; religionem canè peius, &
angue execrandam; vtpote quæ aliud
nihil quàm diabolicæ fraudis inane cõ-
mentum sit, & mera supersticio, eosq;
in hanc sententiam inducimus, vt ex a-
nimo credant, nunquã se in ea seruan-
dos fuisse. In hunc finem nonnulla ex-
empla ex eorum lege, & moribus de-
prompta in medium adducimus, vt ex
falsitate propriæ legis, nostræ fidei ve-
ritatẽ agnoscat, quæ oĩa quò facilius per-
ficere possimus, singulis seorsim euoca-
tis, nostræ fidei rudimenta explicamus.
Qua in re breui tantum proficitur, vt illi
legis Dominicæ veritate perspecta, non
modò errores, & diabolicas fraudes ex-
ecrentur; sed & de commissis in Deum
flagitiis veniam postulent, nostram se
fidem, quòd ea sola bona, & sancta sit,
amplecti confirmantes, vt in ea mori, &
salutem consequi valeant. Postmodum
eo ordine quem scelicis memoriæ Pater
M. Franciscus nobis præscriptum reli-
quit,

*Ratio in-
stiuendũ
gentiles.*

quit, doctrina Christiana explicatur. Sumpto initio à signo crucis, cuius virtutem, & quanto illud honore prosequendum sit, exponimus, signum videlicet hoc Christi fidelium non solum in primordiis omnium actionum nostrarum, sed etiam contra daemonum incursum, qui ipsos aliquando inuadere solent, usurpandum: illi pauore percussi, interdum ad nos accurrunt, credentes se ob errores pristinos, quibus illos daemon inuoluerat, iam abdicatos, dani aliquid ab illo perpeffuros, quocirca hoc libetius crucis signo se muniunt, quod illud sciant plurimum in hostem valere. Post hæc articulos fidei proponimus, iis diutius explicandis inhærentes, quæ plus habet difficultatis. Rationibus enim eorum capacitati accommodatis, vnum solum Deum esse manifestamus, neque idolum aliquid diuinitatis habere posse, quod sit, vt & se grauius errasse fateantur, & ex ipsis idolorum (quæ circumferuntur) factis, dictisque nec Deos, nec sanctos esse intelligant. Quæ ad sanctissimam Trinitatis mysterium spectant, ea summarim, & quasi per trāsennam (vt dicitur) tantum attingimus, ne vlla paruulis in fide catechumenis errandi præbeat occasio, qui tam

*Nis signi
crucis.*

qui tam inexplicabilis mysterij necdum capaces sunt. Satagimus interim pro virili nostra Iesu Christi Domini nostri amorem in eorum corda inserere, insertumque; insigere, utpote qui vita propria, proprioque sanguine à daemonum seuisima tyrannide animas nostras in libertatem asseruerit. Dehinc beatam Virginem matrem eius, humanitatis ratione habita, omni veneratione ac honore prosequendam esse monemus: hæc quæ dixi, cum omnes, tum præsertim Mauri docentur. Post hæc reliquos nostre fidei articulos cum suis historiis declaramus, similitudinibus illatis: quoniam duabus præcipue rebus hoc genus hominum ad pietatem excitatur, historiis videlicet & similitudinibus; quibus absolutis, decem præcepta enodamus, in iis diutius explicatur, vt est primum, tertium, & sextum, herentes. Tradimus præterea quæ hæc ratione seruanda sint, quæ item matrimonio coniuncti cum vxoribus præstare debeant, quid demum aduersa valetudine affectis incumbat agendum, ne videlicet (quod antea solebat) aut idolorum, aut veneficorum implerent auxilium, utque



vtque magna veneratione ac religione
res sanctas, velut imagines beatorum
hominum, templa, & crucem prosequatur,
sacrificij missæ augustissimum mysterium
(vt par est) amplificantes. Quæ
omnia quàm clarissimè pro eorum cap-
tu, quoad eius fieri potest, proponere
studem⁹, idq; per interpretes, quos tñ sepe
ob linguarū varietatē desideram⁹, vt haud
rarò cōtingat, in vna eadēq; sermocina-
tione, tres, quatuorue diuersos loqui in-
terpretes, Iudeos, Mauros, Ethnicos vari-
orū rituum & morū; vt autem deficiēti-
bus etiam interpretibus res nostras dis-
cere possint, sepe cogūtur suo more no-
stra lingua sonare. Mutus quidam pu-
er Maurus catechizādus huc venit, cū-
que docendi via deesset, signis quibusdā
imaginem crucifixi tenētes digitis mō-
strauimus, quonam pacto in crucifixum
pro nobis Christum credere deberet:
qui iam iam baptizandus se credere si-
gnis manifestabat, ac verum cœli, terræ,
omniumque rerum factorem pro Deo
colere velle, tangens etiam pedes, ma-
nus, & Christi latus, indicabat eum pro
se nō modò sanguinē, sed & vitam pro-
fudisse, quē supplex adorabat, & in quē
crede-

*Surdus si
dē ample-
fitur.*

credebat. Baptizatus in Collegio remā-
sit, & in rebus domesticis sese exercuit.
Dum Christianam doctrinam explica-
mus, aut de aliis rebus diuinis verba fa-
cim⁹, doctiores indoctioribus præponi-
mus, quòd homines isti honoris à natura
cupidi sint, quibus persuademus in
hac catechumenorum domo honorem
in eo præcipuè consistere, si quis optimè
doctrinam Christianam nōrit, eò quòd
eiusmodi cæteris dignitate præluceat.
Quare nonnulli vt doctiores & vincere,
& anteuertere queant, nunquam ferè,
donec quod sibi proposuerunt, conse-
quantur, quieti vel somno indulgent. In-
terdum rosaria (quæ vocant) doctioribus
tanquā diligētiæ præmia cōferuntur; sed
iis tantum qui vel totam, vel maximam
doctrinæ Christianæ partem memoriter
tenent. Per multi ardentissimo flagran-
tes desiderio, vt ex euidentibus signis
manifestè liquet, ad fidem concurrunt,
non sine voluptatē narrantes, quæ antea
errorum tenebris excacati videre ne-
quiuerant. Cū quidam certis condi-
tionibus baptizari vellet, neq; quod de-
siderabat, à nobis posset extorquere, cæ-
teri catechumeni re intellecta, hominē
seorsim

seorsim euocatum, & ad conditiones desiderandas studiosè sunt hortati, & vt sincero animo Christianus fieret, induerunt. Narrauit is, iam sacro baptismatis fonte ablutus, se dū adhuc ethnicè uiueret, in regione Cambaię insignè ueneficū fuisse, & sæpè dæmonem uidisse, rationem quoq; ad eliciendā dæmonum responsā eo, quo iam dicā modo, exposu- it. Imprimis totū corpus lauant, & Pharamaca, vt intus purgetur sumunt, tū quibusdam rebus uescuntur, & in oclusam domum, in quam luci non patet aditus, abduntur, atq; vt collectiore sint animo, ex ciliciis Conopæum fabricant, in quo positi orant ad certum dierum numerum, postea sacrificant, saccarum, adurentes butirum, & cilicij pannos certis quibusdam cum implorationibus; qui plus adusserit, melius sacra facere iudicatur. Ait hic virum quendam fuisse, qui quingenta magna dolia butiro plena obtulerit, & saccari maximā copiam cum pannis cilicinis precij 500. aureorum. His omnibus in vnum coniectis, sacrisque peractis, qua forma volunt, dæmonem vident, sæpè gemmis aurōque fulgentem, magno famulitio, puellarumque

*Modus in
uocandi dæ-
monem.*

rumque comitatu, equitatu amplo, ac multis cum elephantibus, multa ex his quæ ostentat miseris offerens, dans tamē nihil; eleemosynas erogare iubet, aliāque eiusmodi, vt Angelum lucis se esse demonstrat. Aiebat præterea omnes ista sacra peracturos magnæ pauperū multitudini cibos largiri debere, quocirca nonnulli 500. alij 1000. ad conuiuū vocāt.

Addebāt hic noster illa in regione heremitas plurimos in arboribus fabricatis domunculis vitam trahere, quod & meditationi quietius vacare, & ferarum imperum, ne ipsis præda fiant, arcere possint, silentiūque adeo superstitiose obseruare, vt vix vnquam illos in colloquium admittant; magna his est discipulorum ministrantium multitudo, dæmonibus familiarissimi omnes, contemplationiq; vacantes; in hoc viuēdi modo ad extremam vsq; senectutem perseverant; cumq; mortē sibi iam imminere animaduertunt, vasculo ligneo includi se, & in flumen, quo ad paradysum rectā ire arbitrantur, præcipites dari mandant; discipuli ad mortem vsq; magistros prosequuntur, qui extinctorum cadauera educunt: quorum omnium verticem à ca-

Heremite

*Se occiden-
do ad coc-
lum ire pu-
tant.*

codæ-





codamone perforatum cernentes, animas illac eductas ad campos Elyfios euolasse dicunt; & cadauera in ripa fluminis (quod ob frequentes dæmonum illusiones ibi fieri solitas sanctum reputatur) tanquam in loco reliquiis sacro, quanta possunt celebritate condunt. Hæc scribere volui, vt intelligatis quânto cum maiori diligentia, atque perseverantia demonibus seruiatur, qui in hoc mûdo decipere, in altero torquere possunt, quàm Deo Domino nostro, à quo bona cuncta nobis cumulatè suppeditantur. Faxit illa infinita bonitas, vt Fratres nostros è tâtis erroribus vindictos, Christo cõsecrare possimus; reliqua breuitatis causa pretermitto. Tempus interdum in hisce stultitiis terimus, quò facilius catechumeni ab huiusmodi impietate animos auocent. Ordo quem ad baptismum vsque seruamus, hic est. Prædie quàm baptismatis sacramento inchoantur sedulo, qua se ad illud suscipiendum ratione preparare debeant, monentur: iterumque omnes tam legem, quàm mores pristinos detestantur. Deinde articulis fidei propositis, & num credant, singulis eorum interrogatis, se credere respon-

respondent. Post hæc præcepta diuina proponimus, sciscitantes num ex animo illa recipiant, & se obseruatos semper polliceantur; quibus annuentibus, addimus atrocissimum crimen esse ad vomitum redire, aut secundo baptizati, ostendentes per baptismum præterita omnia peccata deleri: his peractis, baptizantur. Quântum verò emolumenti ex hisce consecutum sit exercitiis, vel ex eo quiuis facile animaduertat, quòd elapsis proximè duobus annis, quibus hæc catechumenorum domus ex obedientia cura mea commissa est, ad triginta hominum milia baptismum suscepisse facile crediderim, quos ferè oēs in hac domo primis Christianæ fidei rudimentis instituiimus, si mulieres excipias, quibus alia in domo seorsim habitantibus deuotè præsent matronæ. Vt primum baptizati fuerint, mensè accumbunt, quibus quanta possumus charitatis demonstracione, ministramus. Prædico sumpto, inculcamus eos iam nostros in sanguine Christi Iesu fratres effectos esse, summaque diligentia recens acquiram mentis puritatem custodire debere: quos item hortamur, vt consanguineos, vicinos, & amicos ad nos adducant, quod

30000. mil
lia biennio
conuersa.



398 EPISTOLÆ.

quod non solum se facturos pollicentur, sed etiam plane in id studium eos incubere res ipsa declarat, cum sæpenuerunt eorum pleriq; necessitudine sibi deuinctos in Collegium nostrum adducant baptizandos. Probi certe Christiani sunt (laus Deo) diuinarumq; rerum studiosissimi, ac post baptismum iurati idololatriæ hostes, & persecutores; quos enim Pagodes inueniunt, domum allatos cominunt, adeoq; sedulo, vt minimè veriti sint non sine præsentis vitæ periculo etiã continentem inuadere. Vnde non ita pridem idolum quoddam ingentis magnitudinis apud ethnicos in summa veneratione habitum, & ad quod è remotissimis locis peregrinabantur, funi alligatum ad celocem vsq; raptarunt, & denique in Collegio nostro comminuerunt. Alij aliter fidem suam testantur: quidam enim vix dum vno mense Christi sacris initiati, cum ad eorum aures rumor iubilei peruenisset, illius participes fieri contenderunt, obnixè à me rogantes, vt modum quo obtineri posset edocerentur, parati subire quicquid summus Pontifex præscripsisset, optates & ad sacram Christi mensam admitti; quod

INDICÆ.

399

quod cum in fide etiam tum admodum essent neophiti, impetrare non valuerunt. Alia permulta sunt quæ Deus Dominus noster in nouellis hisce fidei plantis operatur, quem rogamus vt ad suam maiorem gloriam incrementum illis det, & in cordibus nostris semper habitare dignetur, suamque nobis voluntatem exequi concedat. Amen.

Goæ ex Collegio Diui Pauli,
8. Kal Ianuar.
1560.

Ex mandato P. Prouincialis
Seruus omnium in Christo

Emanuel Teiscera.



EX ALIA LODOVICI
Irois, ad Fratres in Europa
degentes.

Gratia, & amor æternus Christi Iesu Redemptoris nostri cor nostrum perpetuò inhabitare dignetur.



EX iis quas superiore anno literas misimus, si modo prospera nauigatio fuit, accepisse vos arbitror, quanto fauore Dominus Deus noster nouam hanc in India fidei prædicationem prosequutus sit; præcipuè autem quantum fructum ea fecerit in peninsula hæc Goensi, quanquam non aliud atq; fuit rerù exitus speradus erat, utpote iis principiis deducto negotio, quæ ut utilissima erant saluti multorum, ita non nisi gloriosissimè perfici debuerunt. Quamobrè equū est oēs qui humanæ salutis boni estimatores & amatores esse volunt omniū bonorū, auctori Deo de tam prospero successu summas agere gratias. Iam verò his literis diuino fauente

tente numine, breuiter ea perstringam, quæ se in scribendo primum offerent, persuasus id quod res est, si præclarissimis quibusque operibus quæ apud nos quotidie occurrunt, interesse velis, & coram aspicere liceret, ea quæ scribimus in minimis habituros; prout illa sint, quæ liberali clementa Dei, quàm felicissimè indies geruntur.

Scripsimus superiori anno quæ in solemniore interuallis baptizandi præcipuè contigissent, quorum numerus trium millium supra ducentos, & sexaginta superauit.

Modò illa tantū indicabimus, quæ post ultimas nostras literas præcipuè notæ res, & magni ponderis euenerunt: ut intelligi possit quàm multos quibus artibus diuina bonitas in hac Goensi Peninsula (quæ duas in longitudine leucis, vnam in latitudine tenet) ad ecclesiam suam per lauacrum baptismatis introduxit. Sunt in vniuersum in ea, oppida 31. ex his quæ præ reliquis magis populosa censentur, duo millia hominum alunt; alia pauciores, aut plures etiam, quæ soli cœlique diuersa fertilitas est. In his Christiani viuunt non ita pridem ad

Cc fidem

Goësis peninsula de scriptio.

Oppid. 31. habet.



fidem conuersi, & cum incolis Ethnicis, promiscuâ consuetudinē habēt, quorum etſi frequens antē multitudo fuerit, iam ad paucitatem tantam redacta est, quanta post vindemias vuarum esse solet. Erigit nos Dominus noster in hunc animum, vt planē confidere liceat anno proximo neminem ex iis qui prophanos errores sequuntur, modò res parē successum cūm initiis habeat, in hoc deinceps loco futurum; exteræ nationes certē gentiles, Mauni, Iudæi nunquā deerunt, aliorūque ex toto orbe huc venientium excita frequentia, qui negotiationes, & mercimonia hic exercent. Multis in oppidis Ecclesias nostri habēt, in quibus Dominicis, ac festis diebus missarum solenniis intersunt diligenter: quæ quoniam longius absunt à ciuitate, nec ita multos fidei magistros audire possunt, remediū quoddā oportunū iis in locis à P. Prouinciali in initum est, quod vt laudem Dei non mediocriter auxit; ita fructum attulit non pœnitendum. Ita enim singulis oppidis nostrorū laborem partitus est; vt quantum fieri posset, ratio vbique eadem promouendę fidei haberetur. Duo Dominicis diebus

*Euangelii
xantiū dis-
tributio.*

ante

ante lucem audito sacro proficiſcuntur ad B. Virginem, cui nomen est à Guadalupa, & ab vrbe Goa abest duabus leucis; alij item 2. ad templum eidem virginī alio in loco cōsecratum, alij ad B. Ioannis, alij ad aliā loca, ne longior sim, excurrunt. His omnibus pro more est; vt festo die primum aliquid ex Euangelio decerpant, cui deinde sermonem de doctrina Christiana subteximus; in sociis accitis ex hoc Collegio interpretibus quibusdā, vt materna lingua cū illis agere, & facilius quę volūt, imprimere possint. A prædio per vicos egressi, & puorū multitudinem quantam possunt, in vnum vocant, & signum ad id tintinabuli præferunt, quo facilius congregentur; ipsi pueri ramis, ac frondibus cumulatim per plateas incedūt, doctrinā Christianā læti, iuxta ac suauius cantillant: faciunt id, vsq; eo dum ad templum ventum est; ibi tum à Fratibus ad horę vnius spaciū præcipuos articulos fidei, & orationes docentur. Ita tam laudabili re confecta, quisque ea loca visit, quorum curā præcipue gerit; inquit in mores, & necessitates omnium solatur, vt omnibus quantum fieri potest, ex hoc Collegio satisfiat. lam

Cc ij fiat. lam



fiat. Iam verò quoniam loca quædam paulò longius à templis distant, quàm pro mulieribus, aut pueris eò conuocâdis, curatum est à nostris, vt quamdiu de templis prospectum non erit, vmbacula vbi doctrinam Christianam audiunt, singulis in locis erigantur. Maxima pars horum cum primum ea exercitatio cepta est fieri; ad conciones nostrorum cognatos, & affines, ac parentes suos ab impietate abstractos impulerunt; exinde factum est, vt admonitionibus Christianorum, Fratrumq; nostrorū precibus, ac exhortationibus magno numero duci ad agnitionem Dei paterentur, ad Collegiū deducuntur, ac fidei rudimenta diligenter edocentur. Hæc de iis qui animarum piscationi foris distinentur; quorum aduentum, qui in Collegio remanserunt, auidè expectant. Solicito animo aduentâtes de mensis vbertate interrogant, quàmq; multos ad baptismum pertraxerint, vt narrationis iucunditate fruantur, quâ existimant amplissimam se capere posse ex earum rerum auditione, quæ ad cuiusque conuersionem præcipuum momentū attulisse videntur; quod hæc res vergat in summâ gloriam

gloriam Dei, tantamq; vtilitatem genus hoc exercitationum Goensibus peperit; vt dubium non sit, hanc vnam esse viam à Domino Deo subministratam, quæ & gentem totam breui nostram faciat, & Lusitanos ad pietatem excitet, & ipsos ethnicos in confusionem impellat; dum tantam sollicitudinem religiosorum vident, in id vnum incumbētium; vt quos semel ad nouam lucem fidei adduxerūt, de omnibus instruât. Longum esset commemorare Proregis in hoc negotio summam constantiam, & animi alacritatem, quam pro augenda catholica fide ostendit: vnus est enim qui fauet præ reliquis, & Christianos maximè iuuat; neq; quisq; non mirari potest, cum ardorem eius, vt animas pertrahat ad Christū, industriâq; in excogitâdis cōmodis rationibus quib⁹ eos ad id inducat, intuetur, & tâto quidè desiderio; vt q; ex professo mun⁹ hoc suū faciūt, & in hac palestra propagadæ fidei se exercēt, victos se à Prorege ingenuè fateantur. Interdū vt ethnicum quantiuis precij, & abiectę sortis hominē ad Christum trahat, vsq; adeo nihil sibi de labore reliquum facit, vt persuasum habeat imperij sui salutem ab vniuscuiusq; cōuersione

sione pendere vniuersam: non raro excusis, quæ præ manibus sunt, negotiis, si quis ethnicus occurrat, eum de fidei nostræ mysteriis amanter, & prolixè docet, vt nihil sæpè aulicos se comitantes offendere vereatur. Siquidem hoc illi à Deo datum est; vt nullam occasionem, quæ quidem lucro animæ cuiusquæ esse posset, sine fructu sibi patiatur eripi. Sed hæc quoniam prolixiorẽ sermonẽ desiderant, quàm pro epistola, prætermittam, eaq; commemorabo, quæ in baptizandis Christianis, ex quo postremum ad vos scripsimus, acciderint. His absolutis, ad res priuatas, & proprias quorundã accedam, quæ noui Christiani experti sunt: quorũ narratio loquetur vel me tacete, quantum laboris hoc negocium secum vehat: nec mirum, cum summum, ac precipuum ex omnibus sit, quæ per Societatem nostram diuina Maiestas efficere dignatur: quod cõmunis oĩm hostis diabolus aduertens, nouas semper artes ponit, quibus tã prosperos labores impedire conatur. Ergo cum necessariũ esset, vt præter auctoritatem Ecclesiæ potestas Principum virorum ad copiosam hanc frugẽ accederet, quæ obstacula omnia amoliretur,

retur, Deus Dominus noster Prorege tanquàm instrumento in multis vsus est.

Memor igitur edicto à se seuerè esse cautum, vt ne qui propagatione fidei obliterent, aut si qui tales essent, sua ditione cederent: vbi animaduertit primarios quosdam ex Brachmanis esse istius insulæ, qui tum sua auctoritate, tum superstitiosis quibusdam ritibus ignobile vulgus à Christianismo auocarent; nullũ non conatum adhibuit, vt illos ad fidem nostram alliceret, nonnunquam publicè cum illis verba faciens, interdum priuatim, sæpè pollicitationibus, & amore plenis amplexibus, deniq; seuro vultu omnem ad persuadendum, & conuincendũ operam accommodauit. Inuestigata etiã alia via est, his ferè prætexta initiis; vt toto hoc anno circa vesperum Dominicis diebus in hoc Collegio nostro de imposturis, & fallaciis quæ lex illorũ habet, concio haberetur, quod etiam factũ est. Libris eorum ac prophetis in medium allatis, dubitationes omnes ad eum modum propositæ, & excusæ fuerunt, vt vel cæco perspicuum esset coherere falsitati. Vbi Brachmanes rationibus se destitui viderant, ad defensionem satis esse putã-

putabant, vt quoquo modo de casibus effugerent, quod se more maiorū viuere profiterentur. Sed cū pro innata animi pertinacia neque vnquam se victos agnoscerent, neq; rationibus quantumlibet efficacibus crederent, Prorex in cōpendium misso negotio, malo huic nodo malum cuneum opponit, legem promulgat vt intra quadragesimum diem à decreti promulgatione Brachmanes cū suis omnibus, qui Christiani fieri nollent, supellectili oī, quæq; in ratis, & cēsis haberēt, intra id tempus distractis, in exiliū abirent: qui nō pareret, iacturā eius facturos, & ad triremes abreptū iri cōminat^o est. Hac sentina, & fece exonerata insula, fructum plurimum procreare cepit, qui quantus fuerit, faxo iam intelligatis.

Tertio Non. Decēb. die B. Lucie anno elapso, qui à partu Virginis millesim^o quinquagesimus nonus supra quingētesimū fuit, à postremis ad vos literis datis, primum baptisina celebrauimus: cuius numerus ad 84 homines ascendit.

Cal. Ianua. 1560. Circumcisionis festo, die nostræ Societati proprio 154. 6 Cal. Martij die B. Mathiæ Apost. 225. q oēs & rerū domesticarū amplitudine, & magna

84. Baptis
zantur.

154. Bapti
zantur.

225. Opti
mæ condi
tionis, &
authorita
tis magna

magna autoritate fuerunt spectabiles.

8. Cal April. die Annunciationis 160. 160. Bapti
zati.

15. Cal. Maij intra octauam Resurrectio-
nis, cū B. Virginis de gratia, vt vocāt,
festus dies in insula Chiorana celebrare-
tur, vbi tertio ab hac vrbe positam mi-
liari, Ecclesiam in honorē Virginis hoc
nomine habem^o; quo in loco multi à no-
stris conuersi agunt. Visum est Proregi fa-
ciendum sibi; vt illos inuiseret, & in ho-
norem Beatissimæ Virginis, sic vt volue-
rant incolæ, baptismati cuidam interes-
set: Christiani aduentatem honoris cau-
sa antegressi, honorificè, & humaniter
excipiunt, & sclopetariis (quorum etiā
hic vsus inualuit) & peditum instructa
acie, ad ædem vsque sacram deducunt;

hic cū peruentum est, 155. solenni ri-
tu, & ordine baptizati sunt. Prorex iis
peractis, quod iam sol ad occasum ver-
geret, multis prius beneficiis collatis &
honoribus, regressus est. 155. Bapti
zantur.

Cal. Maij, qui dies B. Apostolorum Phi-
lippi, & Iacobi erat, 127. baptizauimus. 127. Bapti
zati.

4 Idus mensis eiusdem qui tum Domi-
nicus dies erat, 300. 300. alijs.
Catechu.
200.

Die proximè sequenti ad 100. catechu-
menos coegimus ex iis, qui pridie bap-
tizati

ptizati erant vel amicitia, vel cognatione, vel vicinij proximitate coniunctos. Decimo Cal. Iunij, quo tempore Dominica in cœlū ascensio recolebatur 200. In profesto Penthecostes P. Petrus Dalmeida in oppidum huius Insulæ, quod à Goa supra vnum miliare dissitum est, egressus 300. & eo amplius catechizandos adduxit: horum parentes, qui domi ad custodiam remanserant, post hos baptizandi 70. bene erant.

Nono ab hinc die, 177.

13 Cal. Iulij ipso die B. Geruasij, & Prothasij baptisma omnium maximum celebratum est, quod quia prolixam epistolam requireret, si narrandum ex integro foret: tamen rei ordinem, & modū breuiter attingam, idem facturum in alijs scriptu dignis, quæ occurrēt. Inter cetera huius ciuitatis suburbia amplius quidam pagus est, in quo vna ex præcipuis parœcijs in honorē B. Virginis de luce consecrata visitur. Proxima huic pietissima quædam matrona habitabat Abiscina genere, nomen habet Catherina de Faran, vidua spectatę probitatis, & magnę apud omnes authoritatis; frequentissimè apud nostros sacramentum communionis

munionis participat: ad hæc filium Diaconum in scholis nostris habet, philosophicis studiis incumbentem: ceterum in Christianismo augendo tanto desiderio inflammata est, vt in ea re omnes Indię mulieres quauis optimas, faciliè vincat. In hūc finem cum Ethnicis & Gentilibus, à quibus domus circumdatur, affidua versatur; quibus iā plurimis fidē Christianam persuaserit, non tñ ob generosū animū, quē gerit, desiderio suo satisfactū esse vnq̄ putat, nisi ingentem aliquam predam ex integro ad fidem adducat. Quamobrem cum ethnicos cæremoniis contra Proregis statuta vetitis operatos fuisse audiuisset, rem ad nostros refert: videri sibi per oportunam occasionem datam, vt scelere sacrificiorum perterriti depositis erroribus ad Christum accedant, tantum opus esse Patre vno, aut altero, qui rem incipiant, & metuentibus incumbant: quamobrè cum ex alijs huius Insulę partibus tantus fructus decerpatur, per Dei vos, inquit, amorem rogo, & quam possum effulsimè flagito, adiuate me, & è collegio vestro opē ferte, vt queam facilius hunc gregem vicinorum meorum cogere ad Ecclesiam, & fidem



200. bapti
zati.

300. cathe
cum.

70. cathe.
177. alij.



fidem Christi, sacrificiūq; solennis baptis-
matis Christo offerre. P. Prouincialis
credibili oportunitate persuasus, mittit
P. Petrum Dalmeidam; nonnullos è Fra-
tribus comites cum eo adiungit, & tem-
pus, accipit inter quod commodum ef-
set, domi omnes probabiliter inueniri.
Tentata res est, ac illa ipsa die quartade-
cima nēpe Iunij, 120. ex his in Collegiū
abducti sunt, tā hilares, ac facili negotio,
mirū sanè, quòd supellectilē oēm, & edes
reliquerint, vt Christo nomen darēt, nec
aliter ac si à multis iā diebus ad id præ-
parati, nihil præter nostrorū aduentū sibi
dari voluissent. Pueri ipsi Patres nostros
amplexi, vt se dimitterēt, cogeāt; donec
parētes inuētos vnā ad urbē adducerēt:
idē patres sollicitē de filiis petebāt. De-
niq; tātus oīum ardor erat, vt quisq; suos
vtriusque sexus parentes, ac amicos om-
nes summo studio collectos, altero die
in domum Catharinæ de Faram, quam
plurimum venerantur, accumularet. Ad-
uentantes illa multa suauitate, ac volu-
ptate excipit, & ante altare, quod in suis
ædibus habet, flexis genibus esse iubet;
hortatur vt primum Deo gratias agant
pro tanta gratia. Deinde vitulinam pro-
ponit

*Mira Dei
bonitas,
qui tanto
gaudio su-
os persun-
dit,*

ponit, non tam vt animi beneuolentiam
declaret, quàm vt superstitiosas ipsi le-
ges violarent lubentius, & hac ratione
num ad Christianismum magis procli-
ues essent, cognosceret. Tandem omnes
ad Collegium missi sunt.

Altero die, qui proximus ab isto, si-
militer accidit, transmissi 30. alij sunt,
vt cum reliquis fidei rudimenta discāt.
Indicat paulò post literis ad Patrem mis-
sis domi suæ 53. alios superesse; quamobrē
Patrem vnum aut alterum mittat, qui &
hos Goam deducat, & reliquos, quī
quotquot erant, haud dubiis signis Chri-
sti fidem se amare ostenderent, inflāmet.
Mittitur P. Antonius de Costa cum Fra-
tribus nonnullis: hi congregandis homi-
nibus toto ferè die insumpto, tandem
ad vesperam 140. inter quos multæ mu-
lieres, infantes, & pueri, accensis facibus
Goam adducunt. Inter hos plurimi no-
biles erant, alij mercatores, alij aliarum
artium. Item quidam centum annos
natus cum filio quadragenario. Mu-
lieres cum virginibus seorsim in iis ædi-
bus locatæ sunt, quas catechumenæ ha-
bitant: his Abisina quædam mulier hone-
stæ vitæ, & charitatis maximæ præerat:
hæc

*Quidā cen-
tenari⁹ fi-
dei lumen
aspicit,*



hæc preculas, & cultum fidei, resq; alias simpliciores eas docebat. Viros cum puerulis recepimus in Collegium nostrum & catechumenorum domum.

Virō sane modo hi neglecta familia ut Christū imbibant antiquatos Christianos nos redarguunt, qui bus non va cat Chris to seruire

Interea dum fidei rudimentis operam dant, in singulis ferè adibus, ne sine custodibus manerent, senes aliquos & prudētes viros assignauimus, qui de domesticis rebus sollicitudinem haberent; inter hos custodes plus minus 80. erant, qui fide nostra paululum degustata ex consuetudine, & facilitate morum, quā in Christianis viderant, vix in hoc officio contineri poterant, quin rupta mora ad baptismum cum reliquis festinarent.

70. cathæ cumeni.

Dominico quodam die P. Petrus Dalmeida egressus, novem homines in domo quadam relictos quæsiturus, idē septuaginta stipatus ad Collegium recurrit. Illa ipsa die literas alias ad nos dedit Catherina de Faran, ut venirent aliqui, fragmenta quæ superauerant collecturi.

100. alij ca thecumeni

Excurrit Emanuel Thesseira, & cum eo Pater alter; 100. congregant, qui omnes virides ramos cum gaudio præferentes, & lata voce ad baptismum conuenērūt. Porro autem tam frequens aduentantiū concursus erat, ut omni eo tempore, quo primum

primum colligi in vnum cœperūt, nihil æquè P. Petro Dalmeida, quàm de vestibus parandis cogitandum esset, quæ tam multis, & varij sexus ætatis, ac fortunæ hominibus & quadrarent, & satis essent: difficultatem hanc augebant non tantū angustia temporis, quod exiguum erat, verum caritas, & inopia panni, quamobrem cum haberet alioqui quod cū Prorege ageret, adiit eum, & cum eo hanc etiā causam peragit, vereri se dicit, ne satis citò propter inopiam vestium baptismus institui posset. Prorex pro solita lætitia, & Christiano gaudio, quod ex huiusmodi nunciis amplissimum capere solet; ut vestes quoquo modo haberentur, fidei usorem se dedit, paratus ob tam pia debita in carcerem etiam detrudi, si bonis cedere, aut non esse soluēdo cōtingat, iam enim diu ex Regis Lusitaniæ vectigalibus centum millia aureorum impendere constitutum habet, ut Christiana fides in Goæ circumiacētibus locis, & auctior esset, & ornatio. Nec dubium est, quin si exigat necessitas, multò etiam vim pecuniæ maiorem effundere paratus sit, tanta est in hoc heroe constantia, fauor, fides, & dexteritas in omnibus rebus peragendis, quæ



dis, quæ ad fidem pertinent; vt quicquid vel re, vel fauore, vel auxilio ad numerum Christianorum augendum facere potuit, nihil vnquam prætermittat.

Hæc de qua mentionem facimus, Christiana mensis incidit in id tempus, cum agri colendi, & semen humi mandandū erat, ne ergo ab operis cathecumeni, & quotidiano labore diu abessent: studiose actū est, vt primo quoq; tēpore baptismi et si die prophano, celebraretur: quod & factum est, cui & Prorex interfuit. Numerus 650. hominum fuit. Iis baptizandis et si quatuor Patres præfuerint, tamen curari non potuit, quin antè iam inclinata dies esset, quàm ad medium peruenissent, omnes reliquos accensis ad valuas templi facibus, quanta potuerunt diligentia, & compendio, sacro baptis mate abluerunt. Cæterum quoniam domum singulis reuersis, in vnum iterum confluere, nisi magno labore non posse videbantur, additum est etiã hoc operæ,

650. baptizantur.
A. baptisate renouatur matrimoniu.
vt ex integro noua matrimonia quos erant necesse inter se coniungant. Quantum verò in vniuerso populo gaudium ex tam numerosa piscatione ad fidem accedentium, & exultatio orta sit, tum quantam

quantam hauerint voluptatem Patres, ac Fratres nostri, quos Dominus Deus noster ad id delegerat, facile est assequi cōiectura: super omnes incredibilis quædam lætitia Proregis erat, qui quòd tanta cū alacritate ad baptismum hos cōfluere videret, nec animo, nec aspectu potuit satiari, nunc his, nunc aliis ad se euocatis, singulos complectens, bono eos esse animo iubet, aliis se totum promptū, ac facilem offerebat. Collegium nostrum diebus aliquot baptismum istud præcedentibus victum, vt poterat, liberaliter omnibus suggerebat: quorum numerus, domesticis ascriptis, supra 900. erat: ex his in catechumenorum domo plures quadringentis mulieres morabantur. Sæpe accidit plures quingentis Collegium nostrū alere catechumenos, ex qua re percipimus Christi pollicitationē esse certissimam; vt regnum Dei, & iustitiā eius confectantibus, hæc caduca, & fluxa bona ex cumulo adiiciantur.

Post hoc baptismum octauo Cal. Iulij, in die Natiuitatis B. Ioannis Baptistæ lōgè celeberrimum peractum est, in quo quia singulare quoddam accidit cognitione non indignū, peculiari expositione per-

Dd stungam.

*Ingentes
elemosyas
h.c.*

stringam. In Goësi peninsula pagus quidam amplissimus est, cui nomen inditum est, Carambolin, in quo delubrum primario cuidam illius loci idolo sacrum erat, magna ab incolis religione habitum; quod vita functus Vicarius disturbari fecerat, ac in templum verti B. Ioannis Baptistæ. Primates igitur oppidi, quos Gazaros vulgò dicunt, cum Christianorum numerum mirum in modum crescere animaduerneret; quo pacto hisce calamitatibus (vt ipsis quidē videbatur) occurrerent, & labefactionem legum suarum impedirent, consilio coacto inter se agitabant. Deliberatio variis sententiis acta est, neque certò definiri potuit, quæ cui sententia præferenda esset. Quidam rem potius, quàm animæ salutem in periculum vocari debere, & cedendum ditione Proregis potius, quàm ab antiquis legibus recedendum esse, putabant. Quid enim facimus, aiebāt; Christianismus augetur, nos detrimentum patimur, si in continentem proficiscamur, non modò supellectilem, sed & reliquas opes, & copias amitemus vniuersas: sin manere, & vitam tueri volumus, necessum penè est, vt efficiamur Christiani;

maturò

Gazararum
quid.

Carambolinus
pagus
maximus.

maturò consilio his rebus obuiam ire oportet. Si nostro iudicio standum hic esset, tolerabilius esse diceremus, facultibus exui, quàm venire in discrimen salutis; quæ sententia si placet, vt liberè nostra lege viuere liceat, authores vnà sumus, vt cum nostris familiis egrediamur: horum sermonibus alij aliud opponebant; nonnulli aliud vrgebant; quòd quemadmodum Christianorum iste feruor, & incrementum non nisi ex Proregis vigilantia promanaret, & is propediè ex prouincia discessurus sit; fieri non posse; vt sibi constet, ac eodem in flore Christiana fides perseueret. Quamobrè dissimulandum tantisper esse, detrahendumque de suo iure aliquid suadebant, quòd facilius Goë qualicunque conditione rerum agerent, dum ipse in Lusitaniã reuocatus molestia, & solitudine eos omnes liberaret. Tertius tandem assurgit inter eos confectæ vir ætatis, prudentia plenus, quem & cæteri verebantur, & propter insignè experientiam suspiciebāt: hic spiritus sancto, ni fallor, dictante, quod futurum erat præfagiens, longè aliam adhortationem instituit. Non enim expedit in Proregem habere de-

Dd ij fixos

Senis Gazarorum
prudens consiliarius.

fixos animos, neque prætolandum esse, donec in Lusitaniam reuocetur. Hoc potius optandum esse; vt patres Societatis Iesu discedant; quod cum certissimū sit, nunquam fore: sed omnem moturos eos lapidem, Christianitas vt propagetur: persuasissimum, inquit, nobis esse debet qua apud istum Proregem sunt auctoritate, eandem apud alios obtéturos. Quocirca si meo parebitis consilio, nos omnes Deo commendabimus, & Christi fidem suscipiemus. Cum in hanc ré multa dixisset, & quæ probitas, facilitasque in illa esset, & quàm aperta ratio eorum, quæ docerentur; ad hæc alia multa, quæ nunc scribere supersedebo: ita placuit illi hominis cōsiliū; vt 14. præcipui Ganzari cum famulis suis Christianam fidem illic & sequi se velle dicerent, & P. Andream Vazæū facerent hac de re certiore. Accurrit ille ad nos, rem exponit. Aderat cum eo præcipuus quidam ex eorū numero, qui se nostris Patribus reliquorum nomine familiariter offerret. Res statim ad Proregem delata est: qui, dici non potest, vt his nunciis bonis in optimam partem affectus sit. Quoniam autem multis nominibus Prorex diem festum corporis

Ganzaros
rū conuer
sit.

corporis dominici in Collegio nostro transigere, ac cibum sumere nobiscū statuerat: Gazaros iubet in collegiū nostrū venire; vt animi sui affectū eis declararet & cōmunicato cū illis negotio dies baptismatis statueretur. Tantū diuini amoris incēdiū in cordibus illorū exarserat, vt ad præstitutum diem Proregem allocuturi, eorum 250. cum multis famulis bene mane adessent. Prorex exhilaratus supra modum statuit, vt ipsi se cum Patribus in S. Ioannis oppido Dominica die pomeridiano tempore conferrent, se quoque præsto futurum; monebat interim Fratres, vt instarent, ne quid, cum ipse venisset, in mora aut imparatum, esset: promouerent segniores quosque, & in Ecclesiam vel campum S. Ioannis deducerent, se eius esse animi, vt ad illos orationem faceret, & in cathalogum referret omnes, qui vel antè promisissent, vel tūc se Christianos futuros promitterent. Dominicum hunc diem mira quadā auiditate animi omnes operiebamur, spe maxima freti, nō ociosum Dei gratia, neq; sine fructu abiturū. Itaq; sic affecti eramus, vt quæuis horæ lōgissimæ viderentur. Tandem venit expectata lux,

250. bapti
zari cupi
unt.



Pater Prouincialis Fratres ad se summo mane vocat, & iubet, vt per vicos & plateas euntes cæcos, claudos. &c. in vnum compellerent; quotquot denique reperissent, omnibus diceret ex mado Proregis, vt se ad baptismum compararent. Expressus locus est S. Ioannis, ad quem conuenirent: congregari tamen quidam non potuerunt multis venire nolentibus, plerisque hesitantibus etiam præ nouitate, ne quid temerè se, suamque salutem præcipitarent. Vidit illa dies animas plures 400. quæ se Christo tradiderunt opipidò quàm libenter. Sequenti Dominica, quæ proximè B. Ioannis Baptiste festum antecedit, cum Prorex studiosè laborasset, in negotiis suis expediendis, vt ei vespertinis precibus apud nos interesse liceret, multi eorum, qui superiori Dominica Christianam fidem adhuc aut non receperant nutantes, aut etiam repudiauerant, pœnitentia ducti sponte sua Proregem medio itinere, quo pergendū erat, cingunt, & salutant. Erant aut plus minus 80. viri splendide ornati, mulieres 500. qui alta voce sublata, iam iam aduentasse clamitant tēpus, quo ipsos Christianos fieri oporteat. Præibat via, & voce viri,

*Quadrin-
gēti alijs cō
uersi.*

viri, hos maiori etiam ordine, & acclamatione mulieres sequebantur, quæ res tristitiam Proregis, quod superiori Dominica non oēs baptismatis sacramento essent abluti, in conduplicatam vertit lætitiā. Interim P. Petrus Dalmeida proximis in locis cum esset, totus id agebat vt vestes sequente Dominica baptizadis necessarias procuraret: qui quod arderet desiderio nouos catechumenos videndi, acclamationibus tantæ multitudinis excitus, ilico prodit. Prorex vbi eum vidit, gaudisus est, quod tam iucundo spectaculo præsentem haberet: & ad se euocato eius fidei istos commisit. Tradidit quoque literas regias, quibus eos immunes testabatur, ne teneretur classi regie (vt antè) certos viros suis stipendiis alere, quod priuilegium Christianorū dūtaxat erat. Illo ipso die P. Antonius de Costa pagū illum visit, ex quo paucis antè diebus 650. ad baptismum venerant, cuius aduentus & nouis Christianis magnæ cōsolationi fuit, & quarundam mulierum pijs admonitionibus effecit, vt 9. mulieres cum infantibus conuerteret, viris earum partim inuitis, partim rem, quæ acciderat, ignorantibus. Accidit alia res, qua



quæ vt mirabilis est, ita Dei bonitatem summâ docet. Pater quendam quæstuarus abierat, qui promiserat se Christianum fore, sed casu alium deduxit, illum eundem esse arbitratus: qui etsi animo nondum procliui esset ad fidem, tamen ubi se domi nostræ esse vidit, Christianum se fieri facile passus est. Iterum exit; vt suum adduceret, sed rursus alter occurrit, qui & ipse baptizandus venerat: prodiit tertio, quarto, imò quinto, atque idem accidit. Ille ob quem primò egressus, & cui omnia opera destinata erat, sera nocte veniens, conqueri cœpit se insalutatum relictum, neque pro se ventum esse: ceteris deinde sese adiungens, & admirationi fuit, & eodem baptismate abluitur. Die Lunæ subsequente, qui B. Ioannis Bap. natiuitate celebris est, pomeridiano tempore P. Patriarcha, P. Melchior Cernerus, & P. Prouincialis, aliiq; Patres, ac Fratres ad baptismum se componunt. Adfuit eidem Prorex. Ad hunc locum Patri Patriarchæ cum reliquis nostri collegij proficiscenti, duo Brachmanes Christiani obuiam facti, quendam de populatibus suis mercatorem ad baptismum ducebant, virum strenuum, & diuitem, hos

loferica

loferica veste, & torque aureo è collo dependente conspicuam, & hoc splendore, ad baptismum quod iam diu anhælaerat, venit. Ducenti quinquaginta Ganzari in hoc baptismate, quod nobilitati, & opibus excellere, vestibus cultioribus indigerent, neque tam breui temporis spatio earum copiam habere facile esset, baptizandi superfuerunt. Ad alios Pater Petrus Dalmeida Elephantem misit vestibus onustum. Ipse autem Goa remanens, aliis vestiendis operam dabat, trecentosque numero floribus & corollis capitibus impositis lectos & alacres, vt se reliquis adiungeret, in Ecclesiâ D. Ioannis deduci curauit, quo incredibilis hoium multitudo cõfluxit; & quis in baptizando ad noctem vsque laboratum sit, non tamen plures quingentis septuaginta quatuor abluti sunt, reliquis in proximo in baptismate reiectis. Tanta est modo in conuertendo homines facilitas, vt aliud relictum nihil videatur, quam vt per vias reperti in Collegium deducantur. Quod multò antè diabolum perdidisse certum est, perditurum scilicet se animas quas in insula plurimas possidebat, & à quibus tanta reuerentia coleba-

tur.

Nobiles baptizandi

Elephas vestibus baptizandorum onustus.

574. baptizati.

Cõpellit dominus facillitate magna inuicem



Demonis de d. Iohne testimoniū nō sine mē dā:io, smi liter tēpo re primiti ua Eccles ſta ſepe euenit, ut in præſatiōe videre eſt.

240. baptizati.

Chriſtiane legis puritas cibis eiſ perſſi eua.

tur. Nam vt Ganzari iſti, planè homines ſincera fide, ſi qui alij, referunt iam dum idolum ſuum in hæc verba prorupiſſe: Hic Diuus, quem beatum Ioannē nuncupatis, in meo templo nunc habitans, vbi prius ipſe colebar, maior me eſt, mihi nihilominus affinitate coniunctiſſimus: cui vt breui cedam neceſſum eſt, & in cōtinentem commigrandum eſt. Tertio Cal. Iulij B. Petri & Pauli Apoloſtorum natalitiis 240. baptizauimus. Sexto Non. Iulij, qui dies Viſitationis beatiffimæ Virginis myſterium recolit, P. Iosephus Riberius in xenodochio, cui à miſericordia nomen, Brachmanū quendam primatem cum vxore baptizauit, Prorege non ſolū præſente, verū etiā ſuſcipiente. Hic dum adhuc in lege, & erroribus ſuis viueret, ægrotis præſto erat, perinde ac ſi Chriſtianus, & è noſtris aliquis extitiſſet. Vbi fidem & baptiſmū accepit, affirmabat duas præcipuè cauſas habuiſſe ſe, quā obrem è noſtris eſſe cuperet. Imprimis quòd tanto amore, ac diligētia charitatis officia Chriſtianos equi videret: alterum erat quòd cum incederet in leſionem noſtrorum authorum, & religionis noſtræ puritatem, &

ſuæ legis tenebras, ac falſitates quantæ eſſent, velut collatis ex contrario rebus aduertebat. Idibus Iulij aliud baptiſma inſtitutum eſt quadringentorum hominum. Die quadam ethnicorum vnus cum filiis ad baptiſmū veniens, grande onus geſtabat veſtimētorum. Cæremoniis autem in longum tempus excurrentibus onus deponere cupiebat. Circumferens igitur oculos, cum hinc nobiles, inde Proregē cū Patre Patriarcha iuxta fontem baptiſmatis ſedētes, ac tertiā templi partem catechumenis baptizandis aſſignatam cerneret, arbitratus eſt non ſe in tutiore loco veſtes collocare poſſe, quā ſi illas Proregi committeret. Ipſum Proregem adit, rogat, vt veſtes diligenter ſeruet, dum baptizatur, & cum dicto ad pedes eius ſarcinam deponit, quod libenter hilarique vultu Prorex ſe facturum recepit. Luſitanus autē quidam ſarcinam cōſpicatus, tanquā quæ impetrurus, ſtatim accurrit, ac ſarcinam vt auferat, ex eo loco inuadit: ſed à Prorege vetitus eſt, dicente à catechumenorum quodam ſe rogatum, vt curam eius haberet,

400. bapt.

Proregis humanitas



beret: quæ verba circumfusam plebem, & recreârunt plurimum, & raram in illo benignitatem, ac singularè in Christianos benevolentiam apertè declarârunt.

Fœlicissimè succedentibus ad eum modum omnibus rebus, vir quidam illustis, Societatis & salutis animarû studiosissimus tertio ab hoc baptismatis die in collegium venit; renunciâs plurimos se in prædio quodam ethnicos habere, ad fidem amplectendam benè paratos; tantum opus esse nonnullis Patribus, qui se in tanta colligenda messe iuuarent. Impetrat non difficulter. Circa vesperum ducentos homines lutos, & palmarum ramusculis, ac frondibus luxuriantes in collegium adesse videmus; eos alij mox plures subsequuti sunt. Omnium numerus, adiunctis illis qui domibus custodiendis relictis erant, trecentos quadraginta continebat.

34.º. bapt.

Tanadar quid.

Consequenti die vnus è nostris in oppido vbi templum matris Dei nomine consecratum visitur, doctrinam Christianam prælegere solitus, Præfectum eiusdem loci, quem illi sua lingua Tanadar appellant, admonuit, vt amore B. virginis Mariæ cû Ethnicis ita ageret, si possent, vt

set, vt cultu idolorum repudiato, omnes fidem nostrâ cõplectantur. Ille se facturû spõdit, & ethnicis illius oppidi euocatis, ipse viros, vxor domi suæ mulieres, læticia singulari excipiebant. Cæterum Deo Domino nostro placuit tantum illis gratiæ largiri, nullus vt esset, qui non Christianus fieret. Hoc primum oppidorum fuit, quod fidè Christianam in vniuersum suscepit; cuius sanè beneficij primas laudes, & gratias virgini Mariæ deberi secundum Christum, nemo in tantis iuerit; quæ quòd in proximo ciuitatis templum habeat sibi dedicatum, non dubium, quin hoc à filio suo impetorauit. Prorex omni illa hebdomade latem eorum quibus Reipub. gubernacula commissa erant, ad fidem pertrahere; vt haberet quorum honorifica, & multiplici frequètia solène aliquod baptismasacētissimè extruxit, institueret. Collegit igitur inter eos 100. præcipuos ciues, & ad Collegiû misit Dominica prima seque, quæ baptismati eorû assignata erat, cum tanta esset hoium multitudo, vt in Collegio nostro cõmodè baptizari nõ possent

Integræ ciuitas christianû doz ma amplectitur.

Proregis diligentia in colligendis centû præcipuis ciuium.



possent. Prorex simul omnes in Ecclesiâ
D. Thomæ, & campum vicinum tradu-
xit. Hora à meridie secunda alius Præfe-
ctus oppidi Matris Dei cum suis catechu-
menis, hoc quo dicam ordine Collegiū
versus iter facit. Catechumenorum vnus
præ reliquis splendide ornatus regium
vexillum ex florulento serico, intextum
auro, varij coloris edita manu portabat,
circū hunc vndiq; tubæ, & tympana reso-
nabāt; hinc circumfusi pueri ibant; sic vt
in geminam aciem distributi viderētur,
cærulei, & rubei coloris sagulis orna-
cereis accēsis vexillum proximè seque-
bantur; post hos reliquum vulgus. Vlti-
mus locus habebat cōfectæ ætatis homi-
nes, & præ ceteris illustres vndulato serico,
& cultu non minus splendido, quàm
vario indutos, & plurimos ex his torqui-
bus aureis, argenteisq; armillis insignes.
Mulieres extremum agmen claudebāt,
pueros in sinibus amplexæ: erant cū eis
puellæ muliebri cultu monilibus, annu-
lis, ac zonis, alioq; ornatu, summa arte,
& precio spectabiles. Tota autē cæterua
coronas virides in capite, in manibus
candelas præferentes, miram tam iu-
cundo spectaculo voluptatem, pietate
tēmpque

*Alla cæter
na triums
phās Chri
stū ambit.*

tēmpque in hominum animis excita-
runt. Vbi ad fores Collegij ventum est,
quòd Prorex commodum inde ad san-
cti Thomæ iam discesserat; illuc vniuer-
sam multitudinem, eo qui iam dictus est
modo, deduci iubemus. Vix horæ spatiū
intercessit, ecce noua nostro è Collegio
catechumenorum phalanx probè instru-
cta, Christianorum vexillo præeunte, tu-
bisq; clangentibus egreditur. Hi nume-
ro quadringenti omnes erāt; quibus sex
elephantēs antegressi iter venientibus
aperiebāt. Postmodū Anscimēsisbus con-
iūctis, & aliis quos Prorex eò deduxerat,
omnis illa coacta manus in duas classes
ordine distributa, per amplissimū illum
campum qui ad D. Thomæ est, vigentem
& grato suo virore amœnū (eò quòd hy-
bernū tempus, & serena admodū cœli
facies esset) & ad tale quippiam idoneū
se diffundit. Cæremoniæ mox fieri cœptę
sunt; tubæ, tympana, aliq; id generis in-
strumenta lætitiæ signis æditis conse-
quantur. Collegij nostri pueri hymnos
& psalmos addunt, & modulatè canūt;
nobiles nunc currere, nunc sistere, nunc
in gyrum circum agere equos, tormen-
ta plurima Proregis iussu soluta, im-
mensum

*Alla phā
lanx cates
chumenos
rum.*

*Sex elephā
tes baptis-
mādos præ-
cedunt.*

*Hyeme vi
ror er a
mœnissas.*



mensum mugitum edere, tanta omnium læticia, & exultatione bonorum, quanta in conuersione tam numerosæ turbæ terribiorum demonum tristitia esse debuit. Opere perfecto, tædis ardentibus domum omnes redeunt, pueris nostris psalmos in honorem Sanctissimæ Trinitatis decantantibus, quod tanta istos dignata fuerat misericordia. Fuit eorum qui baptizati sunt, numerus septingentorum quinquaginta duorum, præter ducentos, qui etiam idem vehementer optarent, tamen quod vestes in promptu non essent, baptizari eo tempore non poterunt: interposita triidui mora, sacris undis abluti sunt.

952. bapt.

Baptismus
40. puerorum.Baptismus
705.

Die lunæ subsequenti, qui B. Magdalene sacer erat, Pater Antonius de Costa in templo nostro quadraginta pueros parentibus orbatos penè oēs baptizauit. Quinto Calendas Augusti Dominica die in Collegio nostro magna pompa, & apparatus baptisma aliud septingentorum & quinq; institutum, & nonnullos in Ecclesia, alios in Collegij septis baptizauimus Prorege in medio ipsorum constituto, & uniuersos ad agendas Deo, ob acceptum beneficium gratias, excitante.

Sex

Sex antè septemue diebus Societatis Patres, maximi momèti rem apud Proregem tractarunt, de duabus insulis è regione huius adiacentibus ad fidem inducendis. Harum altera Dinar, altera Ciora nomen habet. Non exigua huic perficiendæ rei sese difficultas offerebat; quod scilicet harum insularum incolæ Brachmanes ut plurimum essent, non tam opibus, & mercibus opulenti, quam caeremoniarum suarum obseruatores seuerissimi: hi populo persuadebant id unum ferè semper, ne paterentur ueneratione, aut idolorum cultum sibi per nostros vel eripi, vel auferri. Contra hunc obicem tria potissimum valebant, quæ neq; exiguæ sperant, neq; fructus: primum quod iam penè sibi persuassissent, quandoquidem tam multi in insula Goensi Christiani fieret, non debere se plus illis sapere; quod occultè etiam aliquibus iam significauerat. Aiebant præterea se non ignorare tempus agnoscendi Deum aduenisse; non æquum tamen esse sua sponte pacisci cum nostris, ut se ipsi ad fidem Christianam ultro offerat, quod ea res ignominia sibi notam apud affines in cõtinente habitantium inureret sempiternam: alterum

Dinar in
sula.
Ciora in
sula.

Ec erat



erat non minus oportuna: paucis ante diebus Brachmanes Insulæ Dinarę cum viderēt sibi omnes cæremonias & pompas in insulâ prohiberi, per edictum Proregis (hæ namq; insulâ Lusitanis subditę sunt) oppidi cuiusdam primarij viri nocte quadam, ne quid Goenses reciderent, 20. pueros nauigio impositos, donantes ad continentem deduci fecerant, vt insulanorum omnium nomine festiuitati cuiusdam idoli Ganisso dicti, interessent: nam hos ludos semel quotannis exercent. Sed opere precium hic videtur, antequam in cœpta narratione progrediar, vt quisnam hic Deus Ganisso sit, quem tanta veneratione gẽtiles æstimat, paucis perstringam, quò vel hinc istorũ cæcitas, & ignorãtia q̃ detestanda, & deploranda sit, intelligi possit. Posteritati tradiderunt vetustissimi illorum vates, primis illis hominibus Adamo & Eua matrimonio copulatis, antequam liberos procrearent, aut alius quispiam in mundo existeret, casu quodam accidisse, vt Adamo domum exire necesse esset. Eua interim nescio quibus occupationibus detenta, in quibus expediendis ad sudorem vsque labo-

Idolum Ganissus.

Fabulari dicula errantiũ gẽtium.

Brachmanes norũt Adam & Eua.

laborabat; quę mox sudore madēs, abstergere tam à capite, quàm à brachiis eum cepit, ex quo ad manus defluente de repente ridiculum quiddam, sed vt illi putant diuinum, ac præclarũ opus euenit: nã ex sudore perfectæ staturæ vir natus est. Adamus domum reuersus, & cum vxore virum alium conspiciatus, quem antea nec viderat, nec nouerat, ira percitus, arrepto ense hominem obruncat: mirata Eua tum furorem, tum Adami temeritatem, facti illum arguere cœpit, quòd manuum suarum sudore procreatus esset. Adamus autem interempti filij iacturam sarcire volens, cum caput iam vita destitutũ aspiceret, festinãs abiit, bestia quęsturus, cuius caput abscissũ trũco filij Eux applicaret: mox elephante occurrente, quod statuerat facit: præscindit caput, & trũco connectens effecit, vt rediret ad vitam: atque in eum modũ Elephantinum caput cum longa proboscide puer habuit quoad vixit, & nomen accepit Ganisso, quem etiam ita formant, & iam Brachmanes venerantur. Inter quos plurimi ex eius nomine vocantur. Iam verò vt ad id vnde digressi sumus, redeamus: pueris magno silen-

Adamus domum rediens cum vxore contemplatur alium virum.

Ec ij tio na



tio nauigantibus, ne fortè prætereuntes quis audiret, Præfectum tamen Iustanorum latere non potuerūt: qui licet bonam pecuniæ summam ab iis, si dimitteret immunes, accipere possent; noluit tamen officio suo hac in parte desse; sed ad Proregem deduxit: quos ille vinciri præcepit. Pueri ipsi post dies aliquot, vt debitam pœnam effugere valerent, Proregi renunciât, velle se Christianos fieri, atq; petere, in nostrum Collegium, vt ad necessaria perdiscenda mittantur; quod ille libentissimo animo fecit. Ea res vbi primùm à parentibus eorū in insula Dinara audita est, facile suspicati sunt, quod erat futurum, vt se ad nostras leges darēt. Tertium ac præcipuū fuit, ex quo liquido constare potest, horum conuersionem ad magnam Dei gloriam suauiter horū salutem operantis spectare. Nam cum Brachmanes quidam ex hac insula apud nos fuissent, rogarentq; Patrē, vt pro vxoribus suis aliquos mitterēt, quæ se Christianas profiteri velle dicebant. Ablegauerūt eò Pater Prouincialis Fratrem Dominicū Fernandes, & alios Christianos, vt has ad nos deducant. In Insulam ingressi primates quosdam Brachmanes

Miranda
Brachmanum
ad fidem
facilitas.

obuios

obuios habuerunt, eorum puerorum qui ad nos deducti erant parentes, & affines: hi facile præ se ferebant non alienos esse se à Christo; nam quorsum (aiabant) ista tanta dilatio? istos è nostris hodie Christianos facitis, cras alios, res procrastinatur in infinitum; qua velut continua, & longa quadam molestia affligimur; diem constitutum eligât Patres Societatis Iesu, quo simul omnes deducamur, ne vnus ab altera pudore suffusus hæreat: sic fiet vt vestro omnium desiderio, quo tenemini vniuersæ gentis conuertendę abundè satisfiat; nam prope modum iam nobis persuadetis, vt legem, & fidem vestram suscipiamus. Frater ille noster tam lætum nuncium audiens, tanto ardore ferebatur ad nos hæc renūciandi, nulli vt ei aut remi, aut venti sufficerent; nos ilicò diuinę maiestati hoc tantum negocium commendamus, multaq; sacrificia missarum peragimus; & preces plures fundimus. Die veneris 2. Cal. Augusti, qui P. nostri M. Ignatij obitum proximè præcessit: ante lucem hinc egrediuntur P. Antonius Costanus, P. Melchior Ficheredo, & vnà cum illis 6 Fratres; Patres in sacello B. Virginis

Pril. Calq
Angus. mo
ritur P. Ig
natius.

Ec iij è regi-



è regione Insulæ Dinaræ celebrant, & quam possunt ardentissimè B. Virginem omnes deprecantur, vt Insulæ operare velit, in qua oppidum iam totum filio suo nomen dedisset. Per Insulam mox discurritur passim à nostris, quæ eo loco honoris apud Brachmanes, & dignitatis esse, quo apud nos terra sancta solet. Vniuersa idolis dicata est, quorum plurima etiam ante Lusitanorum aduentum, delubra fuerunt. Deniq; Ethnicorū Dinar instar Romæ erat, ad quam è variis mundi huiusce partibus peregrinationis ergò consuebant; arbitantes eos, qui ad istam insulam venissent, delictorū omnium expiationem promereri. In comitatu nostrorum erat Præfectus castris Danscimini, quem ex composito secum adduxerant, quod in illorum patrio sermone exercitatisimus haberetur, adhæc primatibus amicissimus: tum etiam quòd rationem probè calleret, qua pertrahi facile possent. Die præcedeti quam illi hanc prædam inuaderent, P. Franciscus Rhodericus ab altera parte cum aliis 6. Fratribus in Cioram profectus erat: quæ ob rem in maxima expectatione ciues Goenses versabantur ob cœptum negotium,

*Gentilium
terra facta*

Dinar.

*Peregrina
nationes.*

Venia peccatorū apud gentes.

tium, quod ad præclarum exitū spectare sperabant. Accidit autem vt eodem ferè momento in hac insula Patres, & Fratres diligenter in hanc rem incumberent, insulam circuibant, & Brachmanorū domos inuisebant, pro se quisq; sedulo hortatus omnes, iam horam venisse scilicet, iam adesse tempus acceptabile, dies salutis à diuina prouidentia ad illorū conversionem præfinitos; quamobrem non diutius illis procrastinandū, neq; moras faciēdas, præsertim cum videat se à Fratribus tā studiosè quæri. Infinita Dei bonitate factū esse credo, quæ tā benigne operata est, effusa benedictione dulcedinis suæ, vt ea dies innumerabilem penè hominum multitudinem ab idolorum insano cultu auerteret, & ad agnitionem sui permoueret, tanta facilitate, vt nulla alia re opus esse videretur, quæ ipsos conuocare, & ad collegium nostrū ducere. Nec arbitreris velim leuis conditionis esse homines Brachmanes istos, sed acerrimo sunt ingenio, nec Lusitani sermonis ignari, honoris auidissimi, formosi, albi, corpore bene constituto, aliis deniq; bonis, & donis laude dignissimis affluentes, quæ ne prolixior sim, silentio præter-

*Innumera
bilis turba conuertitur.*



pratermitto.

Cum Frater quidam Ludouicus Ben-
danius domum Brachmani principis
viri intrare cuperet, & fores pulsaret;
quod pessulo obdito clausam domū a-
nimaduerneret, ad fenestram alter pro-
dit, rogat quis esset, & quamobrem ve-
nisset: ille verò respondit, ex Collegio
societatis se missum esse illius cōuerſio-
nis gratia: Tum alter: Iesus Christus, in-
quit, ingrediatur, & diabolus in rē malā
discedat; Etenim Dei manus cum effu-
gere queat nemo, cumque idem verē, so-
lusque bonus sit, etiam impietati nun-
cio remisso, bonum se Christi famulum
esse velle dixit. In vtraque Insula tem-
plum erat in honorem B. Virginis dica-
tum, huc præceptum est omnibus; vt se
colligerent viri, mulieres, atque omne
promiscuum vulgus, tum vt eorum no-
mina in catalogum Fratres referrent;
tum vt de numero eorum constare pos-
set, & ad baptisma necessariæ vestes ha-
beri, nominibus omnium scriptis. Capil-
los ilicò Brachmanes sibi præscindunt,
quorum à pueritia præcipuā curā gerūt;
ceremonias patrias proculcāt, funiculos
triplices, quos magna cū superstitione de
collo

*Brachma-
ni nobilis
verba no-
gatu dig-
nissima.*

*Superstiti-
onum con-
temptus.*

collo gerunt; cōfractos abiiciūt; & è Fra-
trū manib⁹, quod illis sua lege sacrilegiū
est, cibū capiūt libēter. His pactis, domū
quisq; suā reuersus est, diem baptismatis
expectatur⁹. Hoc Goam perlato nuncio,
vtramq; scilicet Insulā Christi iugo col-
la submisisse, qd̄ auidissimo animo ex-
pectabatur, credo facillē coniecturā cape-
re potestis charissimi; quanta fuerit to-
tius Collegij in Domino exultatio, quā-
tum quoque gaudium. Vehementer
Prorex certē exhilaratus est, supra q̄ dici
possit; ad quē vt magna huius negotij
pars spectabat, ita cū primū P. Fracif-
cum Rhodericum ex Cioramo, quò pro-
fectus erat, reuersum intellexit, loquutū
ad se euocat, & per eundē P. Prouincia-
li nunciari mandat, vt magnā serici pā-
ni copiā cōparet, vt coloris, ita aspectus,
ac precij diuersi ad Brachmanes vestiē-
dos. Tanta autē erat in his conficiendis
festinatio, vt 2. Fratres necesse haberent
in aula quadā cū 100 sartoribus die, no-
strūque permanere; vt interim omitterem,
quod multi sibi vestes propriis in domi-
bus confecerūt. Priusquam Brachmanes
baptizarentur, ipsi primarij Goā ad Pro-
regem salutandum venerunt, quos ille
magna

*100. sar-
tes vestes
conficiunt
baptizans
dis.*



magna alacritate excepit, tantisq; officiis profecutus est, ac beneficiis deuinxit, vt illorū etiā expectationē superārit. Digressi ab eo in Collegium ad Patres salutandos rectā tendunt, P. Prouinciali se totos offerunt, & filios, familiamq; omnem tanquam alumnos Collegij in nostrorum manus consecrant; eos tanquā nouos hospites quā maxima potuimus charitate, lætitiæque excepimus. Post quintum diem P. Prouincialis ad illos visendos profectus, antequam ad Dinaram appulisset, 400. illi obuiam exierunt, qui videndi eius audissimi cū essent, neque eum noscere præ confusā multitudine possent, factum est eo volēte, vt in 2. ordines distincti, qua in Ecclesiam B. Virginis in vertice montis positę via ducit, bini accederēt, & magna alacritate ipsum complecterentur; hac omnes ratione in Ecclesiam vsque illū comitati sunt. Post fusas preces sedere omnibus iussis, illorum vnus exurgit, qui vt erat Lusitani idiomatis præ cæteris callentissimus, omnium nomine verba facere cœpit; quibus & Deo domino nostro ob acceptum beneficium gratias in primis agebat, & apud P. Prouincialem

Brachmanum erga Prouincialem notanda beneuolentia.

Sollicitudo parentum ethnicorū pro filiis.

uincialem magnis præcibus instabat, ne filios suos desereret, sed aliquos de Societate sibi concederet, qui ipsos in fide Christiana promouerent: quod genus beneficij cū pluribus aliis indulisset, non iniquè petere nunc sibi concedi. Quorum sententiam vbi intellexit Pater, plurimum in Domino lætatus, non solum benignè operam nostrorum pollicitus est, verū etiam habuit ad illos orationem. Post hos surgit senex quidā de Brachmanū genere, qui iam 30. annis vel 40. B. Virgini illo in templo sedulo ethnicus seruiebat, festis diebus tēplum ornabat, & pauimētū purgabat; hic Patre rogare cœpit ob Dei amorē, ne sibi illius templi cura auferretur, quod illi multo diligentius seruire statuisset Christi sacris imbutus, quā antea fecerat nūquam. Potissima via nobis à Deo monstrata Christianismi augendi illā videtur esse, de qua paulò antè mentionem fecimus; vt Fratres vicina oppida Dominicis diebus circueant, & doctrinā Christianam oppidanos doceant. Quamobrē cū 7. Cal. Iulij Frater noster Martinus de Sylua cum alio quodam Fratre Battorum oppidum sibi commissum visitaret

Gratissimè pro Christiānorum studio prece est.



fitaret, in qua templum est Beatæ Virginis de Guadalupa, Dei infinita bonitate, ac misericordia factum est, vt primatibus illius loci sanctam fidem persuaderet, quos faciles adeo inuenit, quòd omnibus optimatibus illius loci ad fidem pertractis, & circa vesperum quadraginta comitatus, qui præcipue dignitatis erant, ac omnium nomine missi ad Proregem, & Episcopum, ac Patres adirent, ac fidem, & baptismum peterent: accidit post hæc eo die, qui Insularum conuersione proximè secutus est, in ciuitatibus, & vicinis oppidis famam percrebuisse Brachmanes (quibus Ethnici plurimum tribuebant) ad fidem Christi conuersos esse: quibus rumoribus exciti Goæ veteris homines (quod oppidum in promontorio huius insulæ positum est) cum iam ad fidem alioqui procliuēs essent, multò omnium maximè auidi facti sunt: venit ergo vir quidam nobilis hæc nobis nunciās, obnixè P. Prouincialē rogat, qui illuc è nostris mitterentur. P. Emanuel cum Fratre Tesceira veniunt in oppidum, Ganzaros, & alios primates adent, causam exprimunt sui aduentus, vt inteligerent se certiores fieri, quānā die baptizari

ao. Battē.
ses prima
tes fidē sus
cipiunt.

Goa veteris
fidei lumi
ne illustratur.

ptizari vellent: quamobrem in catalogum illos referendos, optimūq; futurum, vt ad Proregem venirēt, & eum de sua conuersione certiotem facerēt: quod negotium sic Dominus expeditum reddidit, vt ad eos omnes excitandos, & iussa perficienda desiderari nihil videretur. Quo die P. Emanuel Goam veterē sese cōtulit, ecce ad Patrem Prouincialē à Ganzaris duorum præcipuorum oppidorum istius insulæ Goensis (alterum Naora magna, alterum Naora parua dicitur, noua legatio venit, quæ & ciuim in Christianā fidem animū declarabat, & ad sequendā paratissimos esse diceret; Insuper se ad Proregē venire, optare etiā nō mediocriter à Patribus Goæ deduci. Igitur nostrum Collegium cum vacuum esset Fratribus, quòd alij Goam veterem, alij in Insulas præmemoratas, permulti ad B. Virginē de Guadalupa profecti essent: alij in parandis vestibus occuparētur: necesse fuit P. Iosephum Riberium Collegij ministrum, licet occupatissimum, eò proficisci. Ille sequenti die redit, prima nempe Augusti, & 70. ex primatibus adducit, palmis, & frondibus insigniter ornatos, tubis clangenti-

Alie ciui-
tates con-
uertuntur
Naora ci-
uitas.

bus, &



bus, & aliis musicis instrumentis: qui cum iã Collegio proximi imminerent, iuerunt obuij qui reliqui erant ex nostris, excipiunt & complectuntur, atque maxima lætitia, quam ex illorum cõuersione ceperant, signa ostendunt. Postmodum inde ad regiũ palatiũ deducti sunt, ex quorũ aspectu Prorex incredibiliter recreatus, cum aliquanto tempore eorũ præcipuos humanè & familiariter tractasset, omnes domũ nostram misit. Hac illa ipsa diè qua P. Iosephus Riberius domum rediit, hoc quo iam dictum est comitatu, à prandio in Collegio nostro, qui fabris, & latomis per totam Insulam præfecti erant, cũ suis omnibus vno baptisinate abluti sunt. Hos numero 150. Frater noster Antonius Díaz qui fabris in hoc collegio præerat, bona ex parte ad fidem piis adhortationibus allexit. Baptisinati interfuerunt P. Patriarcha, Episcopus Malaccensis, Prorex qui nunquam non ferè adest, ac nobiles, aulicq; præterea plurimi. Post triduũ pridie No. Augusti die Dominico matutino tẽpore germanum Theodosij de Bragança primum Insulę baptizauimus: veniebat hic 8. aut 10. equitibus comitatus: vxor rheda

*Fabri 150.
baptiz.*

*Faber alios
sua ar-
tis non in
sapientia
verbi con-
uertit.
Baptizati
150.*

*Brachmanũ
caput
baptizatus.*

rheda vehebatur, cui duæ nobiles Lusitana aderant, ad officium coniunctæ, tres filij Patrem sequebantur (vt Principũ aspectus, & mos erat) scutulatis vestibus ornati. Prorex apud nos missæ sacrificio interfuit, & eundem de sacro baptisinate fonte suscepit. Prodeuntem à baptisinate magna caterua Lusitanorum nobilium domum vsq; suam honorificè comitata est. Cum adhuc in gentiliciis erroribus iaceret, domi suæ pedagogum ad manum alebat, qui filios prima elementa literarum, & Arithmeticam doceret. Vsu venit ob tam multiplicem numerum summi, infimq; ordinis hominũ tam in Insulis, quàm in ipsa Goa ad fidẽ accedentium, vt quoniã baptisinati sufficere vix licebat, philosophiæ, & humaniores literæ ad tempus intermitteretur omnibus in Collegio occupatis, vel in docenda fide, vel in præparandis iis, quæ baptisinati necessaria putabantur. Datus enim fuerat campus in exercenda charitate vt amplissimus, ita de proximis bene merendi perquam idoneus. P. Antonio de Costa in Dinaram tendenti Brachmanes spontè occurrebant, nullum non officij, & obsequij genus exhi-

Studia literarum in aeterrupunt baptizadũ

Mulierum erga maritos obsequium.



Mulierum
erga mari-
tos obse-
quium.

exhibentes. Horum vxores honestæ ma-
tronæ sunt, & à natûra miram quandam
modestiam insitam possident, quam au-
get educatio, & mos patriæ: maritis sic
per omnia obtemperant, ac si vilissima
mancipia, non consortes thalami essent.
In more positum habent, dum ethnice
uiuunt, priori marito mortuo, quantūuis
iuuenculæ sint, alteri non nubere, imò
(priusquam edicto Regio vetitum esset)
vnâ cum maritorum cadaueribus sese
concremandas tradere; modò verò nec
colore candido vestiuntur, & caput per-
petuò radunt.

Vidua ma-
nent mors
suo marito.
Cremât se
se vidua
cū mariti
cadauere.

Brachmanum filij acutissimo sunt
ingenio, colore albo, & formosi: vbi Chri-
stiani facti fuerint, nobiscum familiari-
ter versantur, rationem nostræ fidei citis-
simè addiscunt. Pater in Insulam interio-
rem ingressus cum reliquis nostris, vbi
singula diligenter inquirunt, in senem
incidit centenario maiorem, cum vxore
& liberis familiam agentem, rogat huc
num Christianus esse vellet; ad què mox
hilari vultu velle se respondit; in capum
igitur cum omni cœtu suorū trāsfectus,
& aliis Catechumenis adiunctus Chri-
sto nomen dedit. Hunc Pater allocutus,
cū

cū fortè diceret ob receptum baptis-
ma & meritum crucis filij Dei futurum
vt post mortem multò nobiliorem vitâ,
quàm quiuis terrenorum principū age-
ret, quippe qui in paradiso æternâ glo-
riam consequuturus esset: ita exhilara-
tus ea pollicitatione fuit, vt tremulis ma-
nibus sublatis in cœlū, in clamaret pro-
prio idiomate. Tu scis Domine Deus ob-
tū tantū honorè me Christianū fieri.

Notanda no-
ni Christiani
ni fides.

Sexto Id. Aug. licet variis occupatio-
nibus detineremur, constitutū nihilomi-
nus est, in Insula Cioram bap-
tismi celebrari. Adfuerūt ei P. Patriarcha P. Pro-
uincialis; & Prorex à prandio cum au-
licis venit, præcipuos quosque in bap-
tismate suscepit, quos etiam pro suo per-
petuo more gaudēs, & alacri animo de-
ducebat ad fontem. Multos illo die ba-
ptizauimus: qui supererant, in sequentem
diē reseruati sunt; quos cū aliis qui p ca-
techesin satis erant parati, baptismatis sa-
cramento illustrauimus. Numerus om-
niū ex sola Insula Cioramo renatorū fuit,
1207. iā maior pars eius Christiana est.

1207. bap-
tizati in
Ciora.

Septimo die in Insula Dinara nō tam
propter festiuitatem Assumptionis, quod
eo die fuit, quàm quòd in eius honorem



Alphonso Alburchecho Indiæ inuētoꝛe hic exadificata esset, baptisma solenne satis institutum est. Templum ipsum interius multis trophæis, & vexillis eo tempore ornauerunt. Fores & valuæ ramis & tapetibus vestitæ sunt. P. Patriarcha cum reliquis nostris ex Cioramo reuersus, circa vespertinum huc venit. Prorex adfuit paulò post etiam cum suis, nonnullis aduectis machinis, tormentisq; bellicis, quæ exonerarent in pompa; & priusquàm baptizarentur, orationem ad illos insignem habuit, quæ omnes tum quoddam summam in illorum lætitiâ significaret ob illorum salutem, tum quoddam non tam verbis, quàm re ipsa omnine humanitatis, & auxiliij genus se declaraturum reciperet: magnoperè certè catechumenos illos cum Principis tantam clementiam cernerent, recreauit. Sub finem querebat Prorex, num aliquis eorum esset, qui aut non libenter baptismum suscipere, aut fortassis adhuc ambiguus nihil apud se rectum de perseuerantia haberet: nam se ea esse voluntate, vt liberè discedendi potestatem huiusmodi facturus sit. Cui seniores, & Insulæ primates responderunt, libenter se Christianos

Christianos fieri, ac Deum nostrum esse, qui idololatriæ caligine depulsa, fidei lumen obtulisset: seq; non ignorare Dominum Proregem secundum Deum sibi patris loco futurum. Quod vt amplius, & vberius omnibus, qui tum aderant, constaret summa voluntate eorum fieri, & scrupulus nullus superesset suspicandi; quemq; sigillatim interrogari voluit: nunc cum suo animo baptizaretur; vno omnes ore acclamauerunt; libētissimè, neq; se negaturos, quod antè spondidissent, neque exigui momenti æstimaturos id, in quo salus cuiusque tota versaretur. Quamobrem omnium aperta voluntate, tandè baptizare cœpimus tormentis emissis, clangentibus tubis, & id genus musicis instrumentis longè ac latè personantibus. 1505. eo die in insula Dinara baptizauimus. 50. pueros excipio, in continentem à parentibus missos, qui reuocati, & baptismi sacramento initiati sunt. Octavo Cal. Sept. qui B. Ludouico Gallorum Regi consecratus erat, curauit P. Provincialis baptizari totum Battorum oppidum, quod quia longè à Goa positum, & B. Virginis de Guadalupâ templum habet, ibidem baptisma celebratum est, ne

1585. Dinarenses abluuntur.

Battorum oppidum baptizatur.



si catechumeni, quorum maxima copia
nunciabatur, essent Goam deducendi, à
quotidianis operibus distraherentur.
Sed obsecro vos, pridie baptismatis ad
vesperum quid euenerit audite, vt qua
alacritate ij Christianam fidem susceperint,
cognoscatis. Martinus Syluius Frater
noster principem oppidi virū Oson-
docomotimus nomine, fortè allocutus
erat, vt populum in ordine cogeret, ne-
cesse enim esse, vt cras mane sub auro-
ram in promptu, & ad manum sint, ne
imparati ad Proregis aduentum inueni-
antur, quoniam nox hæc (addebat) sum-
num minimè desiderat. Ille se facturum
omnia prolixè promisit, quod illi facile
fuit, baptismatis desiderio tantum non
ardētibus. Ecce nocte media Osondoco-
motimus 200. comitat^o viris, mulierib⁹
& puellis sibi cōsanguinitate iunctis, ad
nos venit, omnibus probè, ac splendide
indutis, mulieribus etiam gemmis, au-
róque fulgentibus; hos præcedebant ar-
mati 30. viri, inter quos primus erat dux
noster torque aureo, ac micātibus armis
insignis: pulsat fores, Patrem euocat, à
quo mandatum habebat. Ecce cum meis
adsum (inquit) vt præcepisti ad omnia
paratus,

Osondoco-
motimus.

200. ad ba-
ptism. Lecti
veniunt.

30. armati
præcedūt.

paratus, vt promissiōi à me tibi factæ fiat
satis; nam nox hæc, vt dicebas, minimè
sommū desiderat; propterea nihil habui
prius, q̄ (ne in officio meo deessem) ho-
ra quamuis intēpesta ad vos excurrere;
nostri diligentiam commendantes, in
aurorā vsq; domum redire iubent, pa-
rent illi: manè Fratres vestire catechu-
menos coeperunt. Prorex infirma quan-
tis valetudine, pro suo tamè affectu pie-
tatis lectica vestus cum Episcopo Ma-
laccensi, P. Prouinciali, & cum pluribus
aliis adesse dignatus est. Hoc baptisma,
vt ex præcipuis vnum fuit: ita magno
gaudio celebratum est.

Hominum quoddā genus in hoc oppi-
do agit, quos Ciararos sua lingua vocāt;
hi bellicosissimi sunt, & ingoniosi. atque
indole quàm Brachmanes multò melio-
re, atq; acutiore: quorum conuersio, quæ
in hoc tempus incidit, magnæ omnibus
voluptati fuit, quòd maiori omnibus in
precio sunt, & existimatione, hoc etiam
noīne, quòd præclaris naturæ muneribus
ornantur. Apud hos Patres duo relictī
sunt, non tam ad instruendum, conser-
uandūq; vberius in fide, quàm, vt Goæ
veteris, item Naoræ vtriusque, aliarūq;
partium

Ciararū
bellicosissī
mi, et inge-
niosiores
Brachma-
nis Chri-
sto nomen
dant.

Goæ vetu-
Naoræ



partium homines congregarent, ibidem postmodum baptizandos mutua omnium nostrum cum illis diligentia, erat qui ut vestes ex hoc collegio mittebant, sic illi circa frequens ministerium baptismi destinabantur. Quanta vero fuerit multitudo eius loci, vel ex eo constare potest, quod iam inde ab octavo Cal. Augusti, quo baptizandi negotium ceptum est, usque ad quartum Idus Sept. 220, homines baptizauerint; ne dicam interim quemadmodum in singulos dies Augusto mensis præter iam numeratos, modo 10. modo 20. interdum 40. nonnumquam etiam 50. noia Christo dederunt, qui quod communia baptismata expectare non possent, vestibus ut quisque absolutis primū paratus erat, ita baptismate abluebatur, quamuis & citius deficerent vestes, quam baptismum optarent. Horum autem numerus si iniri placet, his priuatis baptismatibus 266. abluti sunt. Pridē decollationis B. Ioannis Bapt. P. Petrus Dalmeida Prouinciali attulit 372 catalogū sibi à duce Passosicci castri oblatum. Passosiccum autem arx est Lusitanorum, in ea parte posita, qua in continentem iter est: qui omnes quod Naiques essent homines

220. baptizantur.

266. abluti.

Bellicosorum Passosiccorum conuersio.

homines ad bella nati, & strenui, & in præsidium illius arcis relictī, quos magno opere Prorex sæpè optauerat, ut nostræ fidei mysteriis initiarentur, sperans in bellicis necessitatibus Lusitanis maximo auxilio futuros.

P. Melchior Figheredo interi ex Balasterimo, in quo D. Iacobi templum est, reuersus, ubi homines Christiana impuleret doctrina, assererat Deum Dominū nostrū Tanadariam vniuersam ad Christianam fidem accēdisse, ac de 140. se compertum habere illos ad quamuis euocationem ilicō venturos. Illa ipsa nocte istorum cognati, qui degebant in continente, ad parentum catechumenorum ianuas in insulā Goësem veniūt, dicētes quod & Christiani esse, tamque magni boni participes fieri cuperent: qui vnum in locum simul congregati diem cōuersionis festum transegerunt.

Decimo Cal. Sept. classe instructa post Proregis discessionem in Iafanapatan, Passosicenses, & Balastemicenses sacro baptismate abluere decreuit, ne tam sanctorum festiuitatum consuetudo intercederet. Duo prælongi ordines instituti sunt, ita ut à domo e qua prodibant in

Balasterium.

Tanadaria ad fidem accēdit.

Eccles



Ecclesiam vsq; nihil præter catechumenos videre esset. Huic baptismati Patriarcha interfuit cū Episcopo Malaccensi, canonicis, & vniuerso ciuitatis clero, nec Goensis præfectus absuit, aut ingens nobiliū multitudo. Erant omnes numero, quos tūc baptizauimus 772. Ante id tēpus sæpè P. Andreas Vazæus in collegium venerat, etiam atq; etiam rogans Ganzarorum præcipuum oppidi Carambolini, vt ad se Patres venirent; sexcentos esse affirmans, qui nihil aliud expectabant, quàm sanctum baptismum; nosq; per Dei amorem obtestabantur, ne amplius aut rem differre, aut illorum obliuisci vellemus. Pudebat iam enim illos Ethnico capitis ornamento in conspectum parentum Christianorum venire, verum quod hos omnes per nos vestiri necesse haberemus, plurimiq; alij Ganzari primates reliqui essent, tam multis necessitatibus vix bene satisfacere licebat. Nam quamuis simul omnes huius Collegij in hoc conuersionis opere non essent non intentissimi, & labores plurimos ferrent: tamen tam frequentibus variisque occupationibus emergentibus nemini nostrum erat tantum otij reli-

772. sacro
fonte ablu
untur.

Alij 600.
conuersi.

etiam, vt pro natura satisfacienda satis esset. Vnde sæpè euenire visum est, vt ex omnibus nostris qui Goæ in numero magno habitant duo tantum aut 3. vel vt plurimum 4. in cœnaculum conueniant, non alia re quàm aduersa valetudine, ne ipsi quoq; ad opus egrediantur, plerunq; detinētur. Iam verò cū antea vix per urbem ambulare licuisset, quin in Turbantes, & Cabaia plurimas incideres: nunc infinita Dei bonitate ob frequentes conuersiones factum est, vt vix alicuius cernendæ potestas supersit: aut si quos adhuc Ethnicos ambulantes videmus, ita deiecto animo sunt, vt oculos vix attollere audeant, quam maxima pars iam eorum se Christianos futuros promiserint petentes per Lusitanos à Patribus Collegij nostri epistolium sibi dari, quo se catechumenos esse, & ad Patrum voluntatem paratos apud alios affirmant. Postremis literis significauimus vobis, quemadmodum pridie vndecim millium virginū 200. ethnici cū Episcopo Malaccensi, & Goensiu præfecto in Collegium nostrū aduenierint, baptismum petituri: & quoniā diem & numerum baptizatorū his literis me

Turbantes
& Cabaia
Turcorū
pilca sunt

Gentile esse
ignominia
sum mota
est Goæ.

scriptu



scripturum pollicitus sum; non possim
non meam fidem liberare. Quinto Cal.
Nouemb. die B. Apostolorum Simonis,
& Iude, 2. Fratres egressi sunt, vt in D. Io
annis oppido commorantes ad baptis-
mum adducerent. Antiqui aut Christiani
vt amicorum, & cognatorum conuersi-
onem cohonestarent, egregiam, & copi-
osam multitudinem vexillis, & tympa-
nis præcedentibus regio ad hoc prælato
vexillo, quod in extremo erat agmine,
in ordinem digesserunt. Catechumeni
ramos gestabant omnes rubentibus co-
ronati rosis: hos mulieres cum pueris, &
puellis, qui omnes 400. esse poterant,
consequabantur. Quoniã autem per do-
mum nobilis cuiusdam viri Christiani
iter futurum erat, & summi calores solis
vrgebant; vir hic ex variis arborum vi-
rentibus ramis vmbacula exstruxit: al-
lata quoq; aderant canistra arundinibus
ex quibus saccarum exprimitur plena,
nec non aqua gelida pro potu, betris,
cinambri, aurega, & molij, qui harũ re-
gionum vsitati sunt fructus. Hoc igitur
loco catechumenos expectans sedebat,
ita re composita, vt dum hi paululum
quiescerent, alij succedat siti, caloribusq;
confe-

confecti. Demum magna omnium con-
solatione, qui ad tam iucundum specta-
culum confluebant, in Collegium nostrũ
uentum est: hoc omni tempore nihil
aliud aut in viis, aut fenestris, quàm Dei
laudes, quòdq; secundum magnam mi-
sericordiam suam fecisset eis audire li-
cebat. Viri cum pueris in Collegij sep-
tis manebat, mulieres, & puellæ in tem-
plo. Interfuerunt baptismati Patriarcha,
Malaccensis Episcopus, ciuitatis præfe-
ctus, nobiles multi, & ciues. Eorum qui
baptizati erant numerus 656. fuit præter
58. quos priuatim baptizauimus. Illa ipsa
die Fratri cuidam P. Franciscus Rhode-
ricus in mandatis dederat, vt ante tem-
pli fores constitutus transeuntes ethni-
cos, qua familiaritate posset in templũ ad
baptisma percipiendum colligeret, quod
etiam fecit. Inuenti sunt ex iis viginti
quinque, qui haud grauatim annuerunt.
Et ne fortè quis ethnicorũ arbitraretur
Proregis absentia nos in Christianitate
augenda fore segniore, die Lunæ an-
telucano tempore duo Fratres extra do-
mum egressi sunt, & quindecim fami-
lias omnes ad fidem iuxta propensas
adducunt. Dat negocium præterea no-

314. Chri-
sto initiati

Quindecim
familie ad
fidem con-
stris ueniunt.



stris Pater Rector, qui ad oppida vicina in dies commeant, vt si quos fidem affectantes Christianam inuenerint, non omitterent, quin secum venire faciât: se daturum enim operâ, vt primo quoque tempore vel in B. Martini, vel D. Lucæ baptizentur. Hos duos enim sanctos Indi magna veneratione prosequuntur, tum quod Indiarum sint velut Dij tutelares, tum quod in altero horum festo ciuitas in potestatem venerit Christianorum, quo nomine etiam quotannis solennis supplicatio habetur; hæc res in tantum Fratribus cordi fuit, quam ex Rectore acceperant, vt in tribus oppidis centum triginta duntaxat iuuenes adhuc imparatos dereliquerint.

Pridie Sæcti Sebastiani Pater Franciscus Rhodericus Fratribus iniungit, vt vel antè ortum solis, si possit fieri, huc illuc excurrant, & conquirant quàm multos possint; expediunt se omnes, ac itineri magna alacritate se accingunt, non modò qui Societatis nostræ, sed & Neophyti, quorum tantus ardor, & zelus in augenda fide est, qualem vix in Europæ sanctissimis hominibus reperire licebit. Vnum exemplum hæc eorum

Sæcti tutelares Indiarum.

3. oppida integre se re couersa

eorum adiungam, ex quo gustum aliquè licebit eorum habere, quæ dicimus.

Pridie Beati Sebastiani Christianorum vnus correpta pelui, velut signo sublato ad fidem, & grauitè incusso, oppidum quoddam perambulabat, alta voce clamitans, vt qui Christianus fieri vellet, in domum Patris Andræ Vazæi se conferat; eò namque venturos Fratres Collegij Beati Pauli Apostoli, vt ad baptismum homines deducant.

Quatuor alij è nostris in aliud oppidum ea mente profecti, pulcherrimis à diabolo spoliis relatis, velut triumphum agentes domum redeunt, ducentis commitati hominibus, quos variorum instrumentorum concentus precedebat.

Vix dum in Collegium admissi erant, & alia ecce via centum octoginta adducebantur: his quoque receptis, adhuc alij ducenti duobus ducibus præeuntibus nostris occurrunt: paulò post alij ducentum viginti iuuenes adducunt; alij ex illustribus viuis non infimæ conditionis, neque authoritatis apud suos, qui omnes in ordinem redacti domum in qua vestiendi erant, deducuntur; huc mox

Pater

Novus ad fidem conuersus.



P. Patriarcha supplicatione instructa venit, comitante Episcopo Malaccensi, & ciuitatis præfecto, quibus in occursum venit Macadanus mercator, qui in pannis sericis merces agunt, cum tribus sociis magnificè vestitus, aliâq; ingenti hominum multitudine circumfusus, vt plateis tantum non excluderetur, reliquis mercatoribus viam vexillis quam habitant, ornantibus: hi omnes P. Patriarcham in Collegium vsq; comitati sunt cum aliis nobilibus non paucis. Magnus autè hominū numerus cum existeret ad baptizandum, quò citius negotium expediretur: tandem ita fieri placuit, vt vterque ordo in via ad templi portam vsq; remaneret, donec Patres numero quatuor magna diligentia cæremoniis ante baptismum seruari solitis perfuncti, aliis duobus locum facerent, qui in baptizandis catechumenis occuparentur: erant alij delecti præterea, qui in altera parte templi sanctum chrisma conferebant: duo alij in porticu stabant, ex his alter baptizatos veste alba iudueret, alter candelam incensam porrigere debebat; factum hoc est, vt quibus longior erat via, domū redeūdi celeriter potestas esset; iam enim

inclinare

inclinare se dies cœperat. Hoc baptismum propter numerosam frequentiam, quæ 736. facile complebat, inter alia nobis mirificam attulit cōsolationem: sed quibus exultatio & voluptas in Domino magna sit, quæ ex his capitur, & laborem omnem quem pro fratribus nostris conuertendis obimus, facile abstergant: ex procliui tamen vobis existimare erit, eorū neq; vulgares esse molestias, neq; difficultates, quibus accedit, vt & naturam sæpe quiescere, iustâq; refectione defraudèr, dum indefesso studio varia ad loca concurrunt, vt catechumenos acquirit, & in maximis necessitatibus cogant, qui vel baptismatis, vel cæremoniis perficiendis destinantur, æterno, & immenso Deo gratiæ referantur & laudes, qui tanta liberalitate vsus est erga hanc minimam Societatem, vt in præclarissimi & magnificentissimi operis communionē eam admitteret, quod in eius amore perficē hic interim queat. Hæc sunt quæ se scribenda obtulerunt de hisce 26. baptismatibus, quæ anno 1560. à die B. Lucie nēpe idibus Decemb. elapsi anni vsque ad tertium Nonas Nouemb. huius anni, qui dies B. Martino solennis fuit, celebrata existunt;

756. bapti
smo.



existunt; quibus facile estimabitis quantum fuerit vberior hoc anno, quam superioribus hominum ad fidem aduentantium multitudo. Nam quo Pater Patriarcha primū appulit anno cū reliquis Patribus voto solenni obligatis, qui fuit millesimus quingētesim⁹ quinquagesimus sextus, toto anno 42. tantūmodo baptizauimus; anno verò 1557. 80. anno 1558. mille nōgentos sedecim; anno 1559. tria milia duodecim milia septingentos quadraginta duos in hac Goenli Insula, vt illos mittam quos S. Francisci, & D. Dominici Patres ad eandem militiā fidei ascripserant: ad hæc alios multos quos in parœchiis ciuitatis alij baptizauerunt. Faxit sua infinita bonitate atq; clementia Deus Opt. Max. vt & libro vitæ hos omnes ascribat, & operarios plures mittat, qui reliquam messem in horreum Ecclesiæ conferre nitantur, atq; hoc quidem hactenus. Alterum epistolæ caput erat de mirabilibus quibusdam operibus quæ Deus circa nonnullos tum Christianos, tum Ethnicos, fieri voluit: sed quoniam perlongum mihi foret singulatim omnia contexere, quæ per omnes dies contige-

Quot quoque anno baptizati ab anno 1556.

Memorabilia quæcūque Dei opera

contigerunt, faciam quod in conferta narratione fieri solet, & ex pluriimis quædam duntaxat commemorabo, quæ ad Dei bonitatem laudandam non minimam suggerent occasionem.

In continente mulier pagana cū nullos liberos procrearet, Beatæ Mariæ, si filium habere posset, eum se dicaturam vouit: cuius voluntati annuente Domino, dum prolem concepisset, interrogatur à cognatis, an in animi proposito persisteret. Imò verò, inquit illa, persisto, neq; alium in finem hunc puerum educabo, quàm vt B. Mariæ offeram; quod & in bona fide, & sedulo perfecit.

Adolescens quidam ethnicus liberali forma paucis ante diebus in hoc d. Pauli collegium aduenit, ac quid vellet interrogatus, cupere se Christianum fieri respondit, ac morem gerere matri, quæ ethnica esset, cui necdum fides facta adlubesceret, obnixè tamen filium rogauerat, atque eum hac causa miserat, vt Christianus fieret.

Ethnicus puer in amplissimâ piscinâ casu decedit, & natandi ignarus tantum non mergebatur. Lusitanus puerum conspicatus, cū aliter opè ferre nō posset,

Vota ethnica ad imitationē Samuēlis

Ethnica obnixè se filium baptizari cupit.

Miraculosa ad nominis iesu inuocationem libera ratio.

Gg

admo-



admonere cœpit, vt nomen Iesu inuocaret; fecit & in nomine Iesu ab vndis ingentibus emerfit: quod sanctum nomen ita illius animo hæsit, cū sciat eius virtute tantum periculum euasisse se, vt nisi Iesus cū vocaretur, nunquam responderet vellet, & pia eiusdem Iesu clementia, baptismatis paulò post aqua perfusus est.

Ethnici cuiusdã mercatoris filius cū semel iuxta Collegium iter faceret, & nouam Collegij structurã videret, Christianum adolescentulum ad se vocat, & quorsum tanta, elegansque domus fabricaretur interrogat; respondit ille, vt mul- ti qui ad fidẽ cõueniunt, baptizari queant; subdidit ille statim, siquidem ita se res habet, inquit, ipse quoque hic manere volo; cœpit igitur obnixè adolescentem rogare, vt se in Patrum nostrorum domum deduceret, vbi nõ ita diu agēs, mirabili desiderio, & Christianus factus est, & se factum esse quotidie læratur; hic in puerorum nostrorum collegio nunc degit, & in doctrina Christiana ediscēda totus est.

E Collegio nostro Brachmanus puer eum semel in Salsettę regionem sese cõtulisset

tulisset, incidit in duos alios Brachmanes adolescentulos, cum quibus à puero educatus erat, dumque vnà, vt fit, sermones redderet familiariter, & lætitiã se insolitam haurire diceret nosser, quòd Christianus factus fuisset, & à pristinis superstitionibus, in quibus antea victitauerat, emerisset: ita eo sermone adolescententes alij accensi sunt, vt non solum tantam illi fœlicitatem inuiderent, verum etiam parentes, & opes se deserturos promitterent, & fuga capta ad nos pro fide venturos. Vnus ex his in Collegio nunc habitat, primis elementis literarum incumbens; alterum autem etsi Christianũ credimus, tamẽ vbi factus sit ignoramus. Omitto interim id frequentissimum esse, à plurimis nos sollicitari; vt in Collegium nostrum veniant, ac ibidem primis rudimentis imbuti, sanè apud nos iam numerus minimè paruus existit. Adolescentens quidã ex vno oppidorum, quæ in Insulis istis sunt, ad nos venit, quem per solenne baptismã Christianum fecimus. Huic tantum, & Christiana fides, & viuendi ratio nostra placuit; vt post octauum à baptismo

Gg ij diem



Adolescens quosdam primates aliosque plurimos conuertit.

Ethnicus sanitati restitutus.

Ethnicus manens Christo seruauit.

diem 50. viros à se conuersos ad fidē huc adduceret. Inter quos primates quidam erant viciniae illius, in qua ipse morabatur, quos magna pompa cum baptismo abluissemus; post triduum iterum Patri obuius factus, se iam 30. persuasisse renūciauit, atque effectum breui daturum, vt 100 ad primum baptismum adducat.

Ethnicus quidam Goæ cum longiore morbo, & B. Paulo se commendasset, conficeretur, eiusdem beneficio sanitati restitutus est; qua recuperata templi nostri mistagogum adiit, & se in hoc Collegio ad 15. dies B. Paulo, si modò ei copia, fieri inseruire velle dixit; nam ita se pollicitū ei fuisse, hactamē cōditione; vt in auito permanere Ethnicismo velit; quod quum ab illo facile impetraret, etiam ad aliquot dies in opere promisso versaretur, & sententiam mutauit, & baptismum accepit.

Nobilis quidam vir Societatis nostræ studiosissimus singulis 8 diebus confiteri, & sacram communionem sumere solitus, Ethnicū alloquebatur, vt Christianus fieri vellet, promittens ei, si faceret, se à Prorege egregium munus in Republica impetraturum esse, quo vitam honestē

honestē tueri posset; nil tunc quidem profecit, at paucis post diebus, cum nullam nobili huic illius spes superesset, videt hominem domum suam Christiano, & Lusitano habitu indutum, ingredi; ruit illi alter in collum, & cum lætitia ingenti, ac gaudio excepit, cumque dignitatem illi iterum offerret; Christiane respondit maximas se ob huiusmodi beneficium gratias agere, non tamen laborandum esse, vt eam obtineret, quam quidem si Ethnicus temere, ac impotenter affectare non posset, sed hominis sit nullius neque religionem, neque Deum habentis ob furta, quæ plerunque committi solent; iam Christianus cum sit, nullo modo petere debet; tum quòd in his honoribus, & pompis propter recidua peccatorum frequens confessionis iteratio sit necessaria; tum quòd lege diuina sanciantur, vt iniuste conquisita veris possessoribus restituantur; quare se malle penuria oppressum viuere, quam dignitate adeptam perpetuis tenebris addici.

Contemptus dignitatum apud neophitos.

Eūdem ad virū Maura quadā mulier venit grauiter cōquerens cum quæ venienti sibi in hanc insulam cum duabus puellis



Christiani molesti essent de ipsorum fide complectenda; tum quod miserimam filiae propriae deserere constituissent ob Christianam, quam nunc sequuntur fidem, quamobrem triste, & orbam velle redire domum, ut in phanis suorum deorum latens infelicitatem suarum filiarum deploraret iam Christianarum. Nobilis rogabat illam ne discederet, se in qualemcunque sustentationem per singulos menses aureum nummum suppeditaturum; accepit conditionem, tandem hortationibus matrisfamilias, aliarumque mulierum victa, se Christianam esse velle dixit; nam verè se credere, non alia in lege, quam Iesu, se salutem consequi posse; atque ita baptismatis aqua perfusa est. Quae pietatis Christianae, ut vir ille nobilis sepe confirmet se ipsius similem non vidisse.

Augusto mense elapso in nostra vicinia contigit mancipia nonnulla duos Mauros adoriri, ut iis quae secum portabant, vi ereptis, homines quoque ipsos occiderent: nocte quadam ad rem perficiendam conueniunt, Mauris vulnera letalia infligunt; Lusitanus quidam clamoribus audiens, accurrit subito, qui iam morti pro-

ti proximos homines conspiciens, persuadere nitebatur, ut Christiani fierent, quandoquidem tam breui temporis spacio æternam salutem consequi possent. Horum vnus diuino afflatus spiritu visceribus penè effusis, etiam atque etiã Lusitanum rogauit, ut se baptizaret, credere se IESVM Christum Deum esse, & potentem seruatorem animarum. Alter igitur sumpta aqua Maurum baptizauit, qui animam statim Creatori reddidit; alter perfidus in inferno sepultus est.

Dilucescente die cum Misericordiae Fratres cereis, & sarcophago velo aureo cooperto venientes Christiani hominis cadauer assumunt, & honorificè in summo templo sepeliunt, ut verum illud existat, quod scriptum est: vnus assumetur, & alter relinquetur, alterius cadauer Æthiopes duo per plateas reptantes in agrum proiecerunt.

Huius ciuitatis Christianus vir ære alieno oppressus cum non esset soluendo, in continentem abire decernebat, ne sibi quispiam molestus esset; filio autem in procinctu ipso mortuo, indignum iudicans inter Ethnicos nouum Christianum sepeliri, cadauer Goam transmittit, ut in loco

Miseria
cors & iu
stus domi
nus.



loco sacro conderetur . Hoc autem maxime mirandum est, quod qui nuper ex peruicacissimis ethnicis ad fidem uenerunt, si periculosus decumbere cœperit, aliquem tamen ex Patribus collegij nostri accersunt, cui sua peccata confiteantur. Id cum sæpè facerent, tâta vi lacrymarum & dolore, ut necesse sit confiteri opus esse Dei, paulò antè tam alienos à fide tam luculenta edere pietatis sinceræ testimonia.

Morientium neophitoru no sine lacrymis confessio.

Christianus adolescens faber mularius quadragesimæ tempore ad nos ueniens confitendi gratia, cum ob hoium multitudinem suo desiderio satisfacere tam citò non posset, summo mane in secundam noctis horam, cui confiteretur expectauit. Sciscitanti Patri, num à matutino tempore absque cibo in eo loco mansisset, magna animi puritate respondit: Pater si mihi hodie confitendum erat, quânam ratione bibere uel comedere poteram, priusquam quod faciendum erat perfecissem? Confessione peracta mox latus domum reuersus est.

Mira adolescentis patientia & pura simplicitas.

Christianam fidem uir quidam tandem amplexatus post multas tum Proregis, tum aliorum de fide Christi admoni-

monitiones, magna nunc suæ fidei argumenta dat. Nam cum patrem adhuc ethnicum ægrotare audiret, nullo suadente dolens eum in perfidia mori, leuatica impositum Goam deduxit, quocum etiam mater uenit, alijque cognatorum plurimi. Vbi Goam uentum est, Patrem Rectorem adiuit; sacerdotem aliquem sibi dari postulat, qui seni patris de fide amplectenda uerba faciat.

Pater Ioannes Diazus à Patre missus multis rationibus persuadere aggressus Christianam fidem ad salutem consequendam esse necessariam: apud obfirmatum senis animum nihil ferè promouebat: hoc filius animaduertens, rationes nequicquam proferri, in genua proci dens parentem amplexatus, atque deosculans orabat, ut Christianus fieret, consideraret insuper quanta sibi Dominus dedisset, quæ omnia se erogaturum pollicebatur in eius animæ utilitatè, se finus magnificè curaturum esse, & sacrificio missæ mortuû Deo commèdaturum. Post hæc filias Christianas patris oculis subiecit, quæ idè postularèt; quæ oia cum ad eum comouendû non sufficerèt, festinàs nobiles quosdã Lusitanos aduocat, parenti

Studiū filij in ethnâ cum patrè longe maximum.

Signa optimi Christiani in neophito.



reſti familiaritate cõiuñctos, rogans vt ſe
in conuertendo Patrem adiuuant. Hi
ante Patrem conſtituti orabant, vt ſuiip-
ſius miſerans Chriſtianus fieri vellet, ta-
dem vbi inclinari, et iam ſemiuiuus eſſe
cœpit, Patri noſtro locutus, dormiendũ
iam (inquit) eſt, & pauliſper ſomniandũ,
deinde reſpondebo tibi. Altero die redi-
ens, Pater duritiem hominis emollitam,
pertinaciam ex parte remiſſam, inque
facilitatem conuerſam eſſe comperit.
Nã ſenex vt Patrẽ intrãtẽ vidit, manib⁹
in cœlum elatis exclamare ad Patrem
cœpit; ecce Pater Chriſtianus fieri volo,
ſolo Dei amore, ac Ieſu mei ad hoc ip-
ſum inductus, qui in cœlis habitat & ſtar-
tim filiũ, quod Brachmanis geſtare ſo-
lẽne eſt, rupit, & in ignẽ cõiecit, cibõſq;
noſtros guſtare voluit. Interea iis, qui eũ
ſuſcepturi erant congregatis, magna læ-
titia, & alacritate baptiſma ſuſcepit, cum
Patre ſymbolũ fidei recitans; cuius &
manus oſculabatur; orabat inſuper tam
Patrem ipſum, quàm ſuſceptores, vt ſuo
capiti manus imponerent, non ſine ma-
ximo gaudio, voluptatẽq; liberos ample-
xatus; huius ſenis vxor cum reliquis co-
gnatis, eſſi Chriſtiani nondũ eſſent, tamẽ
in ſe

Mirũ ſeni
lumẽ fidei
aſſiſt.

in fidẽ noſtrã tantũ non conueniebant.

Puerũ hic baptizauimus 8, vel vt plu-
rimum 9. annorum, cuius acrimoniam
ingenij Fratres cõſiderantes, hortati ſunt
dum baptizabant, vt vicinos pueros ad
baptiſma induceret. Quæ res uſq; adeo
illi cordi fuit, vt per rimulas materni oſtij
obſeruaret, ſi quis puer Ethnicus eſſet
præteriturus, cuius in complexũ ſtatim
occurrẽs, ac qua potuit verborũ blandi-
tie aſſatus, fidem conabatur perſuadere
Chriſtianã; ac non ita multo interiecto
tẽpore 5. lætos, ac gaudentes ad nos de-
duxit, maiori etiã deſiderio flagrans, &
ſuarũ virium iã oblitus, nõ circa pueros
tantũ laborabat, verum etiã adoleſcentes
ſollicitabat, vt Chriſtianam fidẽ ſequerẽ-
tur, q̄ poterat artiſcioſiſſimẽ perſuadere
nitebatur, qui ſi benignis verbis volun-
tati ſuẽ acquieſcere nolebãt, iniecta ma-
nu, vi quadã, aliorũq; implorato auxi-
lio moliebatur efficere Chriſtianos.

Duo trẽſue alij pueri conſobrini plus
minus 11. annorũ literis apud nos ope-
ram nauantes, hoc ſuſceperant negotij,
vt alios pueros Ethnicos ad fidẽ tradu-
cerent, quos ex parte perſuaſos in pater-
nas domos ſecum abducunt; cibos Chri-
ſtiano-

Puer 9. an-
norum aũ
os conuer-
tiſ.



stianorum offerunt, ac tantisper de diu-
nis rebus illis verba faciunt, dum per-
suadeant, quos ad 30. in nostrum Colle-
gium deduxerunt, vt baptizentur.

*Hominum
mentes ad
fidem Deo
faciles ad
modum red-
dit.*

Negotium hoc conuersionis hominū
tam expeditum diuina bonitate factum
est, vt interdum nostri discipuli, qui nō
nullam ob culpam pœnam castigationē
que verentur, veniam postulant, seque
in delicti expiationem Ethnicos non-
nullos ad fidem pertracturos recipiant,
quod ipsum quoque promittunt, quibus
vel compedes vel manicæ iniectæ sunt:
inueniuntur, qui vbi grauiore pœna di-
gnum facinus admiserint, libellis sup-
plicibus ad Proregē missis culpam de-
precantes, sanctē promittunt se in bene-
ficij accepti memoriā cum parentibus
acturos, aut consanguineis, vt Christiani
fiant; quorum quidam 20. alij 30. alij
40. omnuli si tam enorme est peccatū,
centum se conuersuros promittunt, qui-
bus ex bona parte pro agnata sibi cle-
mentia Prorex culpam facile remittit;
vbi ē carcere prodierunt, promissis stāt,
& magno studio fidem suam liberant.

*In carcera
torū mul-
ta est ali-
os conuer-
tere.*

Accidit aliquando, vt Fratibus obam-
bulatum eūtibus minister Collegij præ-
cipere-

ciperet subridens, ne verè præcipi puta-
ret: tu charissime tres Ethnicos ad Chri-
stū adduces, tu sex, tu octo. Illis autē eo a-
nimo egredientibus, ecce vbi reuertif-
sent, nonnulli quindecim, alij plures ad-
ducebant, qua ex re sepe magna conso-
latio & gaudium proficiscebatur; laus
fit diuinę bonitati. Tāta est modò Chri-
stianorum frequētia, vt templa pro mul-
titudine fidelium amplificanda, populū-
que in parœcias siue curias distribuē-
dus sit. Plurima adhuc scribenda occur-
rerent quę prolixitatis vitādę causā pru-
dens, sciēsq; prætermitto. Omnipō-
tēs Deus sua misericordia no-
bis omnibus det sanctam
eius voluntatē intel-
ligere, illique
perfectē obe-
dire.

*Causa dicitur
distribuendā
oppida in
parœcias.*

A M E N.

Dat. Goæ Id. Decemb. 1560.

Ex mandato Patris Francisci Rho-
derici omnium seruus inutilis

Ludouicus Frois.



EPISTOLÆ
EXCERPTA EX LITTERIS
*P. Michaelis Baruli, Goescriptis
ad eos qui sunt de Socie-
tate nominis Iesu in
Lusitania.*

DIGNATA est diuina bonitas miraculis quibusdam editis, B. P. Francisci Xauierij sanctitate & confirmare, & illustriorem redere. Accepi enim mulierem quandam in oppido Coccino inter ceteras hominum turbas, vt sacrum corpus, quod tum illac nauigio Goam transferebatur, cerneret accurrisse, nec minus importunè quàm obnixè rogitalse nautas, vt aliquid è corpore dicti Patris sibi daretur, post multas tandem preces, cinguli quo B. P. vti consueuerat, particulam obtinuit, quam illa religiosè argento affabre exculpto includi curauit: ad cuius contactum qui vel feбри, vel alia corporis egritudine laborabant, adeo miraculosè pristinam consequebantur sanitatem, vt infirmitatis deinceps nullum remanserit vestigium.

Huius

Huius sacrum corpus, ad euitandum ingentem hominum cōcursum, vidimus ea nocte, quæ proximè diem vndecim millium virginum sacrū antecedit: nec enim quisquam hac tota in vrbe defuisset, qui non alacri animo, singulariq; deuotione aduolasset, si de die ostendissemus. Non potuerunt non summoperè infinitam Dei bonitatem extollere, neq; singulari religione, & deuotione perfundi, qui sacrum corpus etiam tum integrum, & incorruptum conspexerunt. Existimabant quidem religiosi Patres nonnulli exenteratum illud, & balsamo conditum fuisse, sed Prorex veritatis intelligendæ percupidus, corpus aperendum curauit; quo facto, compertum est, non solum balsamo non fuisse inunctū, verum etiam sanguis admodum recens inuentus est. Sed hæc vt animos nostros erexere, ita non parum nos sollicitos redidit, quòd iam aliquot diebus P. Consaluum Pasqualem, & Germanum, qui nautam quandam ad nos venturi conscenderant, expectauerimus, seduldò eos Deo commendantes, ignari in quantum vitæ discrimen incidissent. Appulit tandem huc dictæ nauis Præfectus cum nautis quibus-



quibusdam cimba vectus, qui nobis retulit noctu se cū iisdem Patribus in par-uam insulam impegisse, & naufragiū fecisse, quæ nec herbas, nec arbores, nec aliud quicquam vsui humanæ vitæ ac commodum habebat, præter scaturiginē aquæ non satis potabilis. Est autem hic locus non ita multum distans ab insulis Maldiuæ, quæ licet plurimæ, paucos ta-men habent incolas. Hoc audito nuncio profectæ sunt Goa naues aliquæ, vt iis qui in insula remanserant, opem ferant. Obuios illi habuerunt 40. viros, qui ratē ex partibus collisæ nauis sibi parauerāt, referebantq; iam quinque, vt minimum, vel sex dies euolutos esse, ex quo nihil cibi sumperint, vix enim exiguum quid panis nautici biscocti, aliarum escarum nullius momenti à naufragio superfuit. Mirificè Patrum nostrorum factum populum Goensium recreauit, quòd nimis quantumuis rogati, induci non possunt, vt vel cum nauarcho schapham, vel cum aliis ratem conscenderent, sed statuisse potius cum aliis in loco deserto mori, quàm in extremo positos periculo destituere.

Diebus elapsis in hęc urbem aduenit Christi-

Ingens in-
sularū Mal-
diuæ nume-
rus.

Christianus quidam ex eorum numero, qui D. Joanni Euangelistæ suam conuer-sionem acceptam ferunt, puerum quēdam apud nos agētem sanguine sibi cō-iunctum visurus: retulit is nobis, id Chri-stianorum genus sanctæ Romanę Eccle-siæ subesse, atq; omnia sacramenta, cō-rūmq; cæremonias adhuc inuiolatas obseruare, quibus tamen cū necesse est Armeniæ patriarcha Episcopos cō-stituit. Parent hi Regi cuidam Mauro, qui eos & habere templa, & tremen-dum altaris sacrificium offerre permit-tit; quanuis nonnunquam Turcæ in e-os irruant, templa solo adæquando, vt non rarò cogantur ad montes, aliæque Turcis loca inaccessa, vt missas celebra-re citra molestias possint, confugere.

Asserebat item in regno Bassora nuncu-pato ad quadraginta Christianorum millia cum suis vxoribus, & familiis habitare. Sit be-nedictus Deus De-

minus no-
ster.

Goæ, hoc anno

1555.

Hh

CAPITA

Maria
Turcæ crū
deliores.



¶ CAPITA QVÆDAM
selecta ex literis Arii Brandonij,
datis ad Collegiales Societatis
Iesu Comimbricenses, de
cimo Calend. Ian.

1554.



Agit de
fructu spi-
rituali var-
ius in loc-
eis Moco-
rumq; situ
et distan-
tiis.

VM Pater Melchior Nu-
gnez hinc Iaponem versus
proficisceretur, designauit
vniuersæ Societatis in In-
dia moderatorem P. Bal-
thazarum Diaz, qui huic populo longe
acceptissimus tantos in Ecclesiæ horreū
fructus inferebat, quod alium præ hoc
neminem suum in locum putaret subro-
gandum: plures quaque hebdomada ad
populum conciones habet, diuersis in lo-
cis, magno hominum cōcursu, & applau-
su, nec minori cum fructu; incredibile e-
nim est, quantopere homines ad pietatē,
pœnitentiam, odiūque peccatorum
inflammet, vt ex iis quæ hic subnectam
facile percipietis. Cū eo die quæ Di-
uo Bartholomæo sacer est, de Martyrio
eius verba faciens veterem hominem
exuendum esse doceret; ecce templum
ingrediun-

ingrediuntur pupilli, qui exutis & in si-
nitro brachio conuolutis vestiis suis
albis dextro se flagris cedentes, per me-
diam hominum turbam procedūt, quos
& alij viri seculares verberibus item se-
afficientes longo ordine comitabantur,
que res vsque adeo existentium in tem-
plo corda penetrauit, vt à profusis Ja-
chrimis, multisq; singultibus sibi tempe-
rare nequuerint. Prorex, & alij multi
primates nobilesq; viri non parum hoc
spectaculo ad pietatē accensi sunt, præ-
sertim cū tantum peccatorum dolo-
rem, & contritionem in hisce nouellis
Christi plantis intuerentur. Nec minori
delectatione die veneris proximè seque-
ti similem pœnitentium seruorē statim
à concione cū suis Prorex spectat, in-
ter quos multi matrimonio coniuncti,
multi senio confecti, quidam etiam præ-
maturæ iam ætatis vir corpore puberen-
denudato, ligneam crucem spectatæ ma-
gnitudinis, & crassum funem de collo
dependente gestans præibat.

Cū idem in festo S. Lazari extra vr-
bem concionem haberet, mulier quædā
prædiues, sed impuræ vitæ, adeo pecca-
torum dolore compuncta est, vt coram

Peccatrix
ces ad cor
redcunt.

Hh ij omni-



omnibus vociferari & plorare non vereretur, cupiens certum vitæ genus edoceri, in quo agendo suæ salutis bene foret consultum: accessit ea de causa postmodum Ecclesiam nostram, vbi & probè instructa, vitam in melius commutauit. Huius præclaro exemplo & aliæ multæ peccatrices incitatæ vitam omni flagitiorum turpitudine inquinatam detestata, sunt; quæ omnes post exiguum deinde tempus communi inter se consensu relicta ciuitate in alium commigrarunt locum, vt peccandi occasiones vitarent, vbi nunc cœlestem pœnitentiam vitam agentes commissa facinora frequenti confessionis vsu abstergunt. Qua ex re non paruum hæc ciuitas in Domino emolumentum consecuta est. Alio quodam tempore eodem ad populum declamante nobilis quidam vir per medias hominum turbas penetrans, & quàm proximè ad suggestum accedens, alta voce Christianum se velle fieri proclamauit, qui à Patre vsque ad concionis finem sedere iussus, in domum deinde Catechumenorum introductus est, vt Christiananæ fidei rudimentis instituat, nec enim baptizari solent, donec Christianam doctrinam

et inam memoriter teneant. Hic baptismum consecutus in quandam Insulam, quæ eius erat patria, discessit, vnde paulò post multos cum vxore, quæ in perfidia alioqui pertinacissima fuerat, Christo conquistos ad Collegium nostrum baptizandos adduxit.

Pater Paulus Dei cooperante gratia tantam infidelium multitudinem ad Christum pertraxit, vt eorum numerum vix possim recensere: speramus in Domino breui, omnes gentiles circumuicinos conuertendos esse, nam de remotioribus, ad quos Christo lucrificandos ex Europa aliquos expectamus, non loquor.

Quamuis vberimos fructus Patres nostri diuersis in locis agentes, ex hac Indica vindemia colligant, parui tamen & minimi censi illi possunt, si cum iis quos insula & ciuitas Ormutina producant, conferantur, vbi nostris præest Pater Antonius Heredia. Parua est hæc insula, & omnino sterilis, nec quicquid ad vitæ humanæ sustentationem ob terræ falsuginem gignit, vnde nostris non deest patientiæ materia, tametsi quæ necessaria sunt omnia itinere marino inuehantur. Sita est in freto Bazarz, distatq; ad duas
Hh iij leucas

Ormuti
multi ad se
dem con
ueniunt.

Situs Ora
mutijs



leucas à Persia à parte septentrionali: à meridie verò Arabia aspicit, à qua 10. leucis dista est, utrūq; lat⁹ Mauros cultores habet, quorum plurimi Regi Ormutino parent Lusitaniæ Regi subiecto. Est autē Ormutium ciuitas ampla, in 27. gradu sita, vbi mille circiter Lusitani tam in vrbe quàm castro degunt, si mulieres, & paruulos excipias. Habet quoq; alias nationes, vtpote Mauros, Turcas, Indos, Abisinos.

Bazaini
stus.

In Bazain nostris præfectus est Pater Consaluus Rodericus non sine magno tam ethnicorum, quàm Christianorum emolumento. Magna hæc insula est, vbi Gentiles plurimi Mauris immixti, quod vicina sit regio Cambay, viuunt. Iacet in principio sinus Indici, vbi polus in 19. & dimidiato gradu eleuatur.

Situs: Tha
416.

Situs Goa

4. inde leucis abest insula Thanaa, quo in loco agit P. Franciscus Hériquez, illinc ethnica superstitiõ tantum nõ ex- plosa est, vt ex eius literis intelligetis.

57. leucis à Bazain Goa, qua versus meridiem per eundẽ sinum descēditur, in ea promotõrij India parte sita, est vbi polus in decimoquinto gradu octo & di- mid. minutis eleuatur.

Coccinum

Si per

Si per eundem maris tractum descen- dere pergas ad 100. leucas in 10. gradu 8. & dimid. minutis est ciuitas Coccinū. Versantur illic tam gentiles, & Mauri, quàm Christiani plurimi, quæ etiam va- riis insulis diuersis Regibus subiecti cum- cingitur. Vocatur hoc genus homi- num Mallauare, ex quibus plures Chri- stiani sunt, quàm ex vlla aliarum natio- num. Præest illic nostris Pater Franciscus Peres, cuius ministerio Dominus in conuersione Gentilium plurimum vti- tur.

Qui Malas
uârefes di
cuntur.

Caulanum

Quatuor inde leucis in nono gradu, & octo cum dimid. minutis est Caula- num, vbi plurimi Christo nomina dede- runt, quibus & Mauri miscentur. Resto- rem illic agit Nicolaus Laucilotus Ita- lus, multorum filiorum spiritualis Pater. Et sane miraculum videri meritò queat eum tantis iusfirmitatibus fractum tam impense in aliorum salutem incumbere possit.

in 19. gra
21. 19. 12

Comorinū

Vlterius deinde ad vigintifex leucas est portus Commorinus in octauo gra- du, vbi Pater Henricus Henriquez fru- ctus colligit vberrimos. Sunt illic plus minus 12500. Christiani, laboratq; mul- tum

Christiano.
14 12500



sum dictus Pater in extirpandis gentium abusibus, qua de causa magnas sustinet persecutiões & iniurias à Mauris.

*Caraman-
del.
Thomæ
polis.*

Hinc recta pergitur versus Caramandel, & S. Thomam, vbi superiorem agit P. Cyprianus, cuius ministerio Deus bona plurima operatur, tam in Lusitanis, quam indigenis.

Iaponia.

In Iaponæ quæ in 36. gradu sita est, duo loca nostri inhabitant, quorum alter est in primaria ciuitate regni Amanguci, vbi nostros regit P. Cosmas Torrensis: alter in Bungo, quæ & ipsa regni cuiusdam metropolis est: illic nostris præest P. Baltasarus Gago, sed illuc iam appulisse speramus P. Melchiorem Nugnez cum vndecim fratribus nostris, si Deus eorum iter prosperauerit.

*Enngū me-
tropolis
Iapanic.*

Ceilanum.

Appulit huc P. Emanuel de Morales ex Ceilano, vbi tam ardentissimis concionibus habendis quam audiendis confessionibus talentum sibi concredidit fideliter expendit. Is hic sanguinis fluxu laborare cœpit, quo etiam morbo consumptus in media fratrum nostrorū circumstantium corona ad extremū circummine Iesu inuocato, spiritū creatori reddidit, non sine magna omnium consolatione.

lacione. Quem post duos menses elapsos P. Gasparus, & ipse laboribus exhaustus, sequutus est. Infirmetas eum inuasit, dū illud Euangelium: Simile est regnū cœlorū homini regi &c. pro concione explicaret, vnde domum reuersus, quàm primū ad se curauit vocandum P. Melchiorem, affirmans se iam iam ad alteram tendere vitam, sicque breui mortis agone superato singulare nobis patientiæ exemplū reliquit. Mors eius ab omnibus passim deplorata est, tantūque ad funus celebrandum hominum numerus confluit, vt vix tantum magno labore corpus eius ad quoddam sacellum delatum terræ sit conditum.

Gasparus.

*
*
*



PARÆNESIS
DOCTORIS IOANNIS

Agricolæ Ammonij, quis fructus ex huius libelli lectione sit colligendus.

Habes iam Christiane Lector nonnullas Epistolas: habiturus porro & reliquas, illasque maximis rebus æquè refertas, & recentius etiam ex India missas, cum ab aliis, tum à præclaris, piis, & nunquam satis laudandis Theologis ex nominis IESV societate apud Indos ad hunc usque diem in Christi vinea strenuè laborantibus. Quas Epistolas omnes maiore cum fructu legerit quisquis, non solum historiam auditu sanè dignissimam, cognitumque iucundissimam intellexerit, verum etiam altius aliquanto, uti par est, rem omnem expenderit secum, & cõsequentes inde utilitates effectusque admirandos in mentem sedulo reuocarit.

Primum

Prodit hoc anno in Italia 4. epistolarum Indicarum Tomus.

Primum enim hic se nobis contemplandam offert summa summi Dei bonitas ac misericordia, quam certò agnoscere, nec minus gratis animis celebrare debemus, in illos nimirum effusam, qui præ cæteris mortalibus infelices, deserti, abiecti, à Deo Deique cultu alieni & Antartico Polo subiecti, totique mundo antea incogniti, nunc tandem benignè à patre misericordiarum respiciuntur, vocantur, iustificantur, & omnis Christianæ gratiæ salutisque cum electis participes efficiuntur in Christo lesu Domino nostro.

Deinde non minorem iustitiam quam clementiam Dei in his legendis licet deprehendere. Ut enim olim admirabili & iusto tamen iudicio factum est, ut Regnum Dei à Iudæis ad Gætes ab Oriente ad Occidentem, à Græcis ad Germanos migraret, nunc iterum, si rectè spectamus omnia, hoc saluificum Dei Regnum, quod apud ingratos indignosque

ues Ec



ues Ecclesiediu manere non potest, ab Oriente simul & Occidente in nouum (vt appellant) orbem transfertur, & maximis illis Indorum populis Insulisq; donatur, apud quos etiam fructus Regi Christo grati & Regno eius digni magis ac magis indies proferuntur.

Ad hæc confert eò præfens historix lectio, vt mundi sapientia coarguatur, cui propemodum incredibile videretur, nouam nunc colligi & propagari Ecclesiam in hac mundi quasi delirantis extrema senecta, & in summa rerû omniû perturbatio-
ne, quæ Christianum orbẽ concurrit, ac multis fidem facit, haud procul abesse finẽ rerum omnium, & horrendum diuini iudicij diem mox nobis impendẽre. Verùm his lectis colligimus & videmus, in hac mundi persuasione nihil firmũ inesse, quãdo noua Ecclesie primitiua facies nunc primũ apparet: quando noua & fidi in messem desertam, nec mis-
nus co-

nus copiosam extruduntur operas, quando noui etiam (vt ita dicam) Apostoli donantur his gentibus, quibus Regnum Dei nondum fuerat euangelizatum. Quibus Apostolis nec desunt vera (vt Paulus nuncupat) Apostolatus signacula propriaque testimonia: siue incredibilem diuini spiritus ardorem, siue noua, & stupenda miracula in illis requiras: siue salutaris doctrinæ et Euangelicæ fidei fructus ingentes, latèque patentes consyderes: siue demum in spiritualibus et Ecclesiasticis ministeriis obeundis indefessam eorundem operam, zelum Dei flagrantem, raram sinceritatem, assiduam patientiam, inculpatos mores, spectatam pietatem, ac ipsam quoque sancti martyrij gloriam, quam à Christi hostibus sæpe retulerunt, animaduertas. Neque potest satis explicari, quot Iudæi, Turcæ, Mauri, Bonzi, Apollonij, Rusci & id genus alij



494 PARÆNESIS.

alia Sathane synagoge vix hactenus cognita, quot demū impiorum myriades oblatam Christi lucē ardentibus animis complectantur, & Ecclesie Catholice aggregentur.

Quapropter nostrū est, nisi Deo & Ecclesie prorsus ingrati esse velimus, magni facere gratiā hanc Dei rarā, excellentē, tot negatā seculis, ac arate hac nostra demū patefactā & exhibitā. Hæc verē mutatio dextera excellit: hæc pulcherrima & sanctissima opera, quæ suum testantur authorē, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ nō sunt tanquam ea quæ sunt Apostolo teste: qui potēs est etiam hodie ex lapidibus suscitare filios Abrahæ, & vt Propheta prædixit, facit lupos cum agnis habitare. Hæc Dei magnalia piæ mentes omnes contemplantur, contemplando admirētur, admirādo prædicēt, summasq; patri æterno gratias agāt, qui sedētibus in tenebris & umbra mortis tantū splendoris intulit, & vitā contulit per

PARÆNESIS. 495

tulit per Christū Iesum Dñm nostrū.

Postremò sunt in his epistolis multa sparsa, quæ lectoris cōfirmant iudiciū de grauibus rebus, & salutaria suggerunt cōsilia tū ad piē viuendū, tū ad alios ritē instituendos. Docent insuper, malas arbores esse nō posse, quæ fructus iam explicatos vbertim proferunt. Vt mirandū sit vehementer, adhuc morosos & iniquos iudices reperiri, qui credant & spargant indigna pleraque de Societatis Iesu professoribus, quos cū alibi tū apud Indos de re Christiana præclare mereri res ipsa declarat. Verū Apostolis etiā sanctissimis hoc vsu venit, vt bene agētes audirēt malè, utq; sicut Propheta loquitur, euntes irent & flerent mittētes sua semina, prius quā cū exultatione metant, portantes manipulos suos. Vtinā verò qui talibus obtrectāt Theologis, aut meliora conentur ipsi, aut illis desinant inuidere, qui labores, sudores et agones exantlant maximos in ecclesia Dei.



496 PARÆNESIS.

Dei, dum perpetuò ferè vacant di-
uini verbi prædicationi, sacramen-
torum administrationi, artium profes-
sioni, & perfectioris vitæ studio.
Nihil illis tam cordi est, quàm Sas-
thanæ regnum, impietatem, heres-
sim, corruptelas submouere: Christi
verò regnum, fidem, pietatem ius-
titiam veluti postliminio reuacare.
Igitur ex fructibus has arbores cog-
noscamus, ac probemus.

Verùm hæc satis esse putamus
ad cordatum Lectorem commone-
faciendum, vt in harum Epistolarum
lectione cum fructu Christiano ver-
setur. Faxit Clementissimus Deus,
et Pater Iesu Christi Domini nostri,
vt Gentes omnes, quamuis immanes
et barbæ, in vnitatem fidei Christi-
anæ, et sub obedientiam Catholicæ
Ecclesiæ colligantur: collectæ verò
simul in doctrinæ puritate et in
Christi amore cōstantes perseuerent.

AMEN.

DE
SOCIETATIS

IESV ORIGINE,

LIBELLVS.

Authore D. Iacobo Payua Lusitano,
ac Sacræ Theologiæ Doctore,
contra Kemnicij cuius-
dam petulantē
audaciã.



LOVANIÏ,

Apud Rutgerum Velpium, Typog. Iurat.
Sub Castro Angelico.

Anno 1566.



TYPOGRAPHVS

Pio Lectori.

CV M hoc epistolarum opus in lucem edendū suscepissem, piē Lector, incidi in quendam de Societatis Iesu origiginē libellum, doctissimū & eloquentissimū viri D. Iacobi Payua Lusitani, Sacrae Theolog. Doctoris, contra quendam Kemnicium, lectū sanē dignissimū, quem in gratiam Societatis Iesu euulgauerat: hunc, licet minime ignorauerim non deesse alios tum in Germania, tum in Gallia editos pro Societatis huius defensione libellos doctissimos, cum ob breuitatem, cum insigni pietate & eloquentia coniunctam: tum ob viri, qui inter eruditos Tridētini Synodi clarus exiit, autoritatē: hunc (inquam) aliis praeferre, atq; huic epistolarum operi in tui gratiam adiacere non dubitauit: ut quorum hic tibi literas emisimus, eorū origo poenitus ignota non esset: ratioque non longē quaerenda foret, qua quorundam nescio quid somniantium calumniis occurreretur.

VALE.

INVICTISSIMO, ATQVE RELIGIOSISSIMO SEBASTIANO PRIMO,

Diuino beneficio Lusitaniae, Algarbiorum Regi, Africae, Ethiopiae, Arabiae, Persiae, Indiaeque Domino,

Iacobus Payua Andradius S. sempiternamq; felicitatem D.



I exigua essent Maiestatis tuae in me merita, aut vulgaribus pater meus, vniuersaque eius familia ab auo, atque proauo tuo Augustissimis Regibus beneficiis aucta, atque exaggerata esset, omnes quidem nervos contendissem, ut singularem meam erga Maiestatem tuam pietatem, & obseruantiam, summumque tui colendi, & maximis in rebus tibi gratificandi studium verbis aliqua ex parte declararem. At cum tot illae tanta sint, ut nullam eorum parte non modò referenda, sed ne cogitanda quidem



EPISTOLA

quidem gratia consequi possim, in multorum sanè reprehensionem incurrere, foedissimamque ingrati animi notam subirem, si quæ officii testari debeo, oratione explicare cogitarem, atque pro innumeris tuis beneficiis tam vili orationis munere defungerer. Cum præsertim Ferdinandus Alvarez Andradius pater meus omni semper officiorum genere, non solum singularem grati animi erga patres maioresque tuos significationem dederit: sed satis apud omnium animos testatû reliquerit, omnè suâ posteritatem eximio quodam tui colendi studio inflammatû iri, nihilque antiquius habituram, quàm salutè ipsam pro Maiestatis tuæ amplitudine in quoduis summum discrimen iniicere. Quem egregiû animum, atque voluntatem omnes spero, qui ab illo originem ducimus, in dies magis ac magis re ipsa declarabimus. Ne verò aliquam ipse tibi gratificandi occasionem prætermisisse viderer, Tridentum à te missus veni, vbi pessimi, quousque tandem sacrosanctum, & œcumenicum Concilium feliciter perfectum, & magna cum laude, & diuini honoris amplificatione absolutum est, atq;

ibi

EPISTOLA

ibi quidquid in me ingenij fuit (quod sentio q̄ sit exiguum) adhibui, ne quidq̄ eorum prætermitterem, quæ ad Christianam fidem illustrandâ, diuinam gloriâ amplificandam, Maiestatisq; tuæ Augustissimû nomen exornandû facere posse existimarem. Ea enim tua est erga Deû pietas, & religio, eóq; es diuinarum rerû studio incensus, vt quicquid diuinâ gloriam auget, tuam etiam mirabiliter illustrare putes. Cum igitur Tridenti versarer, & in præclaris hisce studiis toto corpore, atq; omnibus vngulis, vt dicitur, in-comberem, ecce incidi in libellû quendam Martini Kemnicij, Theologiæ Iesuuitarum præcipua capita, inscriptum: què ed auidius perlegi, quò existimabâ actori ingenio, maioriq; acumine opus esse, vt Iesu sanctissimam Societate omnium virtutû genere spectatissimâ, eruditionisq; præstantia ornatissimâ calumniari posset, qui tamen egregiû illud vitæ institutum tam procaciter irridet, & condènat, tam perfidè eruditissimorû hominû doctrinâ exagitat, atq; tã petulâter oia ferè de religiõe capita deprauat, & corrumpit, vt maximo illius profligandi studio subito exarserim: cum præsertim



EPISTOLA

ea sit Iesu societas, vt illius non modò
parricinium lubèter susceperis, sed Ma-
iestatis tuæ præclarissima adolescentia,
in qua eximia quædam paternæ auitæq;
virtutis significatio elucet, eruditione ab
illa instituat, atque ad pietatem miri-
ficè informetur. Quibus accessit summa
Ferdinandi Martinez Mazcareni j mul-
tis hominibus illustrissimi, & integerrimi
viri, Maiestatis tuæ ad sacrû Triden-
tinum Conciliû oratoris autoritas, qui
cum multorum sermone intellexisset,
hos Kemnicij commentarios magno cû
hæreticorum omnium applausu, & gra-
tulatione exceptos fuisse, vehementer
me incitauit, vt tempus omne à Concilij
negotiis liberum, in hoc vnum quod
ipse piorum omnium commune esse du-
cebat, cõferrem: quippe quod & diuino
numini gratissimum, & Maiestati tuæ
non iniucundum fore affirmabat. Ego
verò, qui mortuû illius integritatem ab
omnibus sacrosancti Concilij Patribus
suspecti, & venerari intuebar, qui illi sin-
gularem prudentiâ à sapientissimis qui-
busq; viris mirum in modum commen-
datis, quæ illius de grauissimis rebus iudicia,
& plurimi ab omnibus fieri, & aui-
dissimè

EPISTOLA

dissimè à multis requiri conspiciebam:
ignari & stulti hominis esse existimaui,
illius cohortationes, & consilia pietatis
plenissima abiicere, quæ alij veluti ex
Apollinis Pythij (quod in fabulis est) o-
raculo edita complectebantur. Quare
quamuis doctorum hominum iudicium
incipitesq; scribendi euentus valde for-
midarem, his tamen stimulis concitatus,
omnem vituperationem subire, atque
temeritatis famâ sustinere statui, vt opti-
mos, & eruditissimos viros, qui labori-
bus immensis ab vniuersa ferè Germa-
nia pestem redimunt, florentissimam-
que prouinciam paucorum scelere per-
turbatam, in pristinum iustitiæ splendo-
rem, & antiquam religionis puritatem
restituunt, ab acerrimis, & grauissimis
calumniis vindicarem, Christianamque
doctrinam Kemnicij perfidia depraua-
tam, quoad eius fieri posset, dilucidè ape-
rirem. Quam omnem cum Martino Ké-
nicio disputationem, Orthodoxam ex-
plicationem inscripsi: quia omnia ferè
de religione capita, quæ ab hæreticis
his temporibus in controuersiam vocâ-
tur, decem libris explicauî. Quos etiam
antequam scriberem, Maiestati tuæ de-
stina-



EPISTOLA

stinaueram, eò quòd nihil aptius mihi videbatur, quàm Societatis Iesu defensionem ad alium deferre, cuius illa innumerabilibus beneficiis indies magis ac magis augetur, & amplificatur, Orthodoxarumque explicationum libros illi despondere, cuius auspiciis Orthodoxa fides non in Lusitania modò, sed in omnibus Lusitano imperio subiectis prouinciis, in tanta rerù omnium perturbatione sacra tecta cõseruatur. Nam cum ego presentẽ Christianę Reip. statũ considero, florentissimorum Regnorũ, amplissimarumq; prouinciarum perturbationem mecum expendo, cum fidem uariè dissectã, religionẽ miserè conculcatã, pietatem passim spretam intueor, oĩaq; ita perturbata esse video, ut tot sint de religione sententiã, quot capita: nõ possum non Maiestatem tuam fœlicissimã iudicare, quippe quam diuina clemẽtia elegerit, ut Lusitaniã miseris hisce calamitosissq; temporibus incorruptã, nullãq; hæresis labe respersã, conseruaret, ac tueretur, & cui diuino beneficio contigit, ut Henricus Cardinalis patruus tuus, Princeps clarissimus, & Antistes uerè Apostolicus, qui regnum tuo nomine

integer

EPISTOLA

integerrimè nunc administrat, fidei rebus præesset: is enim incredibili prouidentia pestilentissimis erroribus aditum obstruit, & Iudaicæ perfidie funestas radices euellit ac funditus extrahit, uiciorum licentiam comprimit, uirtutis studia incendit, Regnum denique florentissimum in fide ac religione continet: & qui nunquam, ut ingentes opes sibi compararet, laborem ullum suscipit: dũ uerò pro fidei integritate dimicat, nullũ uel laborem, uel valetudinis periculum recusat. Quid igitur à me fieri potuit elegantius, quàm libros de Orthodoxis explicationibus illi destinare, cuius numine atque auxilio uera & integra fide Lusitania fruitur? quibus Maiestatis tuæ piissimis studiis non dubito quin diuina prouidentia perpetuò faueat, salutẽ tuam, ut optamus, tueatur, uitam diutissimè conseruet, vires amplificet, potentiam exaggeret, quam omnem in diuina gloria augenda, atque illustranda insumis.



IACOBI PAYVA

ANDRADII LVSITANI,

Doctōris Theologi, in
libellum de Origine
Societatis
Iesu.

Præfatio.



QVANTVM momenti
positum sit in liberali pue-
rorum educatione, atque
honestâ inuēntis ingenuitatis
que institutione, vel ad Rē-
publicam conseruandam, vel funditus ex-
uertendam, omnes, qui de administrandis
rebus publicis sermonem instituunt, satis
aperte demonstrant. Cum enim Respubli-
cæ cum ipsis mortalibus hominibus non
intereant, sed ciuium assidua vicissitudi-
ne diutissime conseruentur, illarumque
felicitas non ex Urbium natura, & situ,
non ex adificiorum pulchritudine, & nos-
tibilitate, non ex agrorum fertilitate, rerum-
que omnium abundantiâ, sed ex optimorum
ciuium

PRÆFATIO

ciuium frequentia existat: quis dubitare
poterit, nihil esse Republicæ vitilium, quâ
eam erudiendæ iuuentutis rationem insi-
re, ut vberes, & optati ex eius studiis,
cum vsus fuerit, fructus constare possint?
Quare Xenophon præstantissimam, atque
florentissimam Persarum Rempublicam
descripturus, talem Cyri pueritiam, talēque
omnium iuuenum educationem princis-
pidē descripsit, ut ex ea non nisi præclaris-
simus Princeps, atque optimi ciues existe-
re possent. Ferè enim fit, ut teneræ ætatis
institutioni vniuersæ vitæ actiones re-
spondeant, quæ causa fuit, ut etiam D.
Paulus piam atque honestam parentibus
filiorum disciplinam sæpius commendâ-
rit. Ita enim ad Ephesios scribit: Et vos Ad Ephe.
Patres, nolite ad iracundiam prouocare
filios vestros, sed educate illos in disci-
plina, & correptione Domini. Siue ut
verba Græcâ habet, *ἐν τῇ κυριότητι καὶ τῇ
δοξῇ κυρίου*, hoc est, in castigatione non
acri, & acerba, sed quæ irâ, & contumelia
vacet, Christianamque lenitatem deceat: cū
qua tamē *ἐν τῇ κυριότητι*, id est, admonitio (ut
Hieronimus)



PRÆFATIO

Hieronymo placet)coniuncta sit. Quod
ipsum repetit in epistola quam ad Colozs
senses scribit: Patres, inquit, nolite ad in-
dignationem prouacare filios vestros, vt
non pusillo animo fiant: quam enim timi-
ditatem, quàmue virtutis desperationem
etas illa conceperit, serò deponit: Sicut et
nihil tenacius nostris inheret præcordijs
ijs rebus, quas simul cum lacte suximus.
Quare D. August. adhuc Manichæus,
& à vera fide valde abhorrens, cum li-
bri illius, quem Cicero Hortensium inscri-
psit, lectione mirificè delectaretur, nò po-
tuit tamen non sateri, sibi magnam vos-
luptatis partem præreptam fuisse, quòd in
illo Christi sanctissimū nomen desidera-
retur: quòd cum ipsi à piissima matre
cum lacte propinatum fuisset, ita in ipsas
quasi venas permanauerat, atq; adeo ip-
sis etiā Visceribus insederat, vt quæ san-
ctissimo illo nomine vacua essent, ea sor-
descere, & veluti putida existimaret.
Hinc factum est, vt etiā Christi hostibus
solenne esset, puerorū mètib; simul cum
primis elementis peruersam doctrinam et
Christi

Arg. cons
fessionum
lib. 3. c. 4.

PRÆFATIO

Christi odium instillare: quòd vnà cum
etate coalesceret, atq; ita intimis animis
hæreret, vt ab illis nulla vnquam posset
ratione diuelli. Atq; id quidem à Maxi-
mino tam acri Christi hoste, vt illo nullū
acerbiorē aut truculentiorē experta
vnquam fuerit antiqua Ecclesia vafre
ac Veteratorie factitatum legimus. Is
enim vt sanctissimo Christi nomine, quòd
immani & crudeli odio insectabatur ex
hominum mentibus exempto, impium eis
dæmonum cultum infunderet, tueretur,
quædã acta sub Pilati nomine cõsinxit,
execrandis blasphemijs innumerisque in-
Christum opprobrijs & cõtumelias plena:
atque imperatorio edicto præcepit, tum
vt in omnib. imperio subiectis ciuitati-
bus, locis ac agris affigerentur: tum vt lus-
torum magistri ea pueris diligenter ho-
nestarum disciplinarum loco traderent:
omnemque operam nauarent, vt illa ani-
mo accuratè percepta, æterna memoria
custodirent. Neque enim fieri posse puta-
uit, vt quam in prima pueritia peruer-
sam de Christo opinionem concepissent,
postea

Eusebius
li. 9. cap. 2.



PRÆFATIO

postea unquam abiicerent. Hanc teneris
annis insitam esse naturam Poeta quoque
lyricus scitè admodum iis versibus pinxit.

Horat. epi
sto. 1. li.
episto. 2.

Fingit equum tenera docile ceruice magister,
Ire viam, quam monstrat eques venaticus: ex quo
Tempore, ceruinam pellem latrauit in aula,
Militat in syluis catulus: nunc adhibe puro
Pectore verba puer: nunc te melioribus offer,
Quo semel est imbuta recens, seruabit odore
Testa diu.

Cum verò huius nostri temporis heretici
in eodem gymnasio cum Maximino fue-
rint versati, atque eodem præceptore, de-
mone inquam, nisi nihil mirum, si eisdem
præceptis abundent, eisdemque armis ad
euertendam Christianam Rempublicam
satis sint instructi. Omnem enim operam,
industriam, atque cogitationem ponunt in
puerorum animis falsa doctrina imbuen-
dis, veræque Ecclesie odio inflammandis.
Quod inter ceteros fecit quidam Ioannes
Monhemius Ludimagister Dusseldorpi-
ensis, qui nulla in re magis se, aut parenti-
bus, aut pueris gratificari posse est ratus,
quam si simul cum primis Grammaticæ
elementis, Lutheri, Caluini, aliorumque
simi-

PRÆFATIO

similium sordibus teneras puerorum men-
tes inquinaret. Quod ut cumulatius præ-
staret, catechismum composuit, non modò
impium, sed & versutum, & callidum:
ut quem præceptorem tenera puerorum
ætas parentis loco obseruaret, & coleret:
impiam eius doctrinam inuis sensibus ex-
ceptam, ad extremum usque vitæ cursum
perduceret, pertinaciterque defenderet.

Cui tanto malo florentissima Coloniaensis
Academia graui errorum, quibus Satanis
cus ille catechismus scatebat, censura, et
accurata quadam explicatione repente
occurrendum putauit, ut technis resera-
tis, atque exitiosa fraude patefacta, parètes
respicerent, & filiorum saluti, quæ sub
impio præceptore periclitabatur, consule-
rent, atque prospicerent. Quam prouinciã
totam Academiam dedisse doctissimis, et
religiosissimis viris, instituti Societatis
Iesu (quos vulgus Iesuitas vocat) Mar-
tinus Kemnicus illorum capitalis hostis
auctor est. In eadem enim Coloniaensi ci-
uitate insigne illorum quoddam collegiũ
positum est, magis quidem viris egregia
doctrina



PRÆFATIO

doctrina, singulari pietate, integra in Deū
fide, summa religione, inflammataq; qua-
dam in proximos charitate illustre, quam
splendidis magnificisque ædificiis florens.
Quod si patres Academiae illius modera-
tores tale tantumq; munus talibus homi-
nibus, ut Kemnicus testatur, detulerūt,
est ab illis non modò prudenter (quod ex
libri præclara eruditione constat) sed in-
stè ac legitimè factum. Est enim puerorū
patrocinium illis propemodum suo iure
debitum, qui hac nostra ætate præ cæteris
viris omnibus, in teneris annis pietate
informandis, diuino timore ac charitate,
omnisque Christianæ disciplinæ præcep-
tis, literarumq; cognitione imbuendos,
accuratissimè & providentissimè inui-
gilant. Cum enim viri isti, & vitæ intes-
gritate sanctissimi & in diuino honore
amplificando prudentissimi satis intelli-
gerent, virtutum semina, quæ in tenerâ
ætate veluti in concipientem compre-
hendentemq; naturam iaciuntur, vber-
rimos ac præclaros fructus edere, qui cū
ætate concresecunt & augentur, nullis vi-
giliis

PRÆFATIO

giliis parcunt, nullos labores detrectant,
nullam nõ molestiam perferunt, nullam
occasionem prætermittunt, ut pueros ad
Christum perducant, ut quæ in illius am-
plexibus adolescant, & cum eo perpetuò
viuant. Quo labore quantum profecerint,
felix infelici hoc sæculo Lusitania cu-
mulatè testari potest: cū enim valde ab-
undet collegiis sanctissimorum huius in-
stituti hominū copia abundantibus, post-
quam eorum curæ ac fidei vniuersa ferè
Lusitana iuuentus commissa & credita
est, quantum cum literis pietas simul au-
ctæ sit, vix dici potest, adeò, ut vel solum
propter piam iuuentutis educationē Regē
ni illius Christianissimi fides & religio
sarta tecta esse posset. Suntq; inter cæter-
ra illorū collegia in Lusitania duo omni-
ex parte florentissima: alterum in ciuitas-
te Conimbricensi, & loci natura amœ-
nissima, & Academia omni literarū gez-
nere clarissima, admodum celebri, in qua
ipse ab ineunte ætate literarū studiis in-
cubui: alterum in vrbe Eburenſi nobiliss-
sima, munificētia clarissimi Henrici Car-
dinalis



P R A E F A T I O

dinalis Lusitaniae Principis, eiusdemque civitatis Praesulis verè Apostolici constructum, & egregia liberalitate sustentatum, In quo non solum in inuentute diuinis institutis, omnibusque liberalibus disciplinis excolenda operam nauant, sed & sacras literas summa cū laude, doctos rumq; omnium applausu, atq; gratulatione tradunt. Quod si Academicarum gloria magis literarum, & virtutum splendore quam antiquitate constat, hæc certè pauculo ante constituta cū antiquissimis, & toto Orbe celeberrimis iure certare poterit. Satis enim illa præ se fert specimè integritatis, prudentiæ, pietatis, fidei, & religionis, quibus mirum in modum excellit Henricus Princeps clarissimus, qui illam egregiè fundatam, mirificè auctam, omnibus necessariis rebus munitam nobis, & posteritati exædificauit. In hæc igitur duo potissimum loca ex omnibus ordinibus Lusitana inuentus confluit, vbi sub disciplina Societatis Iesu educata, omnibus bonarum rerum disciplinis excolta, Christianoq; homini necessarijs virtutibus ornata

alab

P R A E F A T I O

ta, tandem domum redit. Neque verò in solis Lusitaniae vrbibus hoc verè Christiani hominis officio persunguntur; sed etiam in exteris, ac barbaris prouincijs, quæ Lusitano Imperio longè, lateq; patenti subsunt: nõ minus agrestibus, feris ac barbaris moribus ab humanitate dissidentibus, quam locorum interstitio à nobis disiunctis. Vt autè solos Brasilienses populos cõmemorem, vel solo humanarum carcerum esu horribiles, & formidabiles, quos Græci scriptores appellant, ad quos si humano cõsilio, carnisue prudètia Societatis Iesu viri ducerentur, nihil certius quam esus eorum fieri sperare potuissent: cum tamè diuino spiritu impellerentur, ardētis charitatis flamas barbaraq; gentis commiserationem omnibus vitæ periculis prætulissent. Deo eorum votis annuente, vix credi potest, quam breui innumeri feritate exuta, execrando atheismo abiecto puram diuinæ cognitionis lucem, Christi charitatē, Euangelij suauē iugum sint amplexati. Quod vepæclarum opus & cumulatijs præstat

b ij rent



PRÆFATIO

rēt. & diutius cōseruarent, puerorū sibi
maximā rōem habendā esse sunt rati: atq;
ædibus extructis puerorū magnā multitu
dinē sibi ascuerūt, quos summa cura &
perennibus laboribus ex natua illa feris
tate ad iustitiā mansuetudinēq; trans
ferūt, fide instruūt, pietate informāt, vir
tutibus excolūt, præclarissimisque discipli
nis exornāt: ita vt in multis iā cernere li
ceat patriū stridorē potius, quā linguā
in Latini sermonis elegantia atq; lenita
tē conuersum, & in aīo religione & bonis
literis exornato neq; vestigiū quidē pri
stinæ belluarū feritatis reperiri. Vnde il
lorū puerorū multi ad vicinas villas &
castella cōmeāt: vt parētes, affines, cognat
os, vniuersam deniq; plebē, diuinā legē
doceāt, & vitia immanitatemq; increpēt
nō sine magna agrestis gētis admiratione,
diuinæq; gloriæ amplificatione. Qui igitur
vltimas terras lustrāt, vt omnibus gē
tibus diuini verbi lumen affulgeat, inque
barbaris pueris excolēdis plurimos maxie
mosq; labores insumūt, vt ita tandē Chri
sto Iesu nouā terrā nouumq; cœlū resti
tuant

PRÆFATIO

tuant, paterentūr ne domi in patrio solo
propriisq; laribus Mōhemij impudentiā
& impietate? illi oībus conatibus obsister
re, an nō horū hominū propriū est ac pec
cultiare munus: quos si quis publicos eosdē
optimos Christianæ iuuetutis magistros ac
moderatores nominet, is sanē verissimo
eos noīe appellabit: sed Mōhemio iā su
perato, illiusq; imposturis, fallacijs & im
pietatibus, summa cū doctrina, perspicui
tate & euidentia referatis, ecce tibi Satan
aliū rursus pseudopropheta Martinū Kē
niciū Braunsuicensiū, vtraudio, Doctore
excitauit, qui clarissimæ veritati tenex
bras obducere conaretur. Is libello quodā
edito, quē Theologiæ Iesuitarū præcipua
capita inscribit, in sanctissimū illud sene
rioris cuiusdā, & ad veterē Ecclesiæ di
sciplinæ normā cōformate vitæ institutū
inuehitur, illudq; cōtumeliosē dānat, atq;
in morem rabidi canis, quos dilacerare
dilatariæq; vitiorū cōmemoratiōe nō va
let, latratibus immodicis prosequitur: om
nesq; eruditionis scilicet, & eloquentiæ
vires comparat, vt catholice, veræ, piæ
b iij & exs



P R Æ F A T I O

Et excellentissimæ doctrinæ impietatis no-
tas inurat, aliòsq; vt abundantiùs præstet,
prouocat. In què libellū cū incidi, venit
mihi in mentē illustris ille Philo Iudæus,
qui cū legatus à Iudæis Alexandrinis ad
C. Casarē Romā missus esset, vt lites iter
Iudæos, & Gentiles obortas corā Casare
dirimeret, à Caiòq; cõtumeliosè exciperes-
tur; ad collegas suos sese conuertens ait:
Bono animo estote, iam enim re ipsa Deus
demonstrat se causæ nostræ patrociniū sus-
cepisse: quando iratū ac aduersariū Caiū
experimur. Ita cū ego Kemnicij iudiciū
de viris instituti Societatis Iesu, cū ipso-
rū vita mihi satis perspecta, & explorata,
animaduersionesq; illius cum Coloniesi
censura quā ipse carpit, confero, eius im-
pudentiā satis quidē demirari nō possum.
Illud tamē interim persuasum habeo, illos
nō tantū gloriæ ex multorū cōmendatio-
ne, quantum ex impia, & petulanti Ke-
nicij improbatione cōparare potuisse. Ne-
que enim ab improbis atq; sceleratis viris
improbari, quàm ab egregijs, atq; lauda-
tis cōmendari, minore in laude ponendū
existimo.

P R Æ F A T I O

existimo. Quare cū sæpè et multū mecum
cogitarè de Societatis Iesu vita instituto,
à petulanti Kemnicij animaduersione vin-
dicanda, me retardabat egregia hominis
procacitas, & impudentia, quam non fieri
posse putabā, vt quenquam latere ulla
ratione passer. Quod verò attinet ad reli-
gionis nostræ dogmata, qua petulāter ipse
redarguit, & refellit, satis videbā trā ac-
curate, diligēter, & circūspectè in Coloni-
ensi cēsura explicata esse, vt in profligādo
Möhemiò, Kemnicij etiam impietate antè
præuiderit, & exterminauerit. Quare ex-
istimo illū cū ad scribendū aīm appulit, iu-
dicū iniquitate fretū magis, quàm causa
equitate id fecisse. Cū tamē irueor, magnā
Germaniæ salutis spè in Societatis Iesu os-
pera, diligētia, et laborib; positā esse, uereor
ne illius gloriā, et existimationē apud ali-
quos magis infrigat nostra intēpestiua ta-
curnitas, q̄ Kemnicij iportuna loquacitas.
Quāobrem tū diuini honoris amor, tū Lusit-
aniæ mex debitū officiū me ad hęc opti-
morū virorū suscipiendā defensionē incita-
uit. Cū enī Sebastianus Lusitaniæ Rex, Do-
minus



P R Æ F A T I O

minus et Princeps meus clemētissimus, & religiosissimo & doctissimo huius ordinis viro Luisio Gōzalez à Camara, et bonis artibus instituat, et ad pietatē informetur, quā plurimiq; eiusdē instituti viri in oībus Lusitaniæ ditionis, provinciis latē et variē diffusis, salutē animarū, Euangelij luci amplificandæ nō sine sanguine incumbāt: si hāc causam deseruissē, nō tā Societati Iesu, quā debito patriæ meæ officio defuisse iure videri possem. Quia verō hoīs istius, cū quo mihi res est, in lacessendo procacitas me cogit, vt principio de origine, morib; & vitæ instituto Societatis Iesu agam, Deū testē inuoco in aīam meā, quōd neq; calumniādi libidine, neq; cōmendandi studio vel trāsuersum vnguē à vero discedā. Quōd si æquis vtamur iudicib; nō dubito quin nuda veritate proposita, nullis verborū lenociniis eloquentiæue luminib; exornata, nullaq; argumētōrorū vifulcita, causam facillē obtineā: neq; enim fieri potest, vt qui scelere & inuidia non fuerit cæcus, illustris atq; candidi solis radios non videat.

IACOBI

IACOBI PAYVA

ANDRADII LVSITANI,
Doctōris Theologi,
Libellus,

De origine Societatis Iesu.



DEI Opt. Max. prouidentia mundū administrari, eūq; consulere rebus humanis, non solum vniuersis, sed etiam singulis, qui rerum admirabilem ordinem & vicissitudinē, temporum commutationem, euentūque certissimam cum suis causis cōnexionem, atque eorum omnium, quæ naturæ opera & administratione fiunt, dispositionem cōsiderauerit, satis intelliget: neque enim tam constans, & tam perennis ordo in rebus mentis cōsiliique expertibus temerē euenire, aut casu conseruari vllō modo potuisset: & nisi Dei nutu atque potestate cuncta regerentur, fieri certē non poterat, quin inuersa essent & immutata omnia, atq; admirabilis hic totius vniuersitatis cōcentus excisus, & euersus iacēret. Quæ etsi magna sint diuinæ prouidentie argumenta,



DE ORIGINE

gumenta, si cum eis tamen, quæ singulis diebus edit, inflammati cuiusdam studij ardentisque desiderij, homines ad sui amorem felicitatisque communionem pertrahendi conferantur, exigua illa sanè, & exilia videbuntur. Ita enim in hac quasi curam æterna bonitas incumbit, ita omnes rationes inicit, omnes vias persequitur, quibus mortales ad sui amore cultumque alliciat, ita omnes machinas adhibet, vt durum, & ferreum humanum cor ad pietatem, & religionem flectat, ac si inde illius vniuersa dignitas, Deitas, felicitas, omnipotètia, & amplitudo pendèret. Cùm igitur rebus provide-re, sit eniti, vt res oēs fines sibi à Deo atque à natura perscriptos consequantur, earum verò mentiū, quæ rationis sunt participes, finis sit cœleste ipsum numè, in quo solo & scèliciter conquiescunt, & in què cōcitato cursu ferri debent, in illis profectò diuinæ mētis cōsiliis, & operationibus, quæ humanæ vitæ cursum ad huc præclarissimū finē dirigūt, arcanæ providētix magnitudo, & excellentia magis elucet, & splēdescit; atq; quo animi hominum, qui hac providētix ratione procurātur, cæteris corpore cōstantibus lo-gius

SOCIETATIS IESV

gius præstant, illorumque finis est longè præclarior, eò magis in illis administrandis vberior quædam Dei sapientia, cura, ac prouidentia enitet. Si enim ad præclaros viros, qui se per omnes ætates diuino cultui manciparunt, animum aduertamus, planè videbimus, eorum vitā non modò singulari rerum omnium auctoris, atque opificis prouidentia gubernatam, amplissimisq; beneficiis auctam semper fuisse, eumque illis leges vitæq; instituta tanquam sapientissimum dominum præfixisse, sed vt patrem fouisse, aluisse, texisse, & omnia quæ illorum in pietate, & religione progressum retardare, ac impedire poterāt, curiosè remouisse atque arcuisse. Vnde sunt sanctorū perennes illæ voces, quibus æternæ prouidentix, atque erga se liberalitatis magnitudinem prædicant, illi oēs suas fortunas, atq; bona referūt accepta, pro acceptis beneficiis gratias agunt, & quæ de suis curā gerit, admirantur. Hinc Moses Deut. 32. cœlū ac terram conuocat, vtq; Israeliticos homines summæ ingratitude cōdemnent, obrestatur; quippe qui summi amoris, quo illos iam inde ab initio Deus fuerat prosequutus, & curæ, quæ illorū commo-



DE ORIGINE

commodis impenderat, memoriam de-
posuissent: Memento (inquit) dierum an-
tiquorum, cogita generationes singulas,
interroga patrem tuum & annunciabit
tibi, maiores tuos & dicent tibi; Quan-
do diuidebat altissimus gētes, quādo se-
parabat filios Adam, constituit terminos
populorum iuxta numerum filiorum
Israel. Hoc est, ita Deus omnia condidit,
& administrat, vt solis populi sui Israē-
litici rebus prospicere videatur. Præter-
mitto quam Christus Iesus Dei filius
operam nauauit, vt humanū genus, gra-
uissimo Dæmonum iugo expulso, sem-
piterna felicitate perfrueretur, Quanta
vigilantia cæli viam commonstrauit;
quot labores pertulit, vt illam firmissi-
mis sacramentorum præsidis muniret;
quantis sudoribus ac cruciatibus illius
obseratas, & occlusas fores nobis resera-
uit; quæ ac quanta in terris reliquit ar-
dentissimæ charitatis! in nos suæ pigno-
ra, felicitatisq; sempiternæ obsides, qui
infirmi- tatem nostram leuarent, debili-
tatem repellerent, algidas mentes inflā-
marent, languentem spem excitarent,
tepentem charitatem magis ac magis
accenderent, atque dimissos animos &
terrestrium

SOCIETATIS IESV

terrestrium rerum curis oppressos cœle-
stium recordatione erigerent, & re-
crearent: adeo vt nihil sit, quod cursum
nostrum ad Deum remorari aliqua ex-
parte possit, cui ipse non multò antè pro-
viderit atque præcauerit, ne quicquam
saluti nostræ, præter nos ipsos incommo-
dare aliqua ratione posset. Quam homi-
num curam haud quidem cum morta-
litate Christus deseruit, neque cœlestis
principatus functione nostri memoriam
abiecit, & vigilantissimam procuratio-
nem deposuit; sed ita nostræ saluti de
cælo prospicit, ita nostris ægritudinibus
medicinam adhibet, nouasq; conditio-
nes continenter in- it, vt nos à caducis
cupiditatibus alienatos ad se pertrahat,
vt facile intelligamus, illum non tam
sefe à nobis subtraxisse, quàm cerni cor-
poreis oculis noluisse.

Cuius diuinæ prouidentia, & in ho-
minum salute curanda flagrantis studij
maximo documēto sunt clarissimi viri
qui cœlestis charitatis facibus accēsi, vi-
tæq; melioris amore incitati, se ipsos ab
hominum cœtu familiarique consuetu-
dine abducentes, diuinis se rebus solum
tradere, humana contemnere, cœlestia
meditari



DE ORIGINE

meditari, arctius viuendi genus, & ad perfectam Euangelicæ disciplinæ normam accommodatum ingredi non modo in animum induxerunt, sed quam plurimis, vt idem facerent, auctores fuerunt: quorum opera, & exemplo languēs Christiana disciplina, æternarumq; rerū memoria, quæ in multorum mentibus extincta propè, & deleta erat, maxima ex parte erecta, & excitata fuit. Namque eorum, qui in fragilium, & caducarum rerum amorem immerſi, nihil perenne, & sempiternum cogitabant plurimi, rei miraculo perculsi, & caligine quæ mentem obscurabat, discussa, nouoque splendore illustrati, atque de arctissimo quasi somno experrecti, quæ in oculis ferebant, contempſere, temporalium rerum amores in grauissima odia conuerterunt; cœlestia quæ paulò antea despiciebant, admirati arctissimè cõplexi sunt; atque ita Christianæ vitæ institutio sensim instaurata fuit nō inter eos solum, qui ad noua illa monasticæ vitæ, cœlestiaq; castra confugiebant, sed apud illos etiā, qui sanctissimorū hominū monitis, & exēplis prouocati, nō tā sensibus, quā Sācti Spiritus fulgore ducti, vitā ad Euangelicæ

SOCIETATIS IESV

gelicæ legis regulā componebant, quāquam domicilia, sedes, fortunæque ipsas cum vestibus tetinerent. Neque enim vitæ magni illius Antonij admiratio, pauciores ad veræ pietatis cultum in mediis vrbibus incitauit, quā ad horridam eremum, vitæq; monasticæ æmulationem allexit. Quod satis quidē ardentissimæ illæ Augustini, innumeris adhuc cupiditatum vinculis cõstricti, ad Alipium voces indicant. Quid patimur? quid hoc est, quod audisti? surgunt indocti, & cœlum rapiunt, & nos cum doctrinis nostris sine corde ecce vbi volutur in carne & sanguine. An quia præcesserunt, pudet sequi? & nō pudet neq; saltē sequi? Ita enim, audita à Potitiano magni Antonij illustri atq; planè angelica vita, permotus fuit, vt sui ipsius pudorē, scelerumq; conscientia ferre nullo modo posset. Quibus aut fluctibus illius fuerit mēs agitata, cum narratē Potitianū audiebat, hisce verbis ornatissimè explicauit. Tu aut Domine inter verba eius retorquebas me ad me ipsum, aufere me à dorso meo, vbi me posuerā dū nollē me attēdere, & constituebas me ante faciē meā, vt viderem quā turpis essem

Aug. de cō
fess. lib. 8.
cap. 2.

Confes. lib.
2. cap. 7.



DE ORIGINE

essem, quàm distortus, & sordidus, maculofus, & vlcerosus, & videbam, & horrebam, & quò à me fugerem non erat: etsi conabar à me conuertere aspectum, narrabat ille quod narrabat, & tu me rursus opponebas mihi, & impingebas me in oculos meos, vt inuenirem iniquitatem meam, & odissem: noueram eam sed dissimulabam, & cõniuebam, & obliuifcebar. Tunc verò quantò ardentius amabam illos, de quibus audiebam salubres effectus, quòd se totos tibi sanandos dederant, tanto execrabilius me comparatum eis oderam. Quo circa existimo sanctã Dei Ecclesiã diuino illi Antonio magna ex parte debere, quod sanctissimo Augustino tanta nunc cum voluptate atque commodo fruatur. Nam ille, qui nullis vnquam persuasionibus cessit, vitæ magni Antonij cõmemoratione, sanctissimorumque duorum militum pia æmulatione ad virtutum studia flecti atque commoueri potuit. Cum igitur noue & inusitata virtutis admiratio ad animos hominum pietate, & religione informandos plurimum valeat, Christus Iesus Ecclesiæ suę prouidentissimus moderator singulis propè aratibus nos

mello

SOCIETATIS IESV

uos quosdam soles veluti lumina quẽdã accendit, qui vitiorum tenebras Christiani orbis finibus arceant; nouosque Moses exsuscitat, qui plebis suę corda ab Ægyptiorum tyrannide eripiant, à scèdissima spurcicia, turpissima lue, profligatissimisque moribus ad flagrans virtutis studium traducant. Magnos illos viros planèque diuinos, rigidæ solitudinis incolas, quibus tota olim Græcia vniuersa que Ægyptus felicissimè abundauit, taceo; qui cum in retrusis locis, magis que abditis terræ penetralibus vitam degissent, ferarumque familiaritatem, hominum aspectui, & consuetudini quàm longissimè antetulissent, illorum tamen sola vitæ admiratio maiorem vim habuit, vt multorum animos percelleret, & obdurata longa peccandi consuetudine pectora leniret, elata flecteret, argentia charitate inflammaret, à vitiis ad virtutis studium conuerteret, quàm doctissimorum & eloquentissimorum hominum ornatissimæ orationes. Quòd si ad illa tempora cum monasticum viuendi genus lenius, ac mansuetius diuina prouidentia factum est, illiusque sectatores incultis eremis relictis vrbes habitare, inque ho-

minum



DE ORIGINE

minum luce versari cœperunt, animum cōuertamus, videre sanè exillimabimus, ardentes charitatis flammās de cœlo de- cidisse, quæ hominū mentes inflamma- rent, atq; ita pristina illa nascentis Ec- clesiæ tempora magna ex parte restituta fuisse. Humani enim animi tanto splen- dore, tantæque pulchritudine illecti, in omne se virtutis studium tradebāt: cum præfertim egregij illi viri omnes nervos contenderent, vt quæ ipsi humanarū re- rum contemptum, cœlestiumq; amorem animo inclusum habebant, ad omnes alios trāsfunderent. Vt verò cœteros vi- ros sanctissimos taceam, qui ad duo illa Orbis lumina Dominicum, & Francis- cum animum diligenter aduerterit, satis perspiciet, diuina illos fuisse prouidētia incitatos, vt homines à vitiis ad virtutē auocarent, perfectissimamq; Apostolicæ vitæ regulam orbi restituerent. Quòd vt cumulatiùs præstarent, sapienter exi- stimârunt, externis indumentis, & cor- poris cultu suos à cæteris omnibus se- cerni, ac seiungi debere, nō quòd in ve- stium squalore, & situ virtutem, & pie- tatem potissimùm inesse ducerent, sed vt eorum filij, & imitatores perpetuò essent

SOCIETATIS IESV

essent admoniti, non minus pœnitentiæ austeritate, morum puritate, vitæq; san- ctimonia cæteris præstare debere, quàm essent vestibus, externòq; corporis cultu ab aliis discreti: illosq; puderet, non eam humilitatem, integritatem, innocentiam, humanarūque rerum contem- ptionem moribus exprimere, quam ve- stibus pollicerentur: omnium etiam suo- rum actiones, & volūtates ab vnus vo- luerunt arbitrio pendere, vt cum vnā, eandemque voluntatem diuinis rebus addictam omnes conseruarent, pecca- torum omniū fibræ facilius extirparen- tur, essetq; illis peccandi licentia simul cum impunitate, & occasione præcisa:

Cum igitur oēs suas rationes ad glorię Christi amplificationē, integramq; Euā- gelicæ disciplinæ restitutionē contule- rint, quis nō videt, strenuam eos Satanaę operam nauare, qui sanctissimorū homi- num præclara studia damnāt, & rectam viuendi rationē oppressam, & extinctam cupiunt? Cum verò Kemnicus instituti Diuorum Francischi, & Dominici studio- sos calumniatur, quòd regulas ab homi- nibus excogitatas Christi mādatis præ- ferāt, satis indicat odio se, atq; inuidia ob-



DEIORIGINE

caecatum non perspicere, in Euangelica perfectione monasticae vitae ratione potissimum sita esse. Sanctissimis vero Dei praeceptis, atq; voluntati aduersari illa minimè possunt, quæ ab Apostolicis sacerdotibus; legis studiosissimis viris ad perfectam eiusdem legis conseruationem inuenta, atq; excogitata fuerunt: sed nihil miror caligantes Kemnicij oculos, terraq; inuidiæ nebula circumfusos illustrem diem, caliginosam esse nocte arbitrari, neque tantam supremæ prouidentiae magnitudinem percipere, cum audiã Diuum Paulum asserentem, hominem carnis cupiditatibus immersum, sordidis & abiectis desideriis implicatum, non percipere quæ sunt spiritus Dei, stultitiãque illa esse existimare, quæ admirabilia diuinæ mentis consilia continet. Hæc verò vigilans, & industria Dei prouidentia, quæ præteritis sæculis excitauit Antonios, Basilios, Augustinos, Benedictos, Franciscos, Dominicos, ceterosq; egregios viros monasticae uitæ parentes, qui torpentes animos virtutis stupore percellerent; nostris hisce temporibus cœlesti beneficio Christiano orbi donauit Ignatium Loyolam Cantabrum; nõ minùs

x. ad Cos
tint. 2.

SOCIETATIS IESV

minùs generis claritate, quàm singulari prudentia, infractaq; fortitudine illustrem: cuius plurimis maximisq; in rebus multa ac præclara documenta dedit: eo præsertim tempore, quo Galli arcem Pompeiopolitanam munitissimã obsederunt, vehementissimeque oppugnauerunt: in qua obsidione tam strenuè se Ignatius gessit, vt illi vni Hispani omnes primas facillè deferrent. Qui tamen honos tanti illi constitit, vt altero crure bombardæ ictu comminuto, in altero verò grauissimo vulnere accepto, à Gallis captus fuerit: quorum tamen lenitate, & humanitate vsus, liber paulò post domum rediit. Quæ corporis vulnera, cœlestia quædam medicamenta fuerunt, quibus mens, quæ cupiditatũ erat ictibus saucia, atq; inter mortua, integrã valetudinẽ recuperauit. Namq; grauissimis illis doloribus diuturnaq; ægritudine tanquã diuinis quibusdam vocibus excitatus, & labentium rerum vanitatẽ intueri, æternarumq; amore inflammari cœpit; atque aded oculos, quos illi honorum, voluptatumq; illecebræ occluserant, ærumnæ, & calamitates reserarunt. Cùm enim iam non e iij tam



DE ORIGINE

tam externis, quàm domesticis, ac propriis exemplis admonitus, rerù vniuersarum statum debitis ponderibus examinare cœpit, facile fuit humana, quæ antea admirabatur, contemnere: diuina verò, quæ prius non admodum curauerat, prosequi & admirari: cum præsertim is esset, quem Christus Seruator præelegerat, vt eorum dux foret, qui sanctissimi eius nomen portarent corâ gētibus, & populis, & iis, qui sunt veri filij Israël. Corpore igitur aliquantulum firmiore, nondū tamen omninò cōfirmato, Cæsareis armis repudiatis, omnibusq; humanis curis, & cogitationib. abiectis, Christianæ se militiæ addixit, atq; sub eo duce stipēdia mereri decreuit, qui mensuram bonâ, & confertâ, & coagitatâ, & superfluentem in eorū sinū dat, qui se illi verè, & ex animo tradūt. Quare vt verus Abrahamæ filius haberi, benedictionūq; illius particeps esse posset, in ipso ætatis flore (erat enim 26. annos natus) domo, patria, ac propriis laribus relictis, in templum Deiparæ Virgini dicatū, antiquitate, & quamplurimis miraculis illustre, quod Montē ferratū vocāt, semigravit, atq; cū veterē hominē ibi profusus exue-

A. 9.

Luc. 6.

Gen. 12.

re sta-

SOCIETATIS IESV

re statuisset, neq; antiquas quidē vestes retinere voluit. Quocirca sacco indutus, immodicas illas delicias, quib⁹ eius fuerat corpus delibutum, veterem fastū, insolentiam, temeritatem, cæterasq; animi cupiditates rara quadam, & insolita vitæ austeritate, humilitate, patientia, virtutumque omnium flagrante studio cœpit compensare: in quo tam diu, & tanta cū omnium admiratione perstitit, vt multorū postea animos non tam eruditionis præstantia, qua tūc erat destitutus, quàm illustri sanctitatis exemplo ad verū Dei amorē à vitæ prauitate conuerteret: cum præsertim consilia prudentiæ, pietatis, amorisq; plenissima sæpius cum illo cōiungeret. Nam postquam aliquamdiu tā aultera, acerbâque pœnitentia cupiditatum impetus coercuisset, & refrenasset, vt omnibus corporis voluptatibus sibi spontē interdixisse videretur, repentina quædam, ac cœlestis lux illi exorta fuit, tantaq; sancti Spiritus dulcedine fuit delibutus, atque diuinæ cognitionis tanto lumine illustratus, vt in tertium cœlū raptus, ibiq; arcana Dei verba quodā modo audiuisse videretur. Tāta itē in proximos charitate subito exarsit, vt in illorum

2. ad Cor. rint. 12.



DE ORIGINE

illorum salutem omnem operam, atque laborem non sine maximo fructu, & admiratione collocaret.

Cum verò in hac pœnitentiæ, charitatis, virtutumq; omnium palæstra se aliquamdiu egregius hic vir Ignatius exercuisset, Hierosolymam sanctissimam urbem se contulit, sanctissimi illius sepulchri adorandi, & cætera loca, in quibus adhuc Christi extant expressa vestigia, visendi gratia: quorum fuit aspectu tantoperè animatus, ut nihil iam ardentius optaret, quàm cum Christo unà pro fratribus sanguinem fundere, vitamq; sibi esse acerbam putaret, quam non in eorum salute curanda insumeret. Hierosolymà verò discedens in Hispaniam rediit, ubi miris modis exagitatus, atque sicut olim Abraham, & Iob à Deo tentatus, illustrissima dedit singularis cuiusdam fidei, & pietatis documêta. Quibus laboribus tantum profecit, ut familiaribus dicere solitus fuerit (quod ipsis referentibus sepius ipse audiui) nihil esse in rebus creatis tam amplum, atque egregium, quo ipse perpessus calamitates, & zrumnas libenti animo commutaret. Quia tamen intelligebat, plurimum ad vitam

SOCIETATIS IESV

vitz rationem, quam inierat, literarum cognitionem valere, illarum se totum studiis tradidit, non tam eruditionis pulchritudine, voluptatèue illectus, quàm charitatis in proximos ignibus incitat. In quibus studiis cum aliquantum profecisset, in Parisiorum Lutetiam bonarum omnium literarum altricem se contulit, ubi unà animarum saluti, & eruditioni operam nauabat. At quantis laboribus in his rebus perfungeretur, vix dici potest, cum & summa quadam paupertate oppressus, & variis esset corporis ægreditudinibus penè confectus. Sed tamè in his omnibus superavit propter eum, qui dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. In qua amplissima Academia cum decem annos in literarum studia impendisset, tantumq; in illis progressus fecisset, quanti animarum saluti, quam sitienter optabat, procurandæ sufficere viderentur, atque socios aliquot æmulos, & imitatores studiorum suorum sibi adiunxisset, in Hispaniam rursus proficiscitur, anno salutis nostræ 1536. deinde Romam, quod etiam illius in pietate optimi filij, & comitones Petrus scilicet Faber, Franciscus Xauir, Iacobus Laines, Claudius Gaius,

Roma. 2.



DE ORIGINE

Gaius, Ioannes Coduri, Alphonsus Salmeronius, Simon Rodericus Lusitanus, & Nicolaus Bouadilla se cōtulerunt, vt à Christi Vicario Romano Pōtifice facultate accepta, sacra Hierosolymæ loca peragrarent. Ex quibus hodie quatuor adhuc viuunt superstites, Iacobus scilicet Laines, huius sanctissimæ Societatis Præpositus Generalis dignissimus, atq; de Dei Ecclesia bonorum omnium iudicio optimè meritis, Alphonsus Salmeronius, Simon Rodericus, & Nicolaus Bouadilla. Quia verò totū iter pedibus confecerant, neque aliud viaticū præter mendicitatem, inediā, pœnitentiāq; ardens studiū sibi quæsiuerant, ad Urbem maximis laboribus penè confecti, appulerunt sub initiū Quadragesimæ, anno subsequenti 1537. Cū tñ suauissimū iā Christi odorē Venetiis aliquādiu sparsissent, & tanta cum humilitate in pauperū hospitiiis, quæ *πτωχοτροφῆα* vocatur, versati essent, tantāq; diligentiam ac sollicitudinem in eorū morbis curandis, vulneribus obligādis, molesta, graui, ac putrida sanie obstergerenda impēdissent, totq; edidissent raræ cuiusdā virtutis, & charitatis documēta, vt oēs in sui amorē admiratione

SOCIETATIS IESV

mirationemque pertraxissent, impetrata à summo Pontifice, quam optabant, facultate, Venetias, vbi recētia adhuc erāt eorū pietatis vestigia, reuertūtur, vt vnā cum iis, qui ad sacra Palæstinæ loca singulis annis religionis ergò nauigāt, cōmearent. Cū verò æterna prouidētia, quæ Christiani gregis vtilitatibus semper inuigilat, statuisset, ex paruis hisce initiis, & quasi seminibus magnā quandam sylvam exfuscitare, quæ nutātī Ecclesiæ suę plurimum opis, adiumentiq; afferret, piissimi voti compotes fieri piissimi viri non potuerunt. Cū enim pacis fœdera, quæ felix illa, amplissima, atq; verè illustris Venetorū Resp. cum Turcis percusserrat, eo anno fracta fuissent, & violata, nemini Hierosolymam nauigare licuit. Quod tamē nihil religiosos viros ab inceptis charitatis studiis retardauit. Nam cū nō sibi, sed Deo placere studerent, intellexerūt, quasi cœlestibus se vocibus admoneri, vt quæ amoris officia Christi hostibus tribuere cogitabant, infideles, Christianosq; homines tunc conferrent: quod vt commodiūs præstarent, ex ipsis aliqui sacris initiari voluerunt. Cū verò Ecclesiastica lege caueatur, ne quis sacris



DE ORIGINE

sacris initietur, qui aut hæreditariis, aut ecclesiasticis bonis, vnde honestè viuere possit, caruerit, amplissimam sibi hæreditatem esse Deum ipsum, lautissimumque patrimonium, nudos nudum Christum sequi affirmarunt, pro quo egere, extremamque penuriam pati, maximas opes ducerent. Quod copiosissimum esse & Christiano sacerdote dignissimū patrimonium cum summus Pontifex Paulus eius nominis tertius iudicaret, facultatem dedit, vt spontanè paupertatis, atque sufficientis eruditionis nomine ad sacros, quos vocant, ordines prouheretur. Quam Pontificiam, verèq; Apostolicam facultatem cum Verallus Archiepiscopus Rosanensis, qui per id temporis Venetiis Apostolicè erat sedis Legatus, postea verò Cardinalis factus est, admisisset, atque egregia illos esse eruditione exornatos pronunciaisset, perpetuam spontanèamque paupertatem Deo ante eius pedes promiserunt, egregioque illo patrimonio ita constituto, ex illis septem sacerdotio inaugurati sunt, facultasque ipsis data est, vt secretas atque occultas peccatorum confessiones liberè audire vbique possent. Prætermitto quanta cum diuini

SOCIETATIS IESV

diuini honoris amplificatione, Christianæq; Reipub. vtilitate docendi populū sanctissimum munus auspiciati sint. Nā cum illi proprii nominis, & existimationis cura prorsus abiecta se totos ad Dei gloriam illustrandam, salutemque mentibus afferendā conferrent, atque per eas Italiae vrbes, quæ illustrissimæ Venetorum Reipublicæ subiectæ sunt, Euangelium sparsissent, vix credi potest, quā breui plurimos in sui admirationem æmulationemque pertraxerint.

Cum autem iam tempus illud aduertaret, quod Dominus firmando & amplificando sanctissimo huic vitæ instituto præfixerat, Romā rursus se omnes contulerūt, anno 1538. datisq; in ea vrbe singularis fidei, pietatis, modestiæ, integritatis, egregiæque eruditionis clarissimis documentis, grauisissimis sunt molestiis exagitati: quæ tamen magis ad eorū nomē & innocentiam illustrandam, quàm aliqua ex parte obscurandam fecerunt. Nam cum Satan diuini honoris Christianique nominis perpetuus hostis, iam sibi à tam egregiis initiis timere inciperet, omnibus opibus, viribusque elaborabat, vt ea in ipsis quasi faucibus comprimeret



DE ORIGINE

meret, atq; sanctissimorum hominū animos frangeret, salutarēq; conatus irritos faceret: sed Deus, qui nouit pios de tentatione eripere, iniquos verò in diē iudicij reseruare cruciandos, effecit, vt probatio fidei illorum multò preciosior auro, quod perignè probatur, inueniretur in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelationem Iesu Christi: illorum namque fides, atque integritas tam sœua tēpestate iactata, omnibus euasit notior, atque testator. Cùm verò aliqui illustri eorum exemplo incitati, se illis iam socios ascripsissent, ne sanctissimum vitæ institutum vnà cum ipsis interiret, à Paulo III. Pontifice Maximo, Reuerendissimo Cardinale Contareno viro integerrimo, & prudētissimo internūtio petierunt, vt si diuino id honori expedire iudicaret, ratum illud, ac firmum haberet, vt Apostolica auctoritate munitum atq; firmatū, conseruari perpetuò posset. Quod sapiētissimus Pōtifex eò libētius fecit, quò magis experientia didicerat, quantū ea vitæ ratio extremis Ecclesiæ necessitatibus esset accommodata, quantumq; eam labantē iuuare, Christianaq; Reipublicæ vsui esse posset, atque adeò diuino

SOCIETATIS IESV

diuino quodā spiritu, qui in Pontificibus peculiari quadam ratione residere solet, afflatus prædixit, hâc vitæ rationē maxima instaurandæ Christianæ Reip. antiquæ disciplinæ restituendæ, Ecclesiæq; puritati, atque candori resarciēdo auxilia esse allaturam. Ne verò inconsideratè tantam rem gessisse videretur, principio cauit, ne plures quàm sexaginta viri ad eā Societatē ascriberentur. Quæ acta sunt anno salutis nostrę 1540. At postea quàm idē Paulus III. Pontifex prudentissimus, & in rebus agendis circumspectissimus, intellexisset, quā illi se indies præclarius in curâda animarū salute gererent, & quantum pietate, fide, honestate, grauitate, innocentiâq; excellerēt, ne Spiritui sancto, quē instituti huius auctore, atq; procuratorē esse apertissimis indicij cognouerat, resistere videretur, anno à Christo nato 1543. illud ipsum rursus firmavit, & apostolica auctoritate cōmuniuit. Neq; vllis ipsum terminis, aut virorū numero circumscriptū esse voluit, quod augeri, atq; amplificari summo perē iā optabat: præuidebat enim sanctissimus Pōtifex, nullā fore tā barbarā, & incultā gentem, & quā horum hominum ardentissima



DE ORIGINE

ardētissima charitas nō esset peruasura:
nec vllū tam apertum, ac ingens pericu-
lum, cui se pro Christi gloria non illi li-
benter offerret. Hæc sunt Kénici, Socie-
tatis Iesu initia, hæc illius prima origo,
quã tu falsò à Ioanne Petro Carapha, qui
postea Cardinalis, & tandē anno 1555. Põ-
tifex factus, Paulus Quartus dictus est, pri-
usquàm ad fastigiū illud eueheretur, Ve-
netiis primū institutam fuisse asseris.
Cum tamen nullum sit vitæ institutum,
quod Paulum Quartum auctorem potissimum,
primumq; institutorem habuerit. Imò verò
Clemente Septimo Pontifice maximo vniuersalem Ecclesiam
moderante, magnæ quidam auctoritatis
viri, pietatis ardore accensi, in separatū
quendam, & à vulgi consuetudine se-
cretum locum vnà conuenire frequen-
ter solebant, vt precationibus, sacramen-
torum frequentationi, pietatis, chari-
tatisque officiis sedulò vacarent. Quæ
idèd Diuini amoris sodalitas dicebatur.
Quorū exemplo Paulus Quartus Pont.
Max. qui tum Ioannes Petrus Carapha
dicebatur, excitatus, eorum se numero
aggregauit. Cum verò se aliquamdiu in
illis præclaris operibus cum reliquis ex-
ercuisset,

SOCIETATIS IESV

ercuisset, ex piis illis ac religiosis viris
quatuor, Paulus hic scilicet Quartus, tū
Episcopus Theatinus, Caietanus nobi-
lis Vicentinus Protonotarius Apostoli-
cus, Bonifacius nobilis, Pedemontanus
Domo Alexàdria, & Paulus quidam Ro-
manus, peruliari nescio qua Spiritus san-
cti impulsione incitati, cœlestis amoris
singulari ardore inflammati, magnoque,
& iusto dolore commoti, quod facer hic
noster clericorum ordo à primæua sin-
ceritate ac puritate tam turpiter dege-
nerasset, ac magno Ecclesiæ detrimento
obsolesceret, egregiam quandam ratio-
nem inierunt, qua illius antiquum splē-
dorem aliqua ex parte reuocare ac con-
seruare possent. Omnium namq; bonis
in communem vsum sepositis, vt pro cu-
iusque necessitate in singulos disparti-
rentur, rerumq; omnium humanarum
curis abiectis, se totos diuinis laudibus
concinendis, rerumque cœlestium me-
ditationi tradiderunt, illamque in rebus
omnibus viuendi rationem sunt ingres-
si, quam antiquæ puritati simillimā esse
iudicarunt. Quare præbyteri regulares
appellati sunt. At quoniam Paulus IIII.
Pont. Max. relicto tūc Episcopatu Thea-
tino



DE ORIGINE

fino, hanc viuendi rationem magna cum omniū admiratione suscepit, vulgò Theatini oēs dicti sunt: is tamen inter eos sicut Episcopali dignitate, ita auctoritate, vt par erat, plurimū semper excelluit, estq; vitæ illud institutum religiosissimum eius opera auctū, & amplificatum. Quod quidem non Venetiis, vt ais, sed Romæ initium habuit. Venetias tamen haud multò pōst Diuina prouidentia magis, q̄ humano consilio venit. Nā cūm Caroli Quinti Augustissimi Imperatoris exercitus, eo incio atq; aded̄ inuito (erat enim per id temporis in Hispania) sub Borbonio duce in urbē Romam inuasisset, illamque latrocinis, & excursionibus depopulatus esset, viri isti quietis amanti, Venetorū tريمibus, quæ tunc fortè ad Tyberinū ostiū erant, vecti, Venetias pacis, & quietis egregium domicilium appulerunt. Quorum sanè viuendi genus, vt est Societate Iesu antiquius, ita in viuendi ratione ab illa valde differt. Illi enim sacrarū eternarūq; rerū meditationi atq; psalmodiæ potissimū vacāt: isti verò cū Diuinorum mysteriorum assidua contēplatione, docēdæ plebis, Euangelij amplificandi

SOCIETATIS IESV

candi, sacramēta administrādi, atq; reliqua omnia Apostolica munera coniungunt. Illi nondū Italiæ finibus excesserunt, in qua magna cum laude versantur, & vitā degūt omniū iudicio spectatissimā: isti verò vltimas iā oibis oras lustrarunt, atq; Christū Iesum crucifixum vniuerso ferè generi humano annuntiarunt: vsq; aded̄, vt nulla sit tā barbara & inculta gēs, cui Societatis Iesu nomē nō sit notissimum. Neque mihi persuadere possum, alia te ratione fuisse inductum, vt Paulum Quartum Pont. Max. Societatis Iesu auctorē fuisse diceres, quā vt tuis omnibus pro odio, quod in sanctissimos Romanos Pōtiffices conceperūt atq; exercent, fieret illa suspecta & inuisa. Quæ quidem satis ostendunt, quæ sit vobis, Kēnici, fides habenda in his, quæ passim in magnum Romanæ Ecclesiæ dedecus, sanctissimorumq; Pontificū ignominia iactatis. Cū enim in eā curā atq; cogitationē potissimū incubatis, vt innumeris fraudibus ac calūniis adhibitis, Romanæ Ecclesiæ nomē in summā populi inuidiā adducatis, neq; in veritate inquirēda diligētes, neque in mendaciis peruulgādis atq; amplificādis tardi estis:



DE ORIGINĒ

Quare nihil miror, si commilitonū tuorū libri ita mēdaciis scateāt, vt cū leuissimis Poetis certare meritissimò possint, neq; enim ita multo antea in quendam incidi, qui quorundā hominū ineptissimorū Augustanā confessionē profitētū, protestationem aduersus sacrosanctū, & Oecumenicū Tridentinū Cōcilium cōtinet, qui ex fraude totus atque mendaciis compositus de industria fuisse videtur, atque adeo tam multa nefanda accidisse Tridenti mentitur, vt ad risum nobis, qui testes illic perpetuò adsumimus, mouendum, confictus fuisse videatur. Sed do huic vestræ procacitati veniam. Nam cū iniquissimę causę diffidere iam incipiatis illaque excidere vereamini, nihil mirum, si omnibus eam fallaciis, & imposturis fulcire & sustētari conemini. Vt verò ad institutam narrationem reuertamur, firmato iam atque communito à Paulò Tertio Pontifice Maximo sanctissimo vitę instituto Societatis Iesu, per oēs se viri illi officiosissimi Italię vrbes spargebant, omnesque nervos in sacramentorum virtute atque efficacitate inculcanda contendebant, in quibus iustitię, sanctitatis, salutisq; nostrę

SOCIETATIS IESV

strę præsidia Christū collocasse intelligebant. Quantum verò ea in re profecerint, locupletissimus testis est Bononiensis ciuitas florentissima, quę eorum persuasionibus inducta, tanto cū ardore ac pietate sanctissima eucharistię, & pœnitentię sacramenta per id tēporis frequentabat, vt plurimi noctu ædium, in quibus illi habitabant, parietes confederēt, quo illis primo diluculo confitēdi peccata locus pateret, neque aduentium multitudine retardari, atq; impediri possent. Erat fortè per id temporis Romę Petrus Mazcarenhas, vir & maiorum nobilitate, & maximarum rerum vsu, & experientia illustrissimus, ab inuictissimos Ioanne Tertio Lusitanię Rege ad summum Pontificem orator, qui cū singularem quandam prudentiam haberet cum egregia pietate, & religione coniunctam, religiosissimęque Regis sui animum virtutum omnium domicilium satis notum haberet, & exploratū, intellexit quàm præclare, & de piissimo Rege, & de charissima sibi patria mereretur, si ex illis viris aliquot eius opera atque industria in Lusitaniam concessissent. Quare acceptis ab optimo

d iij Rege



DE ORIGINE

Rege literis, pietatis in sanctissimum hoc vitæ genus amorisq; plenissimis, multis cum Paulo Tertio Pontifice Maximo egit, vt ex viris illis duos in Lusitaniam mitteret: quo tandem impetrato, illò profecti sunt, Franciscus Xauier, & Simon Rodericus Anno 1541. rarè cuiusdã atq; spectatã virtutis viri, quã maximis postea, & grauissimis documentis declararunt. Alter in India vltimisq; Oriëtis regionibus, alter in Italia & Lusitania. Nam cum Ioãnes ille Tertius Lusitanix Rex opt. max. ex India ac cæteris Oriëtis prouinciis, quæ Lusitano imperio subsunt, cœlestes magis q̃ terrenas opes quæreret, diligentiùsq; curaret diuinum ibi nomen amplificari, q̃ summam inde auri copiam transportari, relicto apud se Simone Roderico, qui cum Lusitanus esset, sanctissimæ Iesu Societatis in Lusitania prima fundamenta iacere cõmodiùs poterat, curauit, vt Franciscus Xauier in Indiã nauigaret, vt & Christũ Iesum barbaris hominibus cum reliquis religiosiis viris, qui illud iam ibi munus præclare obibant, annunciarer, & nostros qui ibidem degunt, in officio religionæ que cõtineret. Quàm verò hæc Frãncisci nauigatio

SOCIETATIS IESV

nauigatio Ecclesię faustè, felicitèq; successerit, paulò post aperiemus. Dũ hæc in Lusitania geruntur, Ignatius, qui oës cogitationes in Christi gloriã Ecclesiæque splendorè cõferebat, cum intueretur, q̃ esset miserãdus religionis status in Germania, quæ paulò anteã Lutheri in Apostolicã sedè maleuolètia, ab illa, hoc est, ab ipsa Christi Ecclesia magna ex parte defecerat: atq; intelligès, nõ aliter huic malo mederi, q̃ per pios, religiosos, fideles, officiosos, eruditosq; cõcionatores posse, aliquos huius instituti viros eodèq; charitatis ardore inflãmatos in Germaniã misit, qui neq; aperto discrimine, deterriti, neque rei difficultate retardati: sola verò spe atque charitate erecti, & animati, officiosissimã prouinciã acceperũt, qua tã præclare perfuncti sunt, atq; tã multos ab errorũ tenebris ad clarã fidei lucẽ reuocarũt, vt in magnã oës salutis Germaniæ spẽ venerint, si operarij tantę messi pares ac cõuenientes nõ deessent. Quod cum intueretur Reuerendissimus Ioãnes Moronius S.R.E. Cardinalis, Episcopus Prænestinus dignissimus, singularemq; quandã haberet prudentiam cũ egregia pitate, religiõ, integritate,



DE ORIGINE

tate, viteq; innocentia coniunctam (ca-
ius vt plurimis aliis in rebus, tum ma-
ximè nuper in Sacrosancto Còcilio Tri-
dentino, in quo Apostolica fuit sedis
Legatus ac Præses in Reuerendissimi
Cardinalis Mantuani demortui locum,
præclara documenta dedit) atque Ger-
manix mores percelleret, vbi Apostoli-
ca sedis legatione tam feliciter fun-
ctus erat, vt non minori Ecclesiæ hostes
eius singularem prudentiã & integritatē
obseruantia, q̄ pij, & catholici homi-
nes pietate, atq; amore persequerentur:
cum, inquam, intueretur, quatum Socie-
tatis Iesu viri, qui Apostolico munere in
Germania felicissimè perungebantur,
calamitosæ illi prouincię vtilitatis affer-
rent, cum Ignatio, quem propter egregiã
prudentiam cum admirabili sanctitate
coniunctam suscipiebat, communicauit,
quanto Christianæ Reipublicę vsui esse,
posset, si Romæ amplissimum Collegi-
um construeretur, in quo maxima Ger-
manorum adolescentium multitudo bo-
nis literis instrueretur, & ad fidem pie-
tatēque institueretur, vt tandem in pa-
triam redeuntēs, collapsam atq; concul-
catam religionem instaurare aliqua ex
parte

SOCIETATIS IESV

parte possent. Quæ tamen oratio haud
quidem officiosissimum Ignatij animū
imparatum offendit. Nam cum verissi-
mo in Germanos Romanæ Ecclesiæ or-
lim decus, & ornamentum amore æstua-
ret atq; intueretur, ex Italia, Gallia, Hi-
spania, cæterisque adhuc integris, & in-
corruptis prouincijs doctores illò com-
modè ire propter Germanicæ linguæ
difficultatem non posse, omnes vias per-
sequeretur, vt tantæ huic necessitati
succurrere aliqua ratione posset. Quare
tanti Antistitis auctoritate & auxilijs
animatus, vehementiusque incitatus, e-
gregium opus aggressus est Anno 1553.
Quoniam verò Germanos hosce adoles-
centes erudiendi munus officiosissima
Iesu Societas, & ad communem Chri-
stianæ Reip. vtilitatem nata suscepit,
atque maxima cum laude & omnium
gratulatione obit, fuit Ignatij opera, &
providentia illorum collegiū haud pro-
cul à Societatis Iesu collegio Romæ cō-
structum atque ædificatum: cui Reue-
rendissimus Moronius vsq; aded fauet,
vt nō minorem ad illud sustentandum,
& amplificandum, quàm ad instituen-
dum opis adiumentique afferat. Quantū
verò



DE ORIGINE

verò hæres utilitatis Germanis afferat, satis cõici ex Kemnicio potest, qui tan-
topere ab ea sibi ac suæ factioni timet, vt hac vna de causa affirmet, Societa-
tem Iesu in Germaniæ Euangelii que
pernicië fuisse potissimum cõparatam.
Neq; dubito, quin diuino beneficio ho-
rumq; adolescentium opera, & diligẽtia
Germania præreptam sibi fidei lucẽ ali-
quando recuperet, atq; patrum corda in
filios Deus tandẽ imperfectosq; ad scien-
tiam iustorũ conuertat. In eo tamẽ ma-
ximẽ fallitur, vt solet, Kemnicius, quòd
Germanos hosce adolescentes non alia
de causa in illud Collegium conuenire
affirmat, q̃ vt in Societatis Iesu ordinem
tandẽ cooptentur. Nã etsi illos alendi, su-
stinẽdi, moderandi, instituendiq; curam
Societatis Iesu viri gerant, nõ tamen ad
eorũ vitæ institutum suscipiendum aut
impelluntur, aut ratione aliqua inducũ-
tur. Nã cum ad hũc laborẽ suscipiendum
solum salutis Germaniæ desiderio sue-
rint incitati, nihil habent antiquius, q̃ il-
li quacunq; ratione cõsulere atq; prospice-
re. Quare viri Germani, si aliquẽ ad-
huc grati animi sensum retinetis, si hu-
manitatẽ, si antiquã vestrorũ morũ sua-
uitatem

SOCIETATIS IESV

uitatem, si in reddendis officiis integri-
tatem, si illã omnium sermone prædicatã
comitatẽ, lenitatẽq; cõseruatis, hi certẽ
vobis debẽt esse in primis grati, hi quã
maximẽ chari, qui cum nullã à vobis
gratiam inire, aut sibi à vobis referri cu-
piant, cum nulla beneficia ambiãt, hono-
ribusue vllis augeri velint, solis calami-
tatibus vestris cõmoti, charitate inducti,
amore incitati, omnẽ operam, industriã,
cogitationem in vestram salutem con-
ferunt: & qui sibi ostiatim victũ frequẽ-
ter quærunt, filiis vestris omnium, quibus
natura indiget, abundantiam & copiam
suppeditant, pietate imbuunt, religione
informant, eruditione excolunt, vt & il-
lis vos frui maiori cum voluptate possi-
tis, & ipsi vobis Euangelij clarissimam
lucẽ flagitiosorum quorundam homi-
num atrocissimo scelere præreptam,
aliquando restituant. Nec verò in his
solum adolescentibus erudiendã ope-
ram nauant, sed tam Romæ, quã om-
nibus aliis in locis, ad quẽ eos venire cõ-
tigit, non modò sacras literas, sed eas e-
tiam, quæ ad humanitatem spectant ma-
gna cum laude profitentur, vt pietatem
simul cũ eruditiõẽ pueri imbibat. Quo-
circa



DE ORIGINE

circa hanc inquit Kemnicus, viuēdi rationē à Romanis Pontificibus fuisse excogitatā, vt labantē Ecclesiā fulcire aliqua ex parte possent, quod à caterorum ordinū religiosissimis viris non posse iā fieri calumniatur: quippe quia partē (inquit) illā regulæ Francisci: quę sic habet. Nesciētēs nō curēt literas discere, oēs solitē obseruāt: quare ordinē (inquit) fratrum ignorantia factū fuisse vniuersalē. Quod calumniā esse maleuolētię falsitatisq; plenissimam, vos sanē oēs, Kemnici, non sine maximo animi vestri dolore experimini. Nisi enim tot viri ex omnibus ordinibus religiosissimi, & eruditissimi extitissent, qui nefariis vestris conatibus obliterent, petulātiā coērcerent, venenatos impetus comprimerent, assiduōque diuini verbi ministerio populum in officio religionēque cōtinerent, & contra pestiferos vestros icūs munitent, infelicius sanē Christianæ Reipublicæ commodis consultum foret, vestra autem impietas longius tanquā vibratus quidam draco serpsisset atque progrediretur. At cū illi pro fratribus salutem libentissimē exponant, & ne fidelium animæ falsis pestiferisq; persuasionibus

SOCIETATIS IESV

tionibus concidant, vestris icibus vitam spontē obiciant, vires vestræ pluribus in locis fractæ, potentia debilitata, impetus veluti æneo quodam muro opposito propulsati sunt. Quod quanti illis constiterit testatur locupletissimē Gallia, quę martyrum sanguine adhuc madere inundarēque videtur. Cū enim in his ciuilibus bellis, quibus nuper exarsit, à Dei Opt. Max. Regiæque maiestatis hostibus sacerdotum circiter sex millia capta fuerint, qui reiecta salutis impia conditione, maluerunt diuersis cruciatuum generibus affecti interire, quā debitam Romano Pont. obedientiā abiicere, atq; verā sanctissimi corporis Christi in Eucharistia præsentiam cum Caluino sceleratē denegare: ex illis tria ferè millia fuerunt omnium ordinū monachi religiosissimi, quorum sanguis ad Deum è terra clamans, non minorem sanē sceleribus vestris vltionē comminatur, quā vniuersæ Gallia, totiq; Christiano orbis pacis religionisque instaurationem pollicetur. Quanta verò eruditione omnes monachorum ordines abundant, testatur quidem libri, qui ab illis passim eduntur, & quæ ad populum summa cū eloquen



DE ORIGINE

loquentia, & doctrina conciones habentur. Quod si antiquorum temporum memoriam repetas, facile videbis, Theologos scriptores magna ex parte ex monastico ordine fuisse, vsq; adeo vt diuinarum rerum studia illorum vigilantia cōseruata, industria aucta, operaq; amplificata & illustrata fuisse videantur. Neq; video, qua tu fronte ordinem D. Francisci fratrum ignorantia ordinem vocare audeas, qui innumeris semper viris eruditione prestantissimis abundauit, ac floruit: nisi forte vestras fallacias detegere, imposturas explicare, impietatū fontes aperire, strenuēq; refellere, ignorantie tu nomine digna existimas: sed non meminerā, tā tibi esse inuidiosa Alphonsi à Castro, Andrea à Vega, Titelmani, Adami Sabhout, Ioannis Feri, cæterorumque huius ordinis eruditissimorum virorū, qui magnū vobis semper negotiū fecerunt, nomina, vt vniuersam tu sodalitatē eorum causa infectari velis. At, inquis, eos violata regula D. Francisci reos esse, qui literarū studiis incubunt, quippe qui precipit, ne curēt nesciētes literas, eas discere, sed attendant, quod super oīa desiderare debēt, habere Spiritū domini, & sanctā eius

*Regula
D. Fran.*

SOCIETATIS IESV

eius operationem. Quod tamē de iis est potissimum monachis intelligendum, qui abiectis se monasterij muneribus dedicarunt, quos magis humilitatis officii pie vacare, quā ad eruditionis prestantiam aspirare decet. Neque enim literarum studiis interdicerere illis potuit vir sanctissimus, quibus concionandi officium permisit, rationemq; præscripsit. Quinimō totius ordinis Ministrum generalem non minus eruditione, quā dignitatis gradu excellere debere, satis docuit, cum illi omnes concionatores examinandi curā his verbis cōmisit ac credidit: Nullus (inquit) fratrum populo penitus prædicare audeat, nisi à Ministro generali huius fraternitatis fuerit examinatus, & approbatus, & ab eo sibi officium prædicationis concessum. Quare Kemnici, non ita sunt Societatis Iesu viri amētes, nō ita stupidi atq; insolētes, vt se reliquis omnibus aliorum ordinū viris anteferre, aut sibi omnē eruditionis prestantiam tribuere ac arrogare velint, sed vnā cum reliquis piis, religiosis, & eruditis viris in animarū salutē procurandam diuināque gloriam illustrandam & amplificandam incumbūt.

*Regula
D. Fran.*

Ac



DE ORIGINE

At Kemnicus sannionum, & parafitorum, qui omniū mentas sectantur, more, in Iesuitarum nomine facetè ludit, illudq; variè interpretatur. Nam & iebufitas, &, dempta priori syllaba, Suitas eos vocat. Nulla tamen ei interpretatio magis arrisit eâ, quæ ex Romanorum historiis desumpta est, Sicut (inquit) olim Romanorum Imperatores dicebantur Africani, Germanici, Asiatici, non quòd amici & socij essent illorum populorum: ita dicti sunt Iesuuitæ, quasi professi, & coniurati hostes Iesu. Illius scilicet (vt ego interpretor) qui Isebij (quam vos in Lutheri gratiâ, nouâ Bethleem appellatis) natus est, illiusq; Euangelij, quo ipse verum Christi Euangelium sceleratè corrupit & deprauauit. Sed agedû, vitæ eorum instituta cû Christi Euangelio cõferamus, vt de illis sententiâ ferre æquè, & legitimè possimus. Nam si fidem aliquam Christo esse habendâ existimas, veros à falsis prophetis ex operibus esse internoscendos confiteberis. Diuinæ legis summâ in charitate positam esse, omnium est Euangelistarum, & Apostolorû monumentis consignatum: nouû namq; mandatum suumq; præceptû, id est, legi

Euange-

*Isebea
Lutheri
est patria.*

Ioan. 3.

SOCIETATIS IESV

Euâgelicæ quàm maximè peculiare vocauit Christus, sese mutuo diligere, & D. Ioannes eos dixit plenè, & cumulatè legem obseruare, qui diligunt fratres, nò quidem lingua, & verbo, sed opere, & veritate, hoc est, qui charitatis Christi æmuli atq; imitatores, sese in apertum discrimen pro fratrum salute coiciunt, quemadmodum Christus pro humano genere seipsum truculentissimæ morti deuouit. Paulus verò hac oratione fideles omnes ad charitatis officia incitat & allectat, Alter alterius onera portate, nam sic adimplebitis legè Christi. Cùm igitur Iesu hæc Societas ad charitatis officia vniuerso humano generi præstanda, sit potissimùm comparata, nullumq; tam molestum ac difficile officium excogitari possit, quod sibi prætermittendum esse viri isti arbitrentur, non video, quid tibi in hoc vitæ genere cum Iesu sanctissimo nomine atq; gloria pugnare videatur. Esse verò in charitatis muneribus vitæ huius ratione potissimùm positam, satis viri illi sanctissimæ huius societatis primi institutores explicarunt, cùm vitæ atque consiliorum suorum rationem his verbis Paulo Tertio Pontifici

Epist. 2.
cap. 2.

Galat. 6.

e Maximo



DE ORIGINE

Maximo expresse-
rent: Quicumq; in So-
cietate nostra, quam Iesu nomine insigni-
niri cupimus, vult sub crucis vexillo Deo
militare, & soli Domino, atq; Romano
Pontifici eius in terris Vicario seruire,
post solenne perpetuæ castitatis votum,
proponat sibi in animo, se partem esse So-
cietatis ad hoc potissimum institutæ, vt
ad profectum animarum in vita, & do-
ctrina Christiana, & ad fidei propaga-
tionem, per publicas prædicationes, &
verbi Dei ministerium, spiritualia exer-
citia, & charitatis opera, & nominatim
per puerorum ac rudium in Christianis-
mo institutionem, ac Christi fidelium
in confessionibus audiendis spiritualem
consolationem præcipuè intendat, cu-
retq; primò Deum, deinde huius sui in-
stituti rationem, quæ via quædam est ad
illum, semper ante oculos habere, & fi-
nem hunc sibi à Deo propositum totis
viribus assequi: vnusquisq; tamen secun-
dum gratiam sibi à Spiritu sancto submi-
nistratam, & vocationis suæ proprium
gradum (ne quis fortè zelo vtatur, sed
non secundum scientiam) proprii cuius-
que gradus iudicium, & officiorum dis-
cretio, ac distributio tota sit in manu
Præposi-

SOCIETATIS IESV

Præpositi seu prælati per nos eligendi, vt
congruus ordo seruetur in omni bene
instituta communitate necessarius, &c.
plurimisq; aliis demonstrant, esse in po-
tissimis sodalitates huius legibus, ire in *Marc. xvj*
mundum vniuersum, prædicare Euange-
lium omni creature, quotiescunque illo-
rum quiuis à Romano Pon. aut à supre-
mo ipsorum generaliq; prælato missus
fuerit, nulla non modò mercede acce-
pta, sed ne itineris quidem subsidio po-
stulato: quippe qui amplissimè esse via-
ticum ducunt, in illius prouidentia cõ-
quiescere, qui volatilia cœli, quæ non se-
runt, neq; metunt, neque congregant in *Matt. cõ*
horrea, abundantissimè pascit. Quæ quã
præclare ipsi præstare soleant, vobis qui-
dem, viri Germani locupletissimi sanè
testes sunt Colonia, Moguntia, Treueris,
Ingolstadium, Oenipontū, Augusta, Mo-
nachiū, Tirnauia, Dilinga, Vienna, Pra-
ga, plurimæq; aliæ vrbes, in quibus isto-
rum hominū Collegia diuina prouiden-
tia cõstructa sunt, qui sceleratis homini-
bus, cū Deo recõciliandis, infirmis in fide
uscipiendis, collapsis erigendis, nutati-
bus confirmandis, pueris pie atq; religio-
se instituendis, atq; omnibus iis officiis,
ij quæ



DE ORIGINE

quæ ad humanas mentes cœlesti amore inflammandas valent, præstandis, vigilantissimè, atq; sine vlla cupiditatis significatione incumbunt, vsq; adeo, vt si in iudicium vos omnes vocare vellent, retè sanè verbis illis vobiscum agere potuissent, quibus olim Samuel incorruptam suam iustitiã atq; æquitatem vniuerso populo Israëlítico exprobrauit: Ecce (inquit) præstò sum, loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius: vtrum bouè cuiusquam tulerim, aut asinum: si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi, & contemnam illud hodie, restitua miq; vobis: quæ enim à vestris Principibus, aut à vobis non ad luxū & delicias, à quibus quàm longissimè absunt, sed ad vitam alendam & sustentandam, veluti qui triturant boues accipiunt, in communem Reip. vestræ utilitatē insumunt. Nam cum vos ipsos magis quàm vestra viri isti integerrimi querant, non quidè innumeras vestras opes admirantur, non adumbratos vestros honores, quos aspernari consueuerunt, ambiunt, non amplissimos episcopatus affectant, non quæ vulgus hominū sitienter appetit,

SOCIETATIS IESV

appetit, auidè consecretantur, vestram solum salutem exoptant, vestram salutem admirantur, in illa fortunâ, honores, voluptates, deliciasq; omnes suas collocarunt, illam sitienter appetunt, illâ vnicè amant, illam omnibus suis curis, vigiliis, cogitationib. vitæ denique ipsi quasi finem constituunt. Diligenter, amabo te, perscrutare omnes illorum actiones, & curiosè inuestiga, an quidquam in vniuersis eorū consiliis reperire possis, quod inflammatum hunc in Christi plebe amorem non spiret: huc namq; amplissimorum Collegiorū constructio spectat, huc iuuentutis egregia institutio, huc assidua verbi Dei enunciatio, huc sacramentorum perennis suppeditatio, huc cum perditissimis religionis hostibus continua concertatio, huc Monhemij profligatio: hic deniq; vnus est, qui tuum in eos funestum odium concitauit. Neque tamen minora extant charitatis huius documenta in Italia, Gallia, Hispania, Lusitania, Belgica, Sicilia, Corsica, atque in omnibus ferè terrarū Orbis provinciis, quæ Romanum Pontificem tanquàm Christi Vicarium colunt, & obseruant. Et quod in viris hisce potissimùm e ij admirari



DE ORIGINE

admirati soleo, ita excellentissimis istis
charitatis officiis addicti sunt, ut nullo
patriæ amore tangi, nulla parentum so-
licitudine commoueri, fratrum charita-
te affici, amicorum uel consuetudine cō-
stricti teneri videantur: quippe qui in-
certis semper sedibus vagantur: neque
enim vlla ipsis incertior est ea, in qua
diutissimè viuunt. Nam cum primùm
sefe diuini honoris amplificandi maior
quæuis occasio offerre videtur, ita facile
solum omnes sedesque immutant, ac si
nullibi nati essent, aut omnem naturæ
sensum exuissent. Nam qui in Lusitania
sunt, in Indias: qui in Indiis, in Germa-
niam: qui in Germania, in Æthiopiā,
qui in Æthiopia, in Italiam: qui in Ita-
lia, in Africam: qui in Hungaria, in Bra-
silium, ad multasque regiones, & sola ter-
rarum vltimarum nihil minus sæpè co-
gitantes proficiscuntur. Atque quemad-
modum Helias, abire continenter so-
lent quocunque eos fert voluntas, non
ipsorum quidem propria, sed diuina,
præpositorum illis imperio significata,
quorum voluntati quantopere sint man-
cipati, hæc eorum lex aperte indicat. Ne
qua (inquit) possit esse inter nos missio-
num;

3. Reg. 19.

SOCIETATIS IESV

num; aut prouinciarum huiuscemodi
aut ambitio vel detrectatio, profiteantur
singuli, se nunquam directè aut indire-
ctè de huiusmodi missionibus quidquam
cum Romano Pontifice curaturos, sed
omnem hanc curam Deo & ipsi Ponti-
fici tanquàm eius Vicario, & societatis
præposito dimissuros: qui quidem præ-
positus, sicut cæteri, etiam profiteatur, se
nihil de suimetipsum missione in alte-
rutram partem, nisi de Societatis consi-
lio, cum dicto Pontifice esse curaturum.
Quare mirum esse minimè debet, si tam
præclarè suis muneribus perfunguntur,
quæ non ab ipsis quidem conquisita, sed
diuino consilio ad eos delata sunt. Quòd
si Indiæ oras mente, & cogitatione lu-
stremus, atque quæ ab illis ibi suscipiun-
tur charitatis officia debitis momentis
ponderemus, planè existimabimus, Ap-
postolicum illum spiritum, qui vniuer-
sum orbem sub fidei iugum olim mi-
sit, in obsequium Christi de cælo deci-
disse atque istorum hominum mentes
illustrasse, & informasse. Ut verò egre-
gios aliorum ordinum viros, præsertim
instituti D. Dominici atque Francis-
ci, qui in eisdem prouinciis Euangelio
amplifi-

*In institu-
tionis, et
confirma-
tionis: So-
cietatis Ie-
su bullæ.*



DE ORIGINE

amplificando summa cū laude incumbunt, & de Christi Ecclesia præclare admodum meretur, taceã, vix sanè dici potest, quot hominū millia, diuina in primis virtute, Societatis verò Iesu opera, & industria, Idolorū impietate abiecta, fideiq; lumine illustrati, sacro sunt lauacro expiati, adeò vt non semel Goæ, quæ inter oēs Indiæ ciuitates, quæ Lusitano Imperio subsunt, regia est, atq; præcipua, tria circiter hominū millia simul baptizati fuerint. Et vt ex eorū ducum, qui in India regis locū ac vicē tenēt, literis nuper ad Lusitanie Regē potentissimū dominū meū misis constat, intra vnū aut duos annos ex barbaris illis hominibus viginti ferè millia Christi militie sese sacramento obligarunt, quos diligenter salutaribus documentis Societatis Iesu viri imbuunt, atq; pietate, & religione instituunt. Quid commemorem eos, qui illorum opera, & incredibili diligentia quotidie omnem impietatem abiiciunt, & sacro lauacro expiantur? in Tana, Cochim, Malacha, Malucho, Amboim, Ormuz, Damã, Coulam, Mannar, vbi octuaginta iam circiter hominum millia in Christi Iesu, Euangeliiq; dilucidam cognitionem

Viginti hominum millia intra vnū aut duos annos nuper baptizati sunt.

SOCIETATIS IESV

nitioem venerunt: cū nullus ferè sit angulus in latissimis illis Orientis regionibus, quem officiosissimi hi viri præclara Euangelij luce non aliqua ex parte illustrauerint: quibus verò ac quantis laboribus his in rebus perfungantur, satis intelliget, qui nauigationum discrimina, in perdiscendis barbaris, & incultis linguis difficultatem, atque in abducentis agrestibus animis ab ea in quæ nati, & educati sunt, perfidia, & superstitione negocium secum perpenderit. Inter egregios verò sanctissimæ huius Societatis viros, qui de Christi Ecclesia præclare admodum in Orientis regionibus promeriti sunt, fuit Franciscus ille Xauier vaticinandi spiritu (vt ex Lusitanis hominibus, qui cum eo familiariter vixerunt, accepimus) cum primis exornatus, quem omnes Indiæ incolæ veluti alterum Franciscum Minoritarum parentem habent, & illius corpus (quod integrum huc vsque non sine miraculo conseruatur) religiosissimè colunt & venerantur: qui cum crebris aliquorum sermonibus Iapanicæ gentis ingeniu morumque suauitatem intellexisset, in magnamq; spem venisset, fore, vt Iapanici innu-

Francis. Xauier.



DE ORIGINE

innumerabilibus diis, quibus maxima cum superstitione sacra facere solēt, abiectis & repudiatis, veram Christi fidem complecterentur, Christianique nominis gloriam consecrarentur, illō nauigauit, Christianæque religionis ibi prima fundamenta iecit, quā alij deinde eiusdem Societatis viri, nouem iam templis exadificatis, maiorem in modum auxerunt & amplificauerunt: quanquam temporum iniuria, bellorumque, quibus ea prouincia diutissimè cōflagrauit, tumultus, eorum votis admodum obstiterint. Nunc verò cum genti illi Dei prouidentia pax restituta sit, speramus, vt breui egregia illa atque amplissima prouincia Euangelii luce splendet: cum præsertim Societatis Iesu viri neque præteritis laboribus atq; ærumnis frangi, neq; sacrilegorum sacerdotū, qui omnes suos conatus in eorum perniciem comparare solent, perfidia, & impietate deterri vnquam potuerint: quinimo continenter noui doctores illō proficiantur, qui miserorum animos maximarum virtutum exemplo, & admiratione, diuini que verbi vi, ab impietate ad pietatem, & veram religionem traducunt.

Infini-

SOCIETATIS IESV

Infinitem quidem esset numerando percensere, quot huius sodalitatē viri in hoc docendi Euangelij, atq; Indicos homines ab impietate auocandi munere, verberibus cæsi fuerint, quot vinculis obstricti, quot in carceres miserè contrusi, quot inedia ferè consumpti, quot deniq; ob Christi nomen variis cruciatuum generibus interierint. Vt verò ceteros taceam, silentio sanè præterire nō possum Goncali de Silueira Lusitani, viri cum primis nobilis, mihi que quondam charissimi, nunc verò martyris sanctissimi mortem, cuius, & recens memoria in omnium animis adhuc versatur, & sanguis quasi feruescere atque ebullire videtur: qui postquam diligenter in animo pietate virtutumq; omnium ornamentis excolendo magna cum omnium admiratione incubuit, plurimosq; ac maximos labores in Euangelio annunciando suscepisset, ardētissima quadam charitate accensus, sanctoq; Spiritu incitatus, ascito sibi fideli quodam interprete, vnā cū septē Lusitanis, qui oras illas sæpius iustrauerāt, ex ciuitate Mocābiq; mercatorū frequentia florentissima, in amplissimū Manamotapię regnū proficiscitur:

*Goncali
de silueira
rarecens
martyriū.*



DE ORIGINE

ficiscitur: in magnam namq; spem egregius vir venerat, posse Imperatorem iuuenem, vnà cum matre anu, ad Euangelij lucem adduci. Quanta verò cum difficultate illuc peruenerit, verbis sanè explicari vix potest. Nam cùm regio illa plurimis aquis inundet, quàm sèpissimè sacratis vestibus, quibus sacra facere debebat, capiti impositis, maxima flumina nauit: quandoq; verò ingenti olla inclusus, atque Indorum manibus eductus rapidissimos amnes traiecit, quibus omnibus difficultatibus superatis, Manamotapam ciuitatem amplissimam tandem appulit, anno à Christo nato 1561. vbi à Rege & ipsius matre liberaliter atq; humanissimè exceptus, Christi Euangelium quod dei virtutem continet in salutem omni credenti, illis tanta cum dextertate annunciauit, vt breui ipsi atq; ex primoribus regni quadringenti, omni impietatis significatione abiecta, sacro lauacro fuerint expiati, quorum exemplo tantopere vniuersa plebs fuit prouocata, vt in magnam spem salutis amplissimæ illius prouinciæ sanctissimus vir adduceretur: quæ nequaquam eum sefellisset, nisi dæmonis astutia, qui suam iam

Rom. 1.

SOCIETATIS IESV

iam ditioni summoperè timebat, impediretur. Nam Maurorum quorundam, qui Christianæ religionis capitales hostes, & Lusitano nomini infestissimi esse solent, animos incitauit, qui iuueni imperatori diuinarum rerum inscio, humanarumq; inexperto persuaferunt, sanctissimum virum præstigatorem esse, omnèsque illas cèremônias, quibus in baptismo vti Ecclesia solet, nefarias esse artes, quibus regium ipsius animù à regni curis & administratione auertere, atq; ita in Lusitanorum potestatem latissimum Imperium tradere facilè posset: qua ratione ita commotus est iuuenilis animus, vt religionem vnà cum sanctissimi viri amore abiecerit, pristinasque amicitias in graues inimicitias conuerterit, atque decreuerit, accepta beneficia sacrilega morte remunerari. A quibus nefariis conatibus cùm abduci nulla vnquam ratione potuerit, en sceleratissimi quatuor satellites multa de nocte sanctissimum virum, qui Diuino spiritu admonitus, præsentem mortem iam sociis antea exposuerat, atq; martyrij palmam summa cum alacritate præstolabatur, inuadunt, & crudelissimè strangulatunt



DE ORIGINE

um in fluuium coniciunt. Cuius sanguis cum maximis clamoribus à Deo misericordiam genti illi deponat atque deprecetur, non dubitamus, quin eam aliquando tandem sic impetraturus. Nam Societatis Iesu viri sanctissima hac, & illustrissima martyris fratrisque eorum charissimi morte ita animati sunt, vt nihil ardentius exoptent, quàm aut pari mortis genere occumbere, aut præcepta miseris hominibus Euangelij lucem restituere, fratrisque semen quoad eius fieri poterit, resuscitare. Hæcine, Kemnici, Euangelij Christi que hostium munera esse existimas? hæc Iebusitarum officia? Nisi fortè Petrum ipsum, Iudæorū Apostolum, Paulum gentium, Thomam Indorum, Iacobum Hispanorum, Ioannem Asianorum, ceterosque Apostolos omnes coniuratos Christi hostes esse ducis, aut certè Euangelij leges ita inuertis, vt prædicare Euangelium omni creaturæ, sese omnibus periculis pro Christi gloria obicere, pro eius nomine innumeras contumelias pati, pro eo illustrando, & amplificando mortem oppetere, atque Ecclesiæ amplitudinem, & splendorem omnibus commodis, voluptatibus, fortunis

SOCIETATIS IESV

tunis vitæque antepone, hostium Christi officia esse arbitreris. Sed iam video, quid tam petulanti oratione significare volueris, Euangelium scilicet à Societatis Iesu viris corrumpi, fidem perueri, diuinaque iura violari. Quocirca omnia, quæ in Coloniensi censura, quam ab illis compositam esse ais reprehensione digna esse censeres, perpendamus, vt compertum fiat, non minus eorum doctrinam, quàm vitæ institutum cum Euangelio Christi que institutis conuenire.


Hæc Andræus in primo suarū orthod. explicationum libro, qui ex professo de hac Societate agit; reliqua ex aliis eiusdem Doctiss. & eloquentiss. viri libris petere licebit: huic tamen Pij III. si Epistolæ quatuor adiecerimus, piorum desiderii ex parte satisfactum esse arbitrari mur; qui plura vult, præcipue nuperrimè in Gallis luculentus libellus quem legisse non pœnitebit.



SOCIETATIS IESV
DEFENSIO
ADVERSVS OBTRACTA-
tores, ex testimonio, & literis
Pij Quarti Pontificis
Maximi.

II. TIMOTH. III.

Omnes qui piè volunt viuere
in Christo Iesu, persecu-
tionem patientur.





OTTO TRUCHSES
CARDINALIS ALBANENSIS
& Episcopus Augustanus,
Christiano Lectori
S. P. D.

BRevla que vocamus Apostolica S. D. N. diuina prouidentia Pij IIII. Pont. Max. quemadmodum nuper ad Cas. Maesi. & quosdam sacri Romani Imperij Principes destinata fuere, in lucem proferri gaudemus. Vnde primum intelligent boni omnes, summi pastoris Christi, vicarij testimonium, & id quidem multiplex, ac valde luculentum, de prachara nominis IESV Societate in Vrbe primum erecta, a Summis Pontificibus sepe confirmata, & postremo etiam in sacro Tridentino Concilio publice comprobata. Deinde hoc erit veluti firmissimum & inexpugnabile scutum, quo facile retundantur, ac prorsus dissipiantur mala quorundam artes, plenaq; calumniarum commentationes, quibus & multi dictam Societatem, eiusq; spectabiles Professores clam palam insectari non erubescunt. Quod si vsquam alibi Patres illi, quos inde ab initio satis perspectos habuimus, tum certe in Germania nostra laudem hanc promerentur, vt ab omnibus pijs propter singularem integritatem, pietatem, atq; doctrinam studiosa commendatione, & aduersus calumniatores omnes publica etiam defensione digni existimentur.

Dilige, anno Domini M. D. LXXV. ix. Februa.

PIVS PP. IIII.

CHARISSIMO IN CHRISTO
Filio nostro, Maximiliano, Vngarie, ac
Bobemia Regi Illustri, electo
Romanoru Imperatori.



Charissime in Christo Fili noster, Salutem &c. Ad aures nostras peruenit extitisse nonnullos, qui diuini timoris immemores & conscientia suarum negligentes, inuidia scilicet & prorsus quibusdam studiis obnoxia libellos quosdam contumeliosos, probris & maledictis plenos disseminauerunt aduersus ordinem totius Societatis Iesu, & quosdam eius Professores nominarim, qui sunt ceteris notiores. Sanè inolestè nullius hæc diuersa, & violari existimatione eius ordinis, cuiusram multa & tam insignia constant: erga Religionem Catholicam officia & merita: Quæ in re non modo eis iniuriam fieri putauimus, sed id agi intelleximus, vt pia opera, quæ per eos in diuersis orbibus terrarum partibus effice consueuerunt, tam libus calumniis impediatur. Quia verò eos libellos non per Italiam modo, sed per Germaniam etiã diuulgatos fuisse, & in tua quoque Maiestatis notitiam perlatos esse accepimus, eam ignorare nolimus, nos cum ad explorandam certius veritatem negocium dedissemus quibusdam fratribus nostris de Collegio Cardinalium viris admodum gravibus, vt de criminibus, quæ illi Societati, & quibusdam de Collegio huius vrbs obiecta fuerant, quaererent: eos re diligenter quaesita comperisse, atq;

ij ita nobis



ita nobis renunciaſſe, ea probra & crimina falſo illis & temere admodum à maleuolis ad conſtandum ei Societati odium & infamiam obiecta fuiſſe. Qua ex re non confirmata fuit modo noſtra & ipſorum Cardinalium opinio de huius collegij ac Societatis vniuerſe pijs & laudabilibus inſtitutis, vitæque ac morû integritate, ſed etiam non parum aucta, cum diligens de iis rebus inqueſtione innocentiæ eorum magis patefecerit, in lucemque protulerit. Hęc eo ad te ſcripſimus, vt veritati & innocentie teſtimonium debitum impertiamus, & ipſe ſcias nullam omnino fidem contumelioſis illis & impudentibus ſcriptis habendam eſſe, hortantes Maieſtatem tuam, & petentes, vt cum non ignoret iis, quicunque piè & religioſè viuere volūt, nunquam de eſſe ſolere vexatores, & obſectatores, quippe qui ne ipſi quidem Domino & Saluatori noſtro deſuerint, eorum qui ex ea Societate ſunt, innocentie fauceat, ſicut iuſtum & catholicum & ſapientem Principem decet, prohibeatque ne obſectatoribus eorū vlla facultas detur ad impediendos eos, quod minus Dei honoris, & animarum ſaluti, ſicut ad hoc tempus fecerunt, ſedulo ſeruiant, Collegiaque eorū omnia in Germania & aliis ditionis ſue prouincijs, cum pro ſua in Deum pietate, tum etiam pro ſedis Apoſtolice reuerentia, ſtudioſè tueatur, atque defendat. Pro quibus, erga eos ſtudijs Maieſtatis tua tantò maiorem à Domino mercedè accipiet, quanto illi liberius & commodius tuo deſenſi patrocinio, & fauore adiuti, Deo ſeruare, & curationi vacare animarum poterint. Datum Romæ apud S. Petrum & c. die 20. Decembris. A. S. 6. 4. Pontificatus noſtri anno quinto.

PIVS

PIVS PP. III.
 VENERABILI FRATRI NOſtro Danieli, Archiepiſcopo Moguntino, ſacerdoti Romani Imperij Principi Electori.



Venerabilis frater noſter, Salutem, & c. Non ſine magna admiratione cognouimus libellos quosdam maledictorum, probrorum & contumeliarum plenos nuper diſſeminatos per Germaniam fuiſſe ad odium infamiamque conſtandam vniuerſo ordini Societatis Ieſu, & quibusdam ex ea præcipue, qui ſunt ceteris notiores. Sanè id moleſte tulimus. Intelleximus enim, id antiqui hoſtis inſtinctu actum fuiſſe, vt quoniam ab eius Societatis Collegijs, quæ ſunt in Germania, & alijs prouincijs, magna & multiplex his miſeris temporibus ad Eccleſiam Deivtilitas peruenit, eorum bona opera per maleuolorum hominum obſectationes, & calumnias impediuntur. Eſſi autem rem ita ſe habere non credimus, tamen ad veritatem certius explorandam, & ad obſtruendum obloquentium iniqua, delectis quibusdam Cardinalibus grauibus viris mandauimus, vt in Collegij, quod in hac alma Vrbe eſt totius Societatis caput, mores, vitam, & inſtituta diligenter inquirerent. Qui quidem mandatum noſtrum ea, qua debuerunt fide, & diligentia exequuti renunciarunt, ſe nihil omnino comperiffe eorum, quæ huic Collegio in criminum locis obiceretur: ſed cum ordinis totius recta & pia

iii

inſtituta



instituta esse, tum eorum qui in hoc Collegio
essent, mores & vitam castissimam ac probatissimam, & planè religiosis hominibus dignam:
satis autem sibi constare, quosdam iniquo odio
impulsos, & inuidia obsecratos, ea crimina, &
probra commentos esse, propterea quod ange-
rentur & dolerent, nec pati æquo animo pos-
sent ipsius potissimum Collegij quasdam ad-
res antea pia opera & fideli obsequio vltam esse,
& curationem nuper ac regimè seminarij, quod
nos in alma hac Vrbe ex Concilij Tridentini
decreto institui iussimus, omnibus venerabili-
bus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus ap-
probatis, vltro eidem delatum fuisse. Quam
rem quoniam illi impedire non potuissent, nec
vllum eorum criminum, quæ illis libellis obi-
cerent, se probare posse scirent, suadente Dia-
bolo ad tam demens tamq; prauum & nefariū
consilium descendisse. Quia igitur obrectato-
rum calumniæ in tam graui iniuria, hoc saltem
attulerunt commodi, vt quanto illi magis hu-
ius Collegij & Societatis vniuersæ famam atq;
existimationem ledere voluerunt, tanto magis
ipsius Collegij innocentia, & vitæ & morū ho-
nestas patefacta sit, nostraq; & fratrum nostro-
rum de eius Societatis pijs & laudabilibus in-
stitutis non confirmata modo, sed aucta etiam
opinio, ad officium nostrum pertinere duxi-
mus, his literis veritari & innocentie testimo-
nium impertire. Proinde fraternitatem tuam
hortamur, vt Collegium Societatis eiusdem,
quod in ciuitate tua Metropolitana est, tanto
post hac studiosius tueare, quanto iniustius &
impudentius istos obrectatores de ea Socie-
tate detrahere conatos fuisse reperimus, ipsūq;
Collegium omni fauore & benignitate, sicut
adhuc

adhuc fecisti, prosequi, atque vt quamplurimū
Dei honori, & animarum saluti inservire pos-
sint, adiuuare perueheres. Datū Romæ apud
S. Petrum die 30. Decēb. 1564. Anno quinto.

Scriptum fuit eodem exemplo R. Domino Archie-
piscopo Treuerensi, & Principi Electori:
item R. D. Colonienst.

Ant. Florebellus Lauellinus

PIVS PP. III.

Dilecto filio, nobili viro, Alberto.
Duci Bauariæ.



Dilecte fili, nobilis vir, Salu-
tem. & c. Audiuimus missos
nuper in istas Germaniæ par-
tes circumferri libellos quosdā
quibus cum vniuerso ordo So-
cietatis Iesu, tum quidam nomi-
natim eius ordinis, qui sunt cæteris notiores,
varijs maledictis, probris, & contumelijs con-
scinduntur. Etsi autem eam prudentiam tuam
nouimus, vt te nihil de eo ordine temere cre-
diturum esse persuasum habeamus, tamen quid
de eorum vita & moribus compertum habue-
rimus, ad te scribendū esse duximus. Nos enim
etsi semper de eo ordine præclare sensimus, ta-
men, vt cognita certius veritate omnis oppilet
iniquitas os suum, delectis quibusdam grauib;
viris de sacro venerabilium fratrum nostrorū
S. R. E. Cardinalium Collegio, negocium des-
dimus, vt diligenter Collegij, quod in hac alma
vrbe est totius eius Societatis caput, vitam, mo-
res, & instituta explorarent, atque cognoscerēt,
& quæ



& quæ comperissent, nobis fideliter renunciarent. Qui quidem post diligentem & seueram inquisitionem, eiusmodi apud nos testimoniū ei Collegio dederunt, vt pristinum nostrum de illa Societate iudicium nō cōfirmatum modo, sed etiam valde auctum fuerit. Quia igitur quibus facile intelligere potest, per obrectatores istos humani generis hostem pium studium, quo eius ordinis Collegia ad catholicam religionem tuendam, & animarum salutem curandam ita incumbunt, vt non parum cūm alibi, tum in ipsa Germania, Deo ipso fauente, proficiant, impedire voluisse: Nobilitas tua libellis illis, si in manus suas fortē peruenierint, nullam prorsus fidem habeat: quippe cūm à maleuolis hominibus, nec Deum, nec homines verentibus, suamque ipsorum conscientiam negligentibus, fuerint compositi ac diulgati: sed vt catholicus & pius Princeps, ipsam Societatem IESV, vt bonos & fideles Dei seruos, ac strenuos vineæ Dominicæ cultores, eo quo consuevit, studio prosequi, et quotquot ex ea Societate in oppidis habitant ditionis suæ, benignitate sua (sicut instituit) tueatur ac foueat, vt patrocinio eius tecti atque defensi, quàm optimè de fide orthodoxa, ac de populis, inter quos habitant, mereri possint.

Datum Romæ apud S. Petrum, diē 30. Decembris, 1564. Anno quinto.

Ant. Florebellus Lauellinus

P I V S P P. III.
VENERABILI FRATRI NO,
stro, Oithoni Episcopo Albanensi, sanctæ
Romane Ecclesie Cardinali
Augustiano.



Enerabilis frater noster, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Posteaquam renunciatum nobis fuit de libellis probrosis, quos quidam nec Deum timentes, nec hominū iudicia reuerentes, ad odium infamiamque confandā ordini Societatis IESV cōponere, & per Germaniā aliāsque prouincias disseminare ausi sunt, sanè id grauitertulimus pro eo, ac rei indignitas, & tam grauis magnitudo scandali postulanit. Agnouimus artes & versutias hostis antiqui, q cūm doleat in diuersis ipsius Germaniæ partibus & aliis locis multa eius ordinis fuisse instituta Collegia, quæ diuino cultui & animarū saluti diligenter inserviāt, eorū pia ac salutaria opera impedire conatus est, excitando obrectatores istos & impellēdo, vt crimina atq; probra aduersus totū eū ordinē & qualdā personas nominatim cæteris notiores cōfingent. Ea tamē crimina etsi falsō eis obiecta esse facile quibus intelligere poterat, nos tñ nō esse omnino negligēda putauimus. Itaq; ad explorandam certius veritatē negocium dedimus quibusdam de Collegio ipsorum Cardinalium viris admodum grauibus, vt diligēter de moribus & institutis Collegij, quod in hac Vrbe est, totius Societatis caput quærerēt, & quæ cōperissent, nobis refererēt. Illi autē magna cura



gna cura, nec minore fide mādaturū nōstrū ex-
 ecuti, renunciarunt nobis, & fratribus nostris,
 crimina illa meras fuisse calūnias: sed cūm dil-
 gēter & seuerē in eos collegij mores & vitā in-
 quisierint, cōperisse eos viros bonos & pios el-
 se, ipsi^o vero ordinis instituta recta admodū et
 laudabilia Cum igitur iudiciū, quod de huius
 Societatis innocētia, & piā ac laudabilibus in-
 stitutis magni semper fecimus: hac inquisitione
 nō cōfirmatū modo, sed etiā auctū fuerit, & quū
 esse, & ad officiū nōstrū pertinere existimau-
 mus, veritati & innocētiā testimoniū imperti-
 re. Itaq; ad charissimū in Christo filiū nōstrum
 Maximilianū Rom. Imperatorē electū, & ad no-
 bilem virū Albertū Ducem Bauariā, quorū in
 notitiā eos libellos perlatos esse audiueramus,
 literas de istorū maleuolorū impudentia dedi-
 mus: hortantes eos, ne quā eorū calūniis fidem
 habendā putent, sed Collegia ipsius Societ. Iesu
 quæ apud ipsos sunt, ea qua consueuerūt beni-
 gnitate cōplectantur, & foueant, ac studiis suis
 bonā eorū opera adiuuēt. Et si autē scimus, quan-
 to opere tu semper eā Societ. dilexeris propter
 eius præstantia in religionē catholicā merita,
 merito tamē hortandū te quoque duximus, di-
 lectissime, vt existimationē eius à tā impuden-
 tibus calūniis quā diligētissime poteris, tuen-
 dā suscipias, et odiū atq; infamiā, quā diabolico
 instinctu nōnulli suæ ipsorum salutis & famæ
 prorsus immemores, labiis suis iniquis & lingua
 dolosa in eos excitare conati sunt, pro tuo ppe
 tuo diuino honoris zelo, & salutis animarum
 studio reprimere studeas. Datū Romę, apud S.
 Petrū, sub annulo piscatoris, die 30. Decemb.
 1564. Pontificatus nostri anno quinto.

Ant. Florellus Laellinus
 INDEX

INDEX

Insularum, Ciuitatum, aliorumque
 locorum, quæ in hoc opere
 continentur.

- A**
- Achenoes regnum. 144.
 - Agedina insula xij. leu-
 cis abest à Goa. 375.
 - Amboina insula 246.
 - Amanū ciuitas ab Ammō
 filio Loth. 126. 127.
 - Amangucum clara Iapo-
 niæ ciuitas 488. 145.
 - Distat à Goa mille qua-
 dringētis leucis, à Roma
 quia circum legitur tota
 Africa, &c, sex millibus
 leucarum distare dicitur
 foll. 160. & fo. 198. Iapo-
 nia 800. leucarū distare,
 & quod duorū annorū
 spacio iter cōficitur. 163.
- B**
- Baccianæ insulæ situs. 322.
 - Bazain magna est insu-
 la non procul à regno
 Cabaix iuxta aditū In-
 diæ sita: distat à Goa 57.
 leucis, eleuatur pol^o gra-
 19. cū dimi. 486. 134. 140.
 - Batti populi 451. 443.
 - Bisnaga regnum. 143.
 - Bongo metropolis. 488.
- C**
- Casfrariæ licetus. 344.
 - Cambaia. 140.
 - Cancatora insula. 146. 152.
 - Catanum 158.
 - Caulani arx 142. 487.
 - Cazatora insul. Thomę 32
 - Ceilano adiacet Malauar.
 320.
 - Coccinū ciuitas regni Maz-
 lauaris, 100. leucis à Goa
 distans 18. gradu eleuatū
 aspicit polum. 141. 486.
 - China vastū regnū ad Tar-
 taros pertingit. 146. 138.
 & 223.
 - Chiromadel ciuitas est reg-
 ni Bisnagæ, ybi S. Tho-
 mæ corpus esse putatur.
 143. 488.
 - Chiromandel. 481.
 - Chioræ insulæ situs 248.
 263. 252. 255.
 - Comorin provincia ad si-
 num maris nō procul à
 Caulano. 53. 142. 351. 487.
 - Cyon regnum 144.



INDEX

Dameca fretum est ad mare rubrum 146
Dinar 438. 451.
Dion 133. 140.
Goa ciuitas & peninsula describitur. 147. 401.
 Item 486. 260.
Goensia 31. oppida 402.
Giloli regnum Christianis subiicitur. 173.
Japanapata insula in littore Comorino 351.
Idallum regnum 147
Ignamban situs. 344.
Japan siue Iapon, & Iaponia in longitudine mille octingentis miliaribus, in latitudine vero nonagesis patere dicitur: siue ut habet anno 1562. missa descriptio: 600. leucis in long. 300. in latitud. 175
A Goa distare dicitur 130.
Japonia 36. gradu eleuatur aspiciet polum 488.
M Macua siue Mazua portus maris rubri. 153.
Mahamban situs. 330.
Malauar regnum. 141.
 Situs 329. 487.
Malacca ciuitas regni Malagiorum 244.
Maldina insula plur. 480.
Malucca insula 144.
Manamotapa regnu. 132.
Mecha sepulchro Mahometi infamis 336.
Morotana insula 165.
Morina insula 247.
Nigritia 332.
Orumutium siue Ormuz insula est, & ciuitas in fretto Bazarum sita inter Persiam & Arabiam eleuatur eius polus ad grad. 27. 485. 36.
Patanes regnum. 144.
Pelcarientes Malauarica vtuntur lingua 156
Pelcarie sinus 155.
Pretoianus Aethiopicibus regem sonat 152.
Salfetta prope Goam 349.
Santhomopolis. 488.
Seilan insula in ambitu 300. miliaria continet 141.
Sinar regia Sinaru, siue chinensiu, vnde & regnu nomen habere videtur. 160.
Sofala arx 279.
Somnicola vrbs 158.
Tanadaria 459
Thanax insula sita 486.
F I N I S.

INDEX

CVM RERVM TVM VER-

borum copiosissimus, in Epistolas Indicas.
Adamu & Euanorunt Brachmanes 434.
Adolescentes candidati crucis, effigie signati accedunt. 131.
Adolescentum Indorum inter tormenta in fide constantia. 254. 255.
Adolescens ethnicus baptizandorum, nuncijs officiosissimus 319.
Adulterorum infamia apud Iapones. 194.
Adulteri poena. 179.
Adicula Christo sacra in maxima tempestate ilefama manet. 169.
Egrotoru apud Iapogentiles visitatio & ad mortem preparandi modus 186.
Ethiopes carnibus crudis vescuntur. 154.
Alexandri Mag. fana 137.
Alphonsus Alburchechus Indiae inuentor 460.
Amanicum ab vrbe Roma distat sex millibus leucarum 160.
Amanicum 145.
Amanum ab Ammon filio Loth. Genes. 19. Deute. 15. & li. Reg. 126. (246.
Amboine insulae acerbitas. 126.
Amonita 126.
Angeli Deum contemplantur Iapponibus. 196.
Angeli custodes gentiliu Ibid.
Angelorum materia iuxta opinionem Iapanensiu 195.
Animales homines praepostere de medijs cogitant, non considerantes an ad finem perducant 12.
Annales Iapanum 198.
Ancienenses baptizantur 431.
Antonij Criminalis martyrium 93.
Apostatae conuersi Dei misericordiam miram experiantur. 137.
Aristoteles etiam hodie a Mauris studiosè leguntur. 80.



INDEX.

Arment patrū Anachoretarū parsimonia ac severitate adhuc hodie retinent 27.
 Artes quibus ethnici ad fidem trahantur. 311.
 Astrologi 290.
 Avarorum impietas 58.
 Avaricia idolorum servitus. 201.
 Aurificum praefectus com alijs nonnullis fonte baptismatis abluitur 281.
 Bacciani situs 321.
 Balasterimorum cōversio 455.
 Baptizandorū triumphus 430.
 Baptizandi omnia sua pauperibus relinquentes 78.
 Baptizantis brachia vixq; deficiunt prae multitudine ad baptismum confluentes 201.
 Baptizatorū ingens multitudo 158. 407. 448. 280. 285. 289. 330. 340.
 Baptizati ad Collegiū resuerſi Deo gratias agūt. 272.
 Baptizatorū in vna domo biennij spacio 300. hōminum. 397.
 Baptizati in catalogum referuntur 272.
 Baptizandorū numerus ab anno 1556 vsq; ad an. 1560. 464.
 Battorū gens conuersa 451.
 Battorum oppidum conuertitur. 443.
 Bazainum 134.
 Bazinesi colleg. societ. 140.
 Bellum in Turcas 147.
 Bonzi apud quos Dialectica & Astrologia opus est. 162.
 Brachmanū errores in conuersione singulis diebus dominicis ex professo confutantur. 437.
 Brachmanes decem precepta tenent. 21.
 Brachmanes quorū meminit Plato, sacerdotes gentium 35.
 Brachmanes honoribus solitis, ciuilibusq; administrationibus priuarur. 202.
 Brachmanes olim Satrapae & religionis domini. 208.
 Brachmanes animatis non vescuntur. 380.
 Brachmanis nobilis cum multis alijs cōuersio. 280.
 Brachm. acuti ingenij 448.
 Brachmanū sollicitudo; vterorum filij in fide beno-

INDEX.

instituantur. 442.
 Brachmanū erga Prouincialem obseruaria. Ibidem
 Brach. capillitiū curat 440
 Brachmanis verba planē diuina. Ibidem
 Cambaia. 140.
 Campanā Iapanū 196.
 Campanē cuiusdam Patris vini pertrahendi ad fidem esse credūt Mauri 201.
 Canticorā situs 146.
 Cantanese collegium 252.
 Cantanense Collegium studiorum. 158.
 Candelarum vsus in curando funere. 196.
 Cantilenā nouorum Christianorū ē doctrina Christianiana 71.
 Carambolin pagus celebris in Goa. 418.
 Carceres, flagella, vulnera & ca. propter fidē. 335.
 Castitas vidualis gentilis Pontificis. 179. (381)
 Castitate colūt gētiles. 193
 Catechumenos instituendi ratio 389.
 Catechumeni lepidum factum 427.
 Catechumenorum feruor tantus, vt res suas, familiarēq; curam posthabesant fidei. 412. 114.
 Catharina de Faran multo rum ad fidem conuersione nobilis 410.
 Charitatis exemplum admirandum. 246.
 Charitas nescit timorē 125.
 Charitas nō est fatigabilis 128.
 Chineses qui & Sineses, natura prudentes 145.
 China ad Germaniam vsq; vel saltem Tartaros dicitur pertinere 146.
 Chinā regnum amplissimum 223. 138.
 Chiora insula. 263.
 Chiorā situs 252. 255.
 Chiromandeli creditur S. Thomas martyrio coronatus. 143.
 Christiani à D. Ioānis Euāgelistae temporibus. 258.
 Christiani à D. Thomae temporibus in insula Cazorata. 32.
 Christianorum Goę conditio olim misera. 263.
 Christianorū impiorū iustitia Dei punitio. 123.
 Christianor. nouorum feruor admirandus. 123. 103.

INDEX

Christiani pauci innumera
biles Mauros aggredia-
uotur 168.
Christianorum militum fi-
ducia Ibid.
Christianus bonus quis,
quis malus. 5.
Christiani à S. Ioan. Euāg.
reporib⁹ in Bassora 421.
Ciarari bellicosissimi ad fi-
dem veniunt 453.
Cinamomum 141.
Cioran triste significat. 282
Cioramensū copiosa con-
uersio 449.
Ciuitates integre baptisma
interdū suscipiunt. 14.
Clarissimi Brachmanū cō-
uersio, eiusdē ardor alios
ad fidē conuertēdit: e-
eiusdē vehemēs et grauis
oratio ad Brachmanū do-
ctores. 292, 295, 299.
Cocinum. 141.
Cocineū colleg. Societ. Ibi.
Collegiū Societ. celeberr.
in arce Caulan. 142.
Cōmorino in littore sunt
80. millia Christian. 351.
Commorinū prociā 142
Commorinū promotōriū
tercentū, aut eo amplius
hominum Christiano-
rum millia habet. 248.

Cōcubinarij conuersio 351.
Concubinā in vxores ver-
tuntur. 132.
Confessio totius vitæ pub-
lica. 187.
Confessio admodum fre-
quens 257, 340.
Confessio frequens ab im-
piis ridetur. 69.
Contemptus diuitiarū pro-
pter Euangelium 215.
Conuertendi gentiles ra-
tio optima. 443.
Conuersio maxima Brach-
manum. 439.
Conuertendi gentiles ma-
gna facilitas 425, 476.
Conuersionis causā. 426.
Cōuersio multorum. 426.
460, 454, 428, 431.
Conuertuntur oppida in-
tegra 429.
Cōuertere alios poenē loco
datur pueris & incarce-
ratis 430.
Conuertendi multos ad fi-
dem ratio. 402, 407.
Conuersi alios ad fidem
studiosē conuertere ni-
tuntur. 273. (126.
Cor tyrāni est i manu Dei.
Crucis vexillo victoria in
 bello parta 330.
Crucē immutatur aer &
Mauri

INDEX.

Mauri terrentur 117.
Crucis signi vis. 390.
Crudelitas immensa in pro-
prios infantes. 195.
Crucis signum dæmonem
arcet. 54, 390. ¶ D.
Dei erga apostatas poe-
nitentes facilitas & mi-
sericordia. 137.
Dæmonū illusiones & ap-
paritiones. 187, 396.
Dæmones sodales. 189.
Dæmonum apud gentiles
inuocandi ratio. 394.
Dæmō oracula reddit. 426.
Dæmō gētilis inuadit. 350.
Dæmon apparet incanta-
toribus variē. 394.
Desiderium ingens quo-
rundam amplificādi re-
gni Christi. 113.
Desiderium laboris & di-
scriminis pro nomine
Christi. 219.
Deus inauditis modis suos
tuetur. 120.
Deus solatur immensos
Euangelizantium labo-
res. 172.
Dies lunæ ethnicis sacer,
veneris Mauris, sabbati,
Iudæis. 42.
Diligētibus Deū omnia co-
operantur in bonū. 129.

Diligētia quorundā alios
ad baptis. adducēdi 308.
Diligētia pastoribus im-
tanda. 165.
Dinar & Chiora insulæ ad
fidem conuertuntur. 433
Dinarēlium conuersio cō-
piosa. 451.
Dinar terra sancta vt Hie-
rusalē Brachmanū 438.
Dion 140.
Disputationes instituūt
cum Brachmanis. 296.
Disputatio cū Mauro cer-
tis legibus instituitur. 99
Dium oppidum. 133.
Diuinum in p̄ncipe ani-
mi propositum. 262.
Doctores Indi cōuicti. 157.
Doct. religiōis gētiliū. 188.
Dominicani 263, 256.
Dominicanorū & Franciscanorum
in conuertē-
dis ethnicis studium 293
Dominicani pattem Goert-
sis insulæ inhabitāt 256.
Dominicum diem Brach-
manes colunt.
Donichus Deus
¶ E
Ecclesia renascens. 124.
Eleemos. magnæ. 414, 14.
Eleemo. 7000. ducatorū 50
Elephantes iter baptizan-



INDEX.

- dis aperiunt. 431.
 Epitaphia mortuorum apud Iapones. 88.
 Eremitam monet Deus ut fidem suscipiat. 104.
 Eremitæ gentiles asperis mæ vitæ. 127.
 Eremitis dæmones sunt familiares. 395.
 Eremitæ gentiles silentiū seruant. 1bi.
 Eremitarū superstitio 1bi.
 Eremitas dæmō necat. 1b.
 Eremitæ cenobium in collegiū Societ. vertitur. 105.
 Eremitæ vel Iogui semp cinere asperguntur.
 Eremitæ gentilis ad fidem conuersio. 103.
 Eremitæ gētiles vitā brutorū redimūt precio. 73.
 Eremitæ gētiles animalia non occidunt Pythagoricorū more. 73.
 Euangelizantium diligentia 124. quid sibi proponere debent 220.
 Euangelizantibus vix cibū sumere vacat 128.
 Euangelij fructus maximus 137.
 Euangelizatiū gaudiū
 Euangelizantibus prouinisig distribuuntur. 477.
- Euangelij pronuntiatione mulier mentis compos efficitur 90.
 Eucharistiæ veneratio 228
 Europa multis abūdat qui talenta sua in terram defodiunt 128.
 Europei Ingeniosi, 190
 Exhorratio ad martyrium 223.
 Expeditio in Ethiopiam laboriosissima 157.
 Ethnica quedam vocationum B. Virgini 465.
 Ethnica filium suum optat baptizari 1bidem
- C P
- Fabri, sartores, lotores. et cæ. euangelizant suę sortis hominibus 267.
 Fanum celebre Maurorum B. Virgini dicatur. 118.
 Fidem parentibus pueriana nunciunt 4.
 Fidem amplectuntur 5000. vno die. 171.
 Franc. Xauieri abstinentia 229.
 F. X. 12. annis Indis conuertendis desudauit. 214.
 F. X. Euangelizantium in India antesignamus 224.
 F. X. dono sanandi xgrosum nec non linguarum donatus. 172, 200.

INDEX.

- natus. 237.
 F. X. Vaticinatur 207.
 F. X. mortuum suscitauit, paralyticum surdumque sanauit 236.
 F. X. cingulū sanat xgrostos 478.
 F. X. labores eximij & virtutes 227, 229.
 F. X. raptus in Deum 1bid.
 Discipuli eius 250.
 F. X. diuinitus frequenter consolatus est. 228.
 F. X. laboris & afflictionis desiderium. 129.
 F. X. vigiliæ, abstinentia, mortis pericula, eiusdēq; exercitia spiritualia i populo conuertendo. 230.
 F. X. sepius in oratione pernoctauit, ac dies integros proximo impendit. 229. (234.)
 F. X. egestate magna pressus est, ter naufragiū passus, a dæmone frequenter impugnatus, telis percutitus. 229, 232.
 F. X. paupertatis amor
 F. X. omnibus omnia factus est 236.
 F. X. in Chinam tendit, & 300. aureos numerat pro nauulo. 172, 200.
- F. X. charitas & pius animamurum zelus. 1bidem.
 F. X. moritur. 233.
 F. X. corpus calce opertum sepelitur, tamen miraculose admodum conseruatur. 201, 202, 299.
 F. X. corpus gratum spirat odorem, vestesque nec caro sensere calcis vim 202.
 F. X. corpus honore magno afficitur. 203, 204.
 F. X. corpus sub terra calcæ opertum 15. mensibus in corruptū gratiq; permansit odoris. 204, 479.
 Franciscani qui partem Goensis insulæ inhabitant. 256.
 Franciscani in India Societati maxime fauētes. 233.
 Franciscanus quidam martyrio coronatus. 30.
 Franciscanus quidem certij ordinis strenuus in vinea Domini operarius 134.
 Frigus ingens alimentorum denique & lectorum inopia in Iappon insula. 161.
 Furum apud Iapones poenæ. 197.

I N D E X.

G

- Gallinis abundat Iapan 121
 Ganissus Deus, & quæ eius origo fabula. 414.
 Ganissus ex sudore ortus 435
 Ganzari primates 428
 Ganzarorum comitia contra fidem Ibid.
 Ganzari senis diuinum consilium quo conuerterit suam gentem ad fidem 49.
 Ganzarorum multorum conuersio, 411. & 422.
 Garyophilum in Malucca nascitur. 145.
 Gaspari cum doctore Mauro contentio de perfectiore lege 58.
 Gaspar Belga multo labore animas venatur 131.
 Gaspar zelandus sanctissimi vitæ 6. annis in India euangelizauit: eiusdem ingentes labores 241.
 Gaspar, vigilans, abstinentia, diuersa item misericordiarum opera. 242
 Gaspar, dono conuertendi proximis spectabilis 244
 Gaspar laboribus grauius mortem sibi assueuit 429. 245
 Gasparo labores, sconi & cibi facultatem negat 21.
 Gaspar 30. die orabat 250.

- Gaspar tres ad summum horras quieti dat. 34.
 Gasp. per duos menses horam vnâ somno quotidie tribuebat. 242.
 Gentilem esse pudor modum in Goa 457
 Gentiles liberrimè ad fidem veniunt 450.
 Gentilium baptismus 186.
 Gentiliu studiu erga pastorem suu & propria salutem 8.
 Gentilium quidam vnum esse Deum agnouit 158.
 Gentilis rex à sacerdote praesidium in bello quo hostem vincat petit. 329.
 Gentium mira promptitudo ad fidei audiendam ferua. 4.
 Giloli regnum Christianis subiicitur 173.
 Goæ descriptio. 147. 401.
 Goæ ampla Christianorum seges. 260.
 Goæ Societati Collegium ædificatur 147.
 Goa vetus fidei lumen adspicit 454.
 Goensium erga patres spirituales affectus. 244.
 Goense tertium Collegium 150
 Goenses omnes ferè Christiani. 404.

I N D E X.

- Goensis peninsulae 31. opipida 401
 Gounarus idolum, unde Goa nomen inuenit. 319
 Gozo imperator subest Pontifici. 177.
 Gozonis autoritas in Imperatore. 194.
 ¶ H
 Henricus Henriquez B. Franc. Xau. discipulus 250
 Hæricus Hæriq. vnâ cum socio suo incarceratur 251.
 Hominis obdurati tremendum exemplum
 Hois natura deprauata 186
 Hyeme viror & amoenitas 431.
 ¶ I
 Iaponensibus conuertendis quid requiritur 161.
 Iaponensis quidam nobilis crucis insignia in vexillo habet. 192.
 Iap. situs. 175. vastitas 218.
 Iapon. long & latitudo. Ibid.
 Iaponia & China nulla lesu extat mentio. 224.
 Iaponia temperies. 191.
 Iapanenses contemplatiui, & ingeniosi. 211
 Iap. vnū Deū colūt, sanctos honorāt & inuocāt 197.
 Iap. infernū, purgatorium, coelū, angelos credūt 195
 Iap. in Europā mittitur 138
 Iap. rōi obsequētissimi 310
 Iap. feruor & studium in Christianismo 211.
 Iap. cōstātia Christiana 212
 Iap. oratiōes. elemosynæ, peregrinationes, preces pro defunctis 194.
 Iap. primogenitorū ius 193
 Iap. ius iniquū in famulos lb.
 Iap. ius scriptū reiciit lb.
 Iap. natura, mores & leges. Iap. propheta 190. (Ibid.
 Iap. corporis afflictio horrenda. 187.
 Iap. illustriū filij in monasteriis constituūt 180.
 Iap. principum minimus decem millia bellatorū conscribere potest 177.
 Iap. cuiusdam industria & probitas. 175.
 Iap. spherulis precariis suas preces numerant. 192.
 Iap. precum ratio lb.
 Iap. orāt ligna peregrina lb.
 Iap. signant se signo crucis s. Andreae lb.
 Idolū elephātis triceps 135.
 Idola comminuuntur à nephitis. 398.
 Ignambani regis cum sua familia & aliis 450. baptizant.

INDEX

tizantur. 345.
 Ignatius fondator Societatis Iesu moritur pridie Cal. Augusti. 437.
 Ignominia infamataz iniuriosis. 180.
 Immolant se diis suis gentiles. 416.
 Imago Virginis. 197.
 Imagines Sanctorum ibi.
 Inauguratio templi cum caremoniis. 338.
 Incarcerati propter fidem. 251.
 Incantamenta gentiliu. 394.
 Indi sacerdotes Baal imitantur. 41.
 Indi admiranda conuersio. 109.
 Industria notanda ad conuertendum proximū. 244.
 Ioannes Elander. 257.
 Ioannis de Beyera ingens pro Christo afflictio. 166.
 Ioan. de Bey. ter naufragiu fecit. Ibidem.
 Idē venditur Mauris. 166.
 Ioguis in Europam mittitur. 130.
 Ioguis magno Ethnicorum moerore baptizatur. 104.
 Iogui cuiusdam qua pedes lauabat, aquam magna ueneratione gentiles bibebant. 104.
 Iogui apud Ethnicos pro Eremitis & religiosis sunt. 316. 72.
 Iouis templum vetustissimum. 126.
 Iter Iaponense quanto tempore conficitur. 163.
 Iubilei fructus maximus. 151. 398.
 Iudæorum bona de Societate opinio. 81.
 Iudæi rabini de M. Gasparo & Societ. sententia. 81.
 Iudæi multi conueniunt, suū Melsiam expectantes. 96.
 Iudæorum remora quomodo minus fidem Christi amplectantur. 80.
 Iudæorum synagoga turbatur. 168.
 Iuramentum impium magistri gentilium ab auditoribus exigunt. 25.
 ¶ L
 Lacus mirē intumescēs. 170.
 Lectio publica de casibus conscientiaz cum frequentia auditorio. 340.
 Lex iniqua. 178.
 Liberalitas hominum ad erectionem Collegij societatis. 105.
 Liguū monstruosum. 147.
 S. Lu

INDEX.

S. Lucas & S. Martinus cur summa uenerat. Gop. 460.
 ¶ M
 Macadanus quid. 274.
 Mahambanz situs. 330.
 Mahometis ueneratio prohibetur. 120.
 Malacca Melagiorum ciuitas. 144. 246.
 Malauarica grāmatica. 157.
 Maluca. 144.
 Maluccense Collegium Societatis. Ibidem.
 Manamotape Imperator potentissimus. 332.
 Mannæ genus in insula Ormutina.
 Martyrij desiderium. 111.
 Mariopolitarū conuersi. 430.
 Martyrium Mendezij. 221.
 Mascata oppidum Arabiaz. 34.
 Martyres plures. 222. 251.
 Martyrium crudeliss. 222.
 Matrimonium à baptisma te perficitur. 416.
 Matronæ nobilis cum suis conuersio. 347.
 Matronū animus ad euangelizandum suo sexui. 219.
 Maurus argumētis conuictus fatetur trinitatem. 76.
 Mauri doctoris vxor & filia conuertuntur. 98.
 Mauri ob victū doctorē suum deiectione conuertuntur. 101.
 Mauri tempus elapsū quo aliam legem expectabant dolent. 75.
 Mauri doctrinam Christianam cantillant. 72.
 Mauri perpetuam Mariæ uirginitatem mire uenerantur. 76.
 Mauri Christianorum ritus quo suos retineant, imitantur. 62. 102.
 Mauri cuiusdam potētis nequissima in Christianos studia, & eiusdem admiranda conuersio. 395.
 Mauri sacerdotes se nouaculis fauciant.
 Mauri flagellis horredis non redduntur meliores. 167.
 Mauri hostes omnibus uiribus destituuntur. 170.
 Mauris tēpestas ingēs oritur. 132.
 Maurorum zelus erga Christianos. 75.
 Medio subtili multi ad fidem conuertuntur. 283.
 Memorabilia quedam opera. 1564.
 Mens pura animosa est, impura uero timida. 64.

INDEX.

- Memorabilia quædã Dei opera. 465.
 Mercatores de iustitia disputant. 49.
 Mercatoribus imitanda exemplia. Ibid.
 Milites societatem professi stipendiis regis non priuantur. 108.
 Militum inimicitia graues componuntur. 133.
 Mille aurei Christiani cuiusdamsam liberandi gratia offeruntur. 337.
 Miraculosa conuersio. 83.
 Miraculum. 240.
 Miraculum insigne contra fidei desertores. 168.
 Missæ sacrificio sanitas restituitur. 89.
 Miraculosa a subuersione liberatio. 465.
 Miraculosa ethnici sanatio. 488.
 Monachi & monachæ gentiles. 74.
 Monachi gẽtiles qui olim uidentur christianos fuisse cucullati sunt, a carnibus abstinent, ieiunant, media nocte orant genu flexo. 180. & 181.
 Monachi gentil. vnũ Deũ, paradysum, infernũ, purgatorium, item dæmones tortores esse malorum credunt. 181.
 Monachi gentil. castitatem seruant. 182.
 Monachor. gẽt. trinitas. 183.
 Morinarum insularum stiliriliras. 247.
 Morotana insula. 165.
 Moricum socijs quidã latius esse duxere quam liberari. 420.
 Mortem quotidie meditantur Eremicæ gẽtiles. 104.
 Mortuos gentiles sepeliunt gratis. 186.
 Motus terræ frequens in eadem insula. 40.
 Mulier gentilis a partu immunda. 194.
 Mulier ad tria miliaria a septis monasterij gentilitum arceat. Ibi.
 Mulieres gentiles M. Galpatri castitatẽ tentant, quod liberos ex eo susceptos sanctos fore credant. 84.
 Musici. 273.
 ¶ N
 Naora conuertitur. Nefas est infidelibus animal occidere. 41.
 Neophitorum zelus. 465.
 Neophiti in morbo poenitentiam.

INDEX.

- tentia & lachrymæ. 471.
 Neophiti de confessione facta mira tolerãtia. 471.
 Neophiti erga patrem ethnici sollicitudo, & tandem eius mira conuersio. 473.
 ¶ O
 Obedientia Deo acceptissima. 138.
 Obedientia Episcopis debetur. 234.
 Obedientiam gentiles agnoscunt. 72.
 Officium Societatis, item aliorum & cleri. 224.
 Opinio prauorum de euangelizantibus. 52.
 Oppidum integrum fidei lumen aspicit. 429.
 Oppida integra ad fidem conuertuntur. 265.
 Oratio ante imaginem crucis Domini dæmonum præstigias arceat. 54.
 Oratione pueri ægrotos sanant. 9.
 Orandus Deus ut eligere dignetur quos mittat in vineam suam. 12.
 Oratio doctorũ gẽtiliũ. 21.
 Orationes pro infidelium ad fidẽ conuersione. 260.
 Orat Societatis quidam ut alter in morbo incidat quo ad meliorem vitam compellatur. 91.
 Ormutiũ insula mirandetur salis fertilissima. 38.
 Ormutij situs. 36.
 Ormutiũ omnium gentiũ confluxu celebre. 106.
 ¶ O
 Ormutium septennio ardere solitum. 39.
 Ormutium nec herbas nec aues, nec quadrupedes alit. Ibid.
 Ormutium salubre in arboribus. Ibidem.
 Ormu. ingẽtes ardores. 242.
 Ormutij multi apostata ex variis Europæ prouincijs.
 Osodocomotinus Batorum primus. 452.
 Oriam fugiendum, labor crucis amplectendus. 214.
 ¶ P
 Panis ex ligno & piscibus conficitur. 321.
 Passosiccorum bellicosorum genus conuertitur. 414.
 Patriarcha erga Fratres Societatis pietas. 271.
 Paulus Valetudinario cuncto ægris inseruit. 252.
 Paulus Valleus inedia consumptus. 252.
 Pauli cuiusdam studium & labores.

INDEX

- labores 252.
 Paulus Sanfidius. 198.
 Paupertatis amor. 233.
 Paupertas bonorum honorata Ibidem.
 Paupertatem gentiles conlunt. 72.
 Peccata lumen Euangelij in Iaponia videtur deleuiffe impoftoremque aliquem meruisse. 197.
 Peccatoris cuiusdam maligni conuerfio. 237.
 Peccatorum remiffio gentilium 438.
 Peccatores graues conuertendi modus 235.
 Poenitentia cuiusdam admiracione digna 47. 51.
 Poenitentiae Sacramento plurimum tribuunt ad fidem conuerfi 68.
 Pefcharic finus 155.
 Petrus Nazaregnas Prorex 256.
 Piftoris celeberrimi ad fidem conuerfio, & eiusdem baptifma celeberrimum 274.
 Pietas in pauperes Ethnicos ad fidem eos monet 159.
 Pluuiæ perpetuæ. 145.
 Populi proditio propter defestum euangelizantium 146.
 Populi erga S. Corpus E. X. pietas. 205.
 Populi de Societate & verbi Dei ministris opinio 60.
 Preco ad doctrinam Christianam plebem conuocatus. 256.
 Praefectus Maurorum Dei terrore percuffus 123.
 Praefecti Maurorum impiorumque Christianorum pro Mahometo iniquitatas 122.
 Praefecti Ormutinae arcis liberalitas memorabilis. 105.
 Praefectus Ormutinae arcis templum omnibus ornamencis instruit.
 Praetorianus Aethiopiae Rex 152.
 Praefectorum oscitantia perdit rem Christianam. 59.
 Principis verè Christiani repositio notatu digna 261.
 Prodigium. 170.
 Prodigia varia quae Deus ad confirmationem noue foebolis euenire voluit. 126.
 Promptitudo laborantibus in vinea Domini ne cessat

INDEX.

- cessaria est. 148.
 Proregis ad augendam fidem studium summum 405. 414.
 Proregis Lusitaniae in rem fidei liberalitas affectus 417.
 Proregis diligentia in praematibus conuertendis 429.
 Prorex corpus b. F. X. Alexi genibus honorat. 205.
 Proregis in promouenda conuersione gentilium constantia. 261.
 Prorex baptizandorum chorum sua praesentia ornat. 271.
 Prorex euangelizat. 263.
 Prorex centum millia aureorum catechumenis impendit. 414.
 Prorex nullam praetermittit occasionem quae ad fidem allicere possit. 264.
 Pueri parentes idolorum cultui deditos acriter corripiunt & deserunt 7.
 Puer nouem annorum, alios conuertit. 475.
 Pueri oratione sanant aegros. 9.
 Pueri se flagris cedunt. 32.
 Pueri bene instituti maiores in fide firmant. 423. 4.
 Pueri domesticos suos docent doctrinam Christianam. 257.
 Pueri inuenta idola conminuunt. 8. 319.
 Pugnae genus inauditum cum Mauris 117.
 Punicaleses latinas orationes fidei ediscant. 156.
 Punicalem diligentiam ad contribules suos conuertendos 156.
 Rabinus Iudaeis baptisma petit. 29.
 Ratio viuendi Societatis in India. 85.
 Reges tres impij Christianos nouos ad infidelitatem retrahunt. 165.
 Religio opes auget 121.
 Religio multum memorabilis. 132.
 Religio mixta scismaticorum Aethiopum 153.
 Religiosis Iapanum orationes 183.
 Religiosi Iaponenses castitatem, paupertatem, & obedientiam vouent 193.
 Religiosi Iap. humilitatem seruant. Ibidem.
 Religiosorum opes & mores

INDEX.

Regis Maurorum incon-
stantia 115.
Regis eiusdem eximia poe-
nitentia & humilitas 120.
Regis Arabiz & Mahome-
ti consanguinea bapti-
zatur 214.
Regis Mascatefis procura-
tor fidē nostrā ambit 127.
Regi Lusitaniz 60. oppi-
dula subdita 350.
Reges principesq; ad fidem
nostram propensi 209.
Regis Bungi in Societate
liberalitas & pietas 212.
Regis Maluccensis in reli-
gionem animus 213.
Regis Lusitaniz legatus ad
Reges Iapaniz in nume-
rum Fratrem Societatis
suscepit 217.
Regum quorundam con-
uersio 320.
Regis Bacciani conuersio
eiusdē diligentia in aliis
sui regni hominibus cō-
uertendis; item eiusdē re-
ligio erga venerabile sa-
cramentū 321. 325. & 327.
Regis Mahambanz filij ad
fidem conuersio, eiusdē
frarris Christianismi am-
bitio 331.
Regnum Dei quærentibus
caduca adijciuntur 417.
Restitutio insignis, & sui
abnegatio 50.
Restitutiones ingentes &
plurimæ opera Gasparis
factæ 243.
Rex Maurus cū 2500. Chri-
sto initiari cōstituit 114.
Rex in tota insula Maho-
metē venerari vetat 120.
Rex Persarum à suis deus
habetur.
Rex Tanorij baptismum
desiderat 29.
Rex Bōganus magno tene-
tur desiderio vt Christi-
anus fiat 210.
Rex Bungi priuilegia con-
cedit collegiis societ. 212.
Ridicula superstitio mori-
bundo adhibetur 214.
Risus secunda trinitatis
persona à Paganis habe-
tur 258.
Ruij Bareti præpotentis
conuersio & studium in
aliis conuertendis 307.

¶ S

Sacerdotum doctrina 149.
Sacer. gētiliū genera 182.
Sacerdotum genus tertium
poenitentiis deditum, qui
& imagines, & vnum
Deum colunt 183.

INDEX.

Salfetta situs 349.
Sandalum lignum 328.
Sanitas manuum imposi-
tione petitur 39.
Item oratione 60.
Sartores 100. noctu diuque
Catechumenis vestes pa-
rant 441.
Scholæ publicæ 148.
Scientiarum abusus 21.
Scyticum mare 144.
Seilan insulæ ambitus 141.
Seminarium Indiæ 149.
Senis cuiusdam prodigiola
conuersio 315.
Sinar regia vrbs sinarū 161.
Sinarum in externos dira
lex 200. vide China.
Societas Iesu 900. catechu-
ictum ministrat 417.
Societatis Iesu quodnam
maximū munus 406.
Societatis humilitatē eth-
nici admirantur 83.
Societati se addicunt multi
Ormutij 111.
Solemnitas baptismatū 269.
Stupendum charitatis ex-
emplar 246.
Sultani potentia 38.
Superstitio serpentes, &
vaccas colentium 41.
Superstitio insignis 315.
Supplicatiōes & poeniten-
tia pro voluntatis diu-
inē agnitione 116.
Surdus & mutus fidē am-
plectuntur 392.
Symbolum Apostolorum
ab infidelibus ediscitur 4.
Syndici in noua Ecclesia,
quod oli Apostolos ob-
seruasse Clemens testia-
tur 71.

¶ T

Tanadaria cōuertitur 459.
Templum Virginis in Ta-
naa 999.
Templi ornatus 270.
Templa asylum 156.
Templum primū Christia-
nū in India extructū 459.
Tentandus Deus nō est 98.
Thomæ B. Apostoli sepul-
chrum 143.
Thuris incensum.
Trinitatem Gentiles agnos-
cunt 72.
Turcæ Ormutium obse-
dent 235.

¶ V

Vaccas ex præcepto sus-
orum deorum infide-
les adorant 182.
valetudinariū extructū 159.
Vasuras Iaponiz 218.
Vbi verum Christi obse-
quium 219.









